

**Informazioni su questo libro**

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

**Linee guide per l'utilizzo**

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

**Informazioni su Google Ricerca Libri**

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

Math. 110.

Math. 110.

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000144436
Digitized by Google

Digitized by Google

# ROMANI CALENDARII A GREGORIO XIII. P. M. RESTITVTI Explicatio

# S. D. N. CLEMENTIS VIII. P. M. IVSSV EDITA.

Auctore

CHRISTOPHORO CLAVIO
BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV.

Accesſit confutatio eorum, qui Calendarium aliter inſtaurandum eſſe contenderunt.

Baudeloo 1843



ROMAE, Apud Aloyſium Zannettum. MDCIII.

EX SVPERIORVM PERMISSV.
CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google



Digitized by Google

# SANCTISSIMO PATRI AC DOMINO NOSTRO CLEMENTI VIII.

CHRISTOPHORVS CLAVIVS
e Societate IESV F.

QVANTI sit semper, P. B. ponderis ac momenti res habita, vt Christi liberatoris nostri reuiuiscẽtis memoria certis, ac statis anni temporibus recoleretur, vel ex eo facile intelligere licet, quòd complures Romani Pontifices super ea re multa eaq; grauissima, decreta extare voluere; quinetiã sæpius seueriſsima anathematis denunciatione cauerunt, ne quis ad sanctiſsimum illum diem obeundum lunam quartamdecimam primi mensis deligeret, seditiosorũ quorundam inductus errore, qui impudenter ab Ecclesiæ totius sententia desciscentes, eam ob causam Quartadecimani sunt appellati. Possem hoc loco multos generales conuentus recẽsere, qui, quod prudenter fuerat a Romanis Pontificibus semel decretum, sæpius auctoritate sanxerunt, præscripseruntq; diligenter, quibus anni temporibus, quo ritu, quaue religione, sanctiſsimum Christi Pascha celebrandum esset. sed omnium instar sit Concilium illud, quod Niceæ primum duodeuigenti supra trecentos Episcoporum in omni vitæ parte præstantiſsimorum frequentia nobile, habitum est, cui magnus ille Constantinus interfuit, huius vero Apostolicæ Romanæ Sedis Legati amplissima cum potestate præfuerunt. In eo enim conuentu, vt auctor est vir sanctiſsimus, idemq; doctiſsimus Ambrosius Mediolanensis Antistes, cum multa sunt sapientiſsimorum illorum Patrum prouisione decreta, quæ ad Christianam religionem vel stabiliendam, vel amplificandam pertinere videbantur; tum illud præter cætera diligentiſsime curatum est, vt rerum Mathematicarum peritiſsimis viris adhibitis in consilium, ad re-



Digitized by Google

lctam Paſchatis celebrationem Cyclus decennouennalis conſti-
tueretur. quo facto ſatis rei grauiſsimę prouiſum eſſe videri po-
tuiſſet, niſi paucula quædam horarum fragmẽta, in annorum ac
unarium menſium ſupputatione neglecta, ita paulatim, ac ſen-
ſim ſine ſenſu, Aequinoctium, & Nouilunia de ſua ſede detur-
baſſent; vt quod Nicæni Concilij patres in Paſchatis celebra-
tione Ducem quodammodo eſſe voluiſſent, illud ipſum iam
turpitẽr errandi, & prudentiſsimis Maiorum inſtitutis repũ-
gnandi Dux eſſet. Ergo Concilij Tridentini Patres, qui non
multis ante annis in ea Vrbe ad collapſam diſciplinam reſti-
tuendam, & ad Chriſtianæ Religionis perduellium improbos
conatus reprimendos conuenerunt, non ad minimam muneris
ſui partem rati ſunt pertinere, vt huic, quod dicebam, incom-
modo primo quoque tempore occurreretur: ac proinde Calen-
darij corrigendi prouinciam Romano Pontifici, tamquam ſa-
crarum ceremoniarum, & Eccleſiaſticorum rituum ſupremo
Curatori, atque Antiſtiti commendarunt; quam deinde Gre-
gorius XIII. vir omni virtutum genere cumulatiſsimus tan-
ta cum laude ſuſtinuit, vt totius pene orbis terrarum conſenſu
nouum Calendarium receptum fuerit & approbatum. Ac tam-
etſi Romani Pontificis auctoritas ea debet eſſe apud omnes, vt
quod ille ſtatuerit, vniuerſi pariter ratum habere debeant: quo-
niam tamen neque ſuperioribus annis defuerunt, neque deſunt
in præſentia, qui temere, ne quid grauius dicam, emendati Ca-
lendarij rationem audeant improbare, conenturque hominum
ſocietati perſuadere, ſe vnos puncto temporis plus vidiſſe, quàm
grauiſsimos & doctiſsimos viros, qui per decennium in Vrbe
Romani Pontificis auctoritate ſuper hac re conuentus habue-
runt; ſapienter omnino decretum eſt, ne auctoritate magis,
quàm argumentis res acta videri poſſet, vt correcti Calendarij
ratio proponeretur, ita vt vel amplius obtrectandi anſa male-
uolis amputaretur, vel ſi peruicaces eſſe pergerent, haberent po-
ſteri, vnde ad Calendarium Nouum defendendum validiſsima
ſemper firmamenta deſumerent. Hoc igitur oneris cum paucis
ante annis Sanctitas Tua imponendum cenſuerit mihi, illi vi-
delicet, qui vnus ex omnibus diuino beneficio ſupereſſem, qui
Calendario reſtituendo interfuimus; etſi tantæ rei non ſatis pa-
res vires afferre me poſſe intelligerem, ſi vellem, vt ſane par eſ-

ſe vi-

Digitized by Google

se videbatur, mirum in modum inter se disidentibus doctissimorum virorum de Anni correctione sententijs satisfacere; non potui tamen tanti Pontificis studio non subseruire; quem viderem omnes suas curas, & cogitationes ad totius Christianæ Reipublicæ commoda intendisse. Quocirca ita rem totam diuino fretus præsidio explicare conatus sum, vt nisi plane video nihil, facillime quiuis intelligere possit, emendati Calendarij rationem, quam Gregorius XIII. secutus est, vndequaque absolutissimam esse, neque ullam perfectiorem institui potuisse. Quod superest, orandus atque obsecrandus mihi es P. B. per humanitatem & clementiam istam singularem, ut si minus rei magnitudini, & expectationi hominum responderim, partim argumenti difficultati, partim ualetudini impeditæ, partim ætati iam ingrauescenti condonandum putes. Equidem si meam obtemperandi uoluntatem Sanctitati Tuæ, hoc est Deo, cuius uicem geris, non ingratam fuisse sensero, maximum me diuturni laboris fructum retulisse iudicabo.



Digitized by Google

# CLAVDIVS AQVAVIVA,
## Societatis Iesu Præpositus Generalis.

CVM Explicationem hanc Romani Calendarij, a P. Christophoro Clauio, nostræ Societatis Theologo compositam, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, si Reuerendissimis Dominis D. Vicesgerenti, & P. Magistro Sacri Palatij videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ iiij. Februarij. MDCII.

Claudius Acquauiua.

Imprimatur
B. Gypsius Vicesger.

Imprimatur
F. Io. M. Brasichellen. Sac. Pal. Apost. Magister.

Digitized by Google

# CLEMENS PAPA VIII.

## AD PERPETVAM rei Memoriam.

QVAECVNQVE à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ad communem totius Catholicæ Eccleſiæ vtilitatem diuturno ſtudio, & longa deliberatione, pie ſapienterque ſancita, & decreta ſunt, debent à Nobis non ſolum omni ope ab iniquorum hominum impugnatione defendi, ſed etiam, quantum in Domino licet, auctoritate Apoſtolica confirmari. Cum igitur fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter Calendarium Romanum, atque annum Eccleſiaſticum, qui ob minuta quædam neglecta progreſſu temporis ita à vero deflexerat, vt niſi idem Gregorius opportune prouidiſſet, ſacrum Paſchæ diem plerunque extra legitimum tempus à ſacris Concilijs, & Patribus conſtitutum in poſterum exhibuiſſet celebrandum, tanta cura, & felicitate in priſtinum ſtatum reſtituerit, vt prædictum Calendarium nulli vnquam mutationi amplius expoſitum eſſe videatur; Quia tamen nonnulli improbi homines eo audaciæ proruperunt, vt hoc magni laboris opus, tantorum virorum induſtria, & ſtudio confectum oppugnare, & calumnijs laceſſere, idque illi obijcere præſumpſerint, quod non ſemper motibus cæleſtibus ad vnguem reſpondeat: quaſi verò eiuſmodi Calendarij forma excogitari poſſit, quæ vna & eadem cum omnium, qui ſubſequuntur, annorum decurſu ſemper conueniat, & nullo vnquam tempore à motibus cæleſtibus vel minime diſcrepet: ac præcipue quidam Franciſcus Vieta in tantam impudentiam peruenerit, vt Calendarium quoddam a ſe compoſitum plenum erroribus, & Gregoriano plane contrarium, Gregorianum tamen inſcribere, & edere auſus ſit, eique prædicti Gregorij prædeceſſoris literas emendationis, & reſtitutionis Calendarij præpoſuerit, vt propoſita palam veri ſpecie, falſæ ſuæ doctrinæ venenum inſtillaret. Nos attendentes huiuſmodi Calendarium a prædicto Gregorio Prædeceſſore noſtro ſumma diligentia, & ſedulitate, adhibitis in hoc opus viris harum rerum peritiſſimis, eſſe reſtitutum, illudque perfectum, perpetuumque iure optimo inſcribi potuiſſe, quod ſemper ſuis præcipuis partibus integrum perſiſtat; nec mirandum eſſe, quod Cyclus noſtrarum Epactarum in dies Calendarij diſtributus interdum in Nouilunijs, ac Lunis xiiij. Paſchalibus non omnino cum motibus cælorum conſentiat, cum hoc in omni Cyclo neceſſario eueniat, ſatisque ſit, quod error hic, qui vitari nequit, multo rarior deprehendatur in nouo hoc Calendario, quam in vllo alio: propterea ad maiorem illius declarationem, & ad omnem eius impugnandi occaſionem, cæteraſque difficultates tollendas, dilecto filio Chriſtophoro Clauio Bambergenſi Societatis Ieſu religioſo, viro hac in re verſatiſſimo, & qui inſignem in eiuſdem Calendarij emendatione operam ſub eodem Gregorio nauauit, mandauimus, vt explicationes in prædictum Calendarium ederet, tum ad confirmandas eiuſdem Calendarij, ac Gregorij rationes, tum ad omnium aduerſariorum commenta infringenda, qui tandem poſt multas lucubrationes hunc librum diu deſideratum nobis obtulit, eumque Romani Calendarij à Gregorio XIII. Pontifice Maximo reſtituti explicationem iuſſu noſtro editam nuncupauit, in quo aduerſariorum errores perſpicue confutantur, doceturque hoc Calendarium futurum perpetuum, ita vt nulli vnquam, ne minima quidem mutationi, quod ad diſpoſitionem Epactarum attinet, obnoxium ſit, quanquam poſt plurima elapſa ſecula alia Solaris anni, & Lunaris æquatio fortaſsis inſtituenda ſit. Quare, Nos, ne de cætero contra dictum Calendarium aliquid obijci, aut confingi poſsit, opportune prouidere volentes, dicti Calendarij explicationem a prædicto Chriſtophoro Clauio editam per præſentes approbamus, cætera vero Calendaria à quibuſuis iam confecta huic aliqua ratione contraria, quæ mendoſiſſima Eccleſiæ obtruduntur, præſertim illud, quod dictus Franciſcus Vieta propria auctoritate edidit, & à Gregoriano præter alia diſcernitur, quod in illo ad primam diem Ianuarij Epacta xxx. ſiue hoc ſigno * notata, ſicut in Calendario habetur, non adſcripta ſit, vt in Gregoriano, annusque cum Epacta xxix. ab Octaua die Martij incipiat, quæ res inaudita eſt, & Patribus Nicæni Concilij prorſus contraria, necnon quæcunque alia forſan in poſterum edenda in vniuerſo Chriſtiano Orbe perpetuo abrogamus, eorumque vſum vbique interdicimus, ac prohibemus. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos iudicari, & diffiniri debere irritum & inane, quicquid ſecus



Digitized by Google

*ſuper his a quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingerit attentari, decernimus. Præcipientes in virtute Sanctæ Obedientiæ vniuerſis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs in ſpiritualibus generalibus, vt præſentes noſtras literas in eorum quiſque Eccleſiis, Ciuitatibus, & Dioceſibus publicari, & obſeruari curent & faciant. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum hactenus quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die xvij. Martij MDCIII. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.*

M. Veſtrius Barbianus.

# CLEMENS PAPA OCTAVVS.

## Ad futuram rei memoriam.

*CVM nos nuper Romani Calendarij à fe. re. Gregorio Papa XIII. Prædeceſſore noſtro reſtituti explicationem iuſſu noſtro editam auctore dilecto filio Chriſtophoro Clauio Bambergen. Societatis Ieſu Religioſo Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ſumptibus in Alma Vrbe noſtra per dilectum filium Aloyſium Zannettum Typographum imprimi fecerimus: Volentes Cameræ prædictæ indemnitati conſulere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ne decennio proximo durante quiſquam tam in Vrbe, & reliquo Statu Eccleſiaſtico nobis mediatè, vel immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicunq. in Vniuerſo Chriſtiano Orbe explicationem dicti Calendarij, tam in magno, quàm in paruo folio etiam ſub prætextu quarumcumq. additionum, ſeu declarationum, ſine ſpeciali noſtra, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licentia in ſcriptis obtenta imprimere, aut alibi impreſſum vendere, ſeu venale habere, vel exponere, aut aliàs quomodolibet apud ſe retinere poſſit prohibemus. Diſtrictius inhibentes vniuerſis, & ſingulis vtriuſq. ſexus Chriſtifidelibus, præſertim Librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico, ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amiſſionis Librorum, & Typorum omnium pro vna Cameræ prædictæ, & pro alia Accuſatori, ac pro reliqua tertijs partibus Iudici Exequenti irremiſſibiliter applicandorum pœnis eo ipſo ſine alia declaratione incurrendis, ne dicto decennio durante, opus prædictum vt præfatur, ſine dicta licentia imprimere, aut alibi impreſſum vẽdere, ſeu venale habere, vel proponere, aut aliàs retinere audeant, ſeu præſumant. Et nihilominus Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs, eorumq. Vicarijs in Spiritualibus generalibus, necnon in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico dilectis filijs noſtris, & Sedis Apoſtolicæ de latere Legatis, eorumq. Vicelegatis, ac Gubernatoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt contra inobedientes pœnas prædictas irremiſibiliter exequantur. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq. indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, Die xxiiij. Iulij MDCIII. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.*

M. Veſtrius Barbianus.

VNVS

Digitized by Google

# LECTORI S.

ANNVS est nunc vigesimus, & eo amplius, cum Romanum Calendarium vitio temporum non leuiter deprauatum doctissimorum hominum opera, atque industria correctum, secundissimis Gregorij XIII. Pont. Max. auspicijs lucem aspexisse vidimus. Quæ res eo fuit sapientissimo Pontifici glorioſior, quod ab omnibus auidissime expetita, a multis pertinaci, vt ita dicam, labore tentata; nunquam tamen potuerat ad exitum e sententia perduci. Porro non habeo necesse commemorare, quanto consensu, quantaque omnium approbatione restitutum Calendarium receptum, & commendatum fuerit. Illud vnum dico, nullum fuisse Christiani Orbis Regnum, nullam Prouinciam, nullam Vrbem, Academiam nullam paulo nobiliorem, quæ tantam rem sapientissime, ac felicissime perfectam esse non fateretur, & quæ diuinitus propemodum excogitatam corrigendi Calendarij rationem omni contentione amplectendam non censeret. Quod si nescio qui anguli Orbis terræ ad Septentriones, aut Orientem Solem sunt, qui nondum huiusce emendationis lucem iucundissimam acceperunt; id vero non tam amore tenebrarum factum esse pro comperto habemus, quam Romani Pontificis odio, quem quia Hæretici, aut Schismatici homines suis rationibus aduersarium habent, tantum ac tam singulare per ipsum humano generi beneficium tributum esse, iniquissimo animo patiuntur. Sed nimirum sicut adulto iam Sole, quam minimas vmbras corpora explicare solent, ita sperandum videtur futurum, vt quotidie magis correcti Calendarij splendor augescens nullam oram Orbis terrarum, licet abditissimam, quodammodo non collustret, aut certe volentium nolentium perfidorum hominum oculos non perstringat. In tantis opportunitatibus, quas restituendo Calendario importatas esse hominum cætui omnes confitentur, vnum non minus ad vtilitatis, quàm voluptatis cumulum desiderari videbatur; vt quam rationem Gregorius XIII. in hac tam præclara emendatione secutus esset, ea quam planissime fieri posset, palam proponeretur. Hoc igitur cum Sanctissimus iuxta & prudentissimus Pontifex Clemens Octauus animaduerteret, multosque iam annos ab ipsius Calendarij emendatione effluxisse videret, cum tamen id, quod maxime oportuit, nunquam præstitum esset, faciendum sibi omnino putauit, vt quando Romani Pontificis auctoritate Calendarium correctum atque emendatum esset, Romano pariter Pontifice imperante correcti Calendarij ratio constaret. Atque vtinam aut Aloysius Lilius Hypsichronæus vir immortalitate dignissimus, qui tam egregiæ correctionis primus auctor fuit, rebusque à se præclare inuentis alijs præluxit, adhuc viueret, aut certe ex rerum Mathematicarum peritis, qui summi Pontificis auctoritate sæpius in Vrbe conuenimus, vt institutam Calendarij emendationem communicatis viribus, & consilijs, perduceremus ad exitum, quiuis alius hoc tempore superesset; sperare profecto liceret, emendati Calendarij rationem ita explicari posse, vt æquis pariter, & iniquis ea in re mirifice satisfieret. Nunc autem, cum de sapientissimis illis viris sit Deo aliter visum, neque facile tantam rem præstare posse videatur, qui ipsius Calendarij correctioni non interfuerit, mihi videlicet, qui diuino beneficio adhuc superstes sum, onus alioqui viribus meis longe superius, tanto præsertim Pontifice iubente, non esse detrectandum intelligo. Ac tametsi video multa à me iteratis lucubra-

Cur nonnulli nouum Calendarium non susceperint.

Clementis viij iussu explicationem huic Calendarij editam esse.

Aloysius Lilius auctor primus Calendarij noui.

Cur auctori huius operis onus hoc scribendi præ cæteris impositum sit.

Digitized by Google

lucubrationibus esse tentata, quæ Calendarij restituti rationem non obscure, multorum iudicio, patefaciunt; quia tamen eorum pleraque obtrectatorum criminationes refellunt, ac proinde ad omnes minus pertinent, & præterea non pauca sunt, quæ à nobis vtiliter excogitata esse non diffiteor; nouus hic labor omnino suscipiendus fuit, quem si, quemadmodum speramus, ab æquis rerum æstimatoribus probari viderimus, erit cur omnium bonorum largitori Deo ingentes gratias habeamus. Scio porrò, in hac nostra explicatione nonnulla esse, quæ à Liliana ratione Epactarum Calendario inscribendarum, earumque æquatione nonnihil dissentiant: sed nimirum, vt hac in re ipsum etiam Calendarium Gregorianum anno 1582. editum ab ipsius ratione dissensisse scimus, vt ex eo, quod ad Christianos Principes anno 1577. transmissum est, liquido constare potest; ita nobis licere arbitrati sumus, vsquequaque Lilianæ rationi non adhærescere. Id quod etiam libentius fecimus, quod multa inuenta, vt paulo ante diximus, non pauca etiam in melius mutata esse intelligimus, quibus hæc Calendarij emendatio aduersus obtrectatores explicatior redderetur, ac firmior. Nam inter alia non modico labore nouas rationes, easque non paucas excogitauimus, quibus Epactarum Cyclus, in quo totius huius summa correctionis consistit, facilior atque expeditior redderetur, atque Epactarum æquatio corrigeretur, cum ea ab auctore Calendarij minus recte sit instituta: Deinde qua via ac ratione Epacta quouis anno, quamuis remotissimo, non magno labore sit eruenda, etiamsi tabula æquationis Epactarum, de qua suo loco disputabitur, ad eum vsque annum extensa non sit; vt taceam in præsentia, multa esse à nobis adiecta ex peritioribus Astronomis, quibus æquinoctiorum progressus, regressusq; explicantur, quo planiores fierent rationes, quibus Vernum æquinoctium in sua Sede contineatur: Nihilque dicam de nouis præceptis, quibus omnia, quæ ad Computum, quem vocant, Ecclesiasticum pertinent, valde expedite in digitorum articulis reperiuntur. Et quoniam inter eos, qui Gregorianum Calendarium omnium fermè gentium approbatione firmatum cõuellere tentarunt, duo præcipue & fama nominis, & eruditione literarum nobiles fuerunt, qui nonnullis aliquid dixisse visi sunt, Iosephus Scaliger, & Franciscus Vieta; non ab re visum est, vtriusque confutationem huic operi adiungere: Vietæ præsertim, qui non minus nouas, quàm falsas rationes restituendi Calendarij ingressus, Gregorij XIII. mentem non solum non est assecutus, quod de se magnifice iactat, sed etiam eiusdem Pontificis Decreta super nouo Calendario, suo, hoc est, falso affinxit, vt Pontificia auctoritate, quæ nemini non est sanctissima, commenta sua leuissima stabiliret. Huic ipsi confutationi Vietæi Calendarij non defuerunt, qui magnopere hortarentur, vt Responsionem adijcerem ad vanissimam, ne quid grauius dicam, eiusdem Expostulationem, quæ se in hoc etiam libro appellari velle visa est, cum in meum se conspectum dederit id temporis, quo mei libri prælum in postremis prælis de more cuduntur; & quidem Domini quodammodo spirabat adhuc iracundiam. Edita enim in lucem fuerat, simul ac acceperat, me omni ope falsas ipsius rationes Calendarij corrigendi profligare aggressum; quasi inique facerem, qui Gregorianum Calendarium omnium Principum, Academiarum omnium suffragijs iamdudum stabilitum, aduersus vnius hominis temeritatem defenderem. Sed non passus sum id mihi à quoquam persuaderi; primum, quia nihil est in ea Expostulatione, quod non appareat à commoto animo esse profectum:

Quare ab Aloysio Lilio plerisque in rebus auctor huius operis dissentiat.

Quæ potissimum ab auctore huius operis Calendario Aloysij Lilij adiecta sint.

Deinde

Deinde quia nihil habet, præter contumelias, & conuicia, quæ ego ad me ne peruenisse quidem iudico: postremo quia hoc responsionis munus non vnus amicorum pro sua vel erga me beneuolentia, vel erga Pontificia Decreta obseruantia, sibi depoposcit. Ero igitur contentus interim, quid de meis laboribus; quid de Gregoriano Calendario, quod Vieta misere a me deprauatum, & corruptum declamitat; quid de Vietæo sentiat summus, ac Sanctissimus Pontifex Clemens VIII. quod in eius Diplomate huic operi præfixo apparet: & Francisco Vietæ libens, volensque, quicquid de me iniurioſe dixit, condonabo. Vnum superesse videtur, vt, quoniam tota hac in re magno mihi adiumento fuerunt, quæ Romæ in conuentu doctorum Virorum, quem sæpe habuimus, adhuc viuo Gregorio, disputata sunt, hoc publice profitear. quod si reticerem, nonnihil fortasse de aliena gloria detraheretur. Cæterum candide Lector, si quid a nobis profectum animaduerteris, quod cum aliqua ingenij, aut industriæ laude coniunctum iudices, id, quoniam diuini muneris totum est, Deo adscribe, si quid perperam dictum, aut explicatum, mihi. Ego vero Dei Optimi Maximi fretus ope, rem ipsam aggrediar alacriter, non tam perficiendi spe, quam tentandi, & obtemperandi voluntate. Vale.

IN-

Digitized by Google

# INDEX CAPITVM
## Explicationis Calendarij.

EPISTOLA ad Lectorem.
PROOEMIVM totius operis. Pagina 1.
Compendium nouæ rationis restituendi Calendarium à Gregorio XIII. ad Principes Christianos, celebrioresque Academias missum, anno Domini 1577. 3.
CALENDARIVM Gregorianum perpetuum Orbi Christiano vniuerso à Gregorio XIII. P.M. propositum, anno 1582. pag. 13.
I. CAPVT. Quid in sacris literis de Paschæ celebratione præcipiatur: & quid de eadem à SS. Patribus, & Concilijs sancitum sit. 57.
II. Calendarium cur corrigi debuerit, & in quo eius correctio consistat. 70.
III. Aequinoctium Vernum cur ad diem 21. Martij potissimum, & qua ratione reuocatum sit. 73.
IIII. Ecclesia cur posthabitis motibus veris, apparentibusue, medios tantum, siue æquales, aut potius Cyclos in mobilium solennitatum celebratione vsurpet. 75.
V. Quæ intercalandi ratio adhibita sit, vt æquinoctium prope diem 21. Martij, ad quem est reuocatum, retineatur. 80.
VI. De periodo Anomaliæ æquinoctionum, & inæqualitatis annorum ex Nicolai Copernici doctrina. 88.
VII. Soluuntur dubitationes variæ de æquandi anni Solaris formula in Calendario nouo præscripta. 96.
VIII. Quo pacto Cyclus decēnouennalis aurei numeri annos 19. Solares exequet. 102.
IX. Quo pacto aurei numeri in Calendario disponantur: & cur, ijs amotis, in eorum locum Epactæ substitutæ sint. 105.
X. Quo artificio Epactæ in Calendario describantur. 119.
XI. Constructio tabulæ expansæ Epactarum, & tabulæ æquationis earundem Epactarum, ex auctoris Calendarij sententia. 126.
XII. Inuentio aurei numeri, & Epactæ quolibet anno proposito: Item emendatio tabulæ æquationis præcedenti capite ex sententia Lilij descriptæ. 156.
XIII. De calculo Nouiluniorum, & Pleniluniorum per Epactas veras. 196.
XIIII. De calculo Nouiluniorum, & Pleniluniorum mediorum faciliore per Nouilunia media ad 76. annos supputata. 204.
XV. De triginta Calendarijs aureorum numerorum, respondentibus triginta lineis tabulæ Epactarum expansæ. 285.
XVI. Lunationes omnium triginta Cyclorum tabulæ Epactarum expansæ, in suas quantitates per totum annum eo ordine, quem in Calendario per menses totius anni seruant, resolutæ. 334.
XVII. De Emboliſmis, ac saltu, quem dicunt, Lunæ. 366.
XVIII. Quartadecima Luna quæ sit; & cur Epactæ in Calendario ita sint dispositæ, atque æquatæ, vt earum Nouilunia medias, ac veras coniunctiones Luminarium, vt plurimum, subsequantur. 380.
XIX. Soluuntur variæ dubitationes de Epactarum in Calendario descriptione; earundemque æquatione: ac simul magis confirmatur, Epactas in Calendario rectissime esse descriptas, atque æquatas. 390.
XX. Inuentio Cycli Solaris quouis anno proposito. 400.
XXI. Inuentio literæ Dominicalis. 405.
XXII. Festorum mobilium inuentio. 415.
XXIII. Quod vno, eodemque die in omnibus mundi partibus sacrosanctum Pascha sit celebrandum. 565.

Ex

Digitized by Google

XXIIII. Exponditur Calendarium Franciſci Vietæ, & refellitur. 566.
XXV. De alia ratione ſupputandi Nouilunia, ac plenilunia media Paſchalia, poſt anni correctionem. 597.
XXVI. De noua quadam alia, ac facillima ratione ſupputandi Nouilunia, Pleniluniaq; media Paſchalia poſt anni correctionem. 606.
XXVII. Confutantur alij, qui Gregorianum Calendarium oppugnarunt. 609.
XXVIII. De calculo Lunationum vſque ad Quarta. 624.

## *INDEX CAPITVM PRIMAE PARTIS Computi Eccleſiaſtici.*

PRAEFATIO. 636.
I. CAPVT. De aureo numero. 636.
II. De Epactis, Nouilunijs, Aetate Lunæ, & Litera Martyrologij. 639.
III. De Cyclo Solari, ſiue literarum Dominicalium 28. annorum. 646.
IIII. De litera Dominicali. 648.
V. De annis biſſextilibus, communibuſque tum centeſimis, tum non centeſimis, & numero dierum, ob æquationem anni Solaris, vſque ad datum quodcunque tempus exemptorum. 654.
VI. De feſtis mobilibus. 656.
VII. De Aduentu Domini. 660.
VIII. De numero Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum Domini. 661.
IX. A quo die hebdomadæ quilibet dies menſis anno quouis propoſito denominetur, ſiue primus is ſit, ſiue non. 661.
X. De Nonis, Idibus, & Calendis. 663.
XI. De Indictione. 664.
XII. De loco Solis in Zodiaco. 665.
XIII. De loco Lunæ in Zodiaco, & quot horis noctu luceat. 666.

## *INDEX REGVLARVM, ET TABVLARVM ſecundæ partis Computi Eccleſiaſtici.*

Aurei numeri inuentio ex tabula 1. 668.
Epactæ inuentio ex tabula 2. 668.
Literæ Martyrologij inuentio ex cyclo Epactarum perpetuo. 669.
Nouiluniorum, & ætatis Lunæ inuentio ex tabula 3. 669.
Cycli Solaris inuentio ex tabula 4. 669.
Literæ Dominicalis inuentio tum ex 5. tum ex 6. tabula. 669.
Indictionis inuentio ex tabula 7. 670.
Feſtorum mobilium inuentio ex tabula 8. 670.
Inuentio temporis, quo Luna noctu lucet, ex tabula 9. 671.
I. Tabula inuentionis aureorum numerorum. 672.
II. Tabula inuentionis Epactarum. 673.
III. Tabula inuentionis Nouiluniorum totius anni perpetua. 674.
IIII. Tabula inuentionis cycli Solaris. 675.
V. Tabula inuentionis literarum Dominicalium ex cyclo Solari. 676.
VI. Tabula inuentionis literarum Dominicalium ſine cyclo Solari. 677.
VII. Tabula inuentionis Indictionum. 678.
VIII. Tabula inuentionis feſtorum mobilium. 679.
IX. Tabula inuentionis temporis, quo Luna noctu lucet. 680.



Digitized by Google

# INDEX RERVM PRAECIPVARVM, quæ in quolibet capite explicantur.

## IN EPISTOLA AD LECTOREM.


ALOYSIVS Lilius auctor primus noui Calendarij Gregoriani.

Quare ab Aloysio Lilio plerisq; in rebus auctor huius libri dissentiat.

Quæ potissimum ab auctore huius libri Calendario Aloysij Lilij adiecta sint.

Cur hoc onus scribendi auctori huius libri, præ cæteris, impositum sit.


## IN PROOEMIO.


Duo festorum dierum genera ab Ecclesia celebrari. Pagina 1.

Ad festa immobilia celebranda vsum tantum mensium Solarium necessarium esse. 1.

Ad festa mobilia celebranda & menses Solares, & Lunares esse necessarios. 1.

Cur tam annus Solaris, quàm Lunaris corrigendus fuerit. 1.

Multos Pontifices Rom. & Concilia non pauca correctionem Calendarij desiderasse. 1.

Qui præcipue errores Calendarij Concilij Nicæni deprehenderint, & de eorum emendatione scripserint. 1.

Neminem ante Gregorium XIII. assecutum esse perfectam Calendarij correctionem, & quare. 1.

Plerosque censuisse, neque in Calendario Cyclum Lunarem perpetuum describi posse, neque æquinoctio stabilem sedem posse assignari. 1.

Solum Aloysium Lilium, quem secutus est Greg. XIII. Cyclum Lunæ perpetuum in Calendario descripsisse, ac simul æquinoctio sedem stabilem assignasse. 2.

Ordo, quem auctor huius libri seruat. 2.


## IN COMPENDIO NOVAE RATIONIS restituendi Calendarium à Greg. XIII. P. O. M. ad Principes Christianos, celebrioresq; Academias missum, anno Domini 1577.


Qua de causa Gregorius XIII. Compendium hoc nouæ rationis restituendi Calendarium ad Principes miserit. 3.

Quando Pascha ex Decreto Concilij Nicæni celebrandum sit. 3.

Sedem æquinoctij die 21. Martij à Patribus Concilij Nicæni constitutam esse. 3.

Lunam xiiij. ex aureo numero inueniendam esse, statuisse Patres Concilij Nicæni. 3.

Æquinoctium sedem suam deseruisse. 3.

Lunam xiiij. falso ab aureo numero indicatam esse ante correctionem. 3.

Plures summos Pontifices tentasse errorem æquinoctij, & Lunæ xiiij. emendare. 4.

Difficile esse, æquinoctio sedem stabilem ascribere, ob anni vertentis incertam, & variam magnitudinem. 4.

Quod remedium Aloysius Lilius excogitarit, ad sedem stabilem æquinoctio affigendam. 4.

Interruptio Cycli literarum Dominicalium, ex ratione æquandi æquinoctium ab Aloysio Lilio excogitata. 4.

Quare aureus numerus perpetuo Lunam xiiij. Paschalem indicare nequeat in Calendario. 4.

Cyclum decennouennalem Epactarum posse perpetuo Lunam xiiij. Paschalem ostendere in Calendario, si certis temporibus æquatio adhibeatur. 4.

Calendarium Aloysij Lilij cum Cyclo Epactarum. 5.

Quo pacto æquatio Epactarum instituta sit ab Aloysio Lilio, secundum annum Alphonsinum. 9.

Tabula Epactarum expansa Aloysij Lilij, cum tabella æquationis earundem Epactarum. 9. & 10.

Vsus æquationis Epactarum secundum Aloysium Lilium instituæ. 10.

Tabellæ aliquot temporariæ Epactarum secundum Aloysium Lilium, earumque vsus. 11.

Aloysium Lilium perfeciisse absolutissimam tabulam festorum mobilium. 11.

Cyclum Epactarum Calendario inscriptum, ad quãcunque anni quantitatem accommodari posse. 11.

Qua ratione Epactarum æquatio instituenda sit, secundum variam anni quantitatem, ex sententia Nicolai Copernici. 12.

Adhortatio ad Mathematicos, vt in curam emendandi Calendarij incumbant. 12.

Gregorium XIII. sibi proposuisse sequi totius orbis Christiani consensum in hoc negotio correctionis. 12.


## IN CALENDARIO GREGORIANO perpetuo, quod anno 1582. à Gregorio XIII. toto orbi propositum est.


Bulla Gregorij XIII. de Calendario correcto. 13.

Canon 1. De Cyclo decennouennali aurei numeri. 16.

Aurei numeri inuentio per tabulam. 17.

Aurei numeri inuentio per Arithmeticam. 19.

Canon 2. De Epactis, & Nouilunijs. 19.

Tabella Epactarum aureis numeris respondentium ante correctionem Calendarij. 19.

Tabellæ aliquot temporariæ Epactarum aureis numeris respondentium post Calendarij correctionem. 20.

Maturo consilio Nouilunia in Calendario posita esse cælestibus Nouilunijs. 21.

Tabella Cycli Epactarum perpetua, cum tabula æquationis eiusdem Cycli. 22.

Epactæ inuentio ex Cyclo perpetuo. 22.

Canon 3. De Cyclo Solari, siue literarum Dominicalium 28. annorum. 24.

Cycli Solaris inuentio ex tabella, quæ incipit ab anno correctionis 1582. 24.


Cycli

Digitized by Google

# INDEX.


*Cycli Solaris inuentio per tabulam, quocunque anno proposito.* 25.
*Cycli Solaris inuentio per Arithmeticam.* 26.
*Canon 4. De litera Dominicali.* 26.
*Literæ Dominicalis inuentio ab anno correctionis vsque ad annum 1700. exclusiue.* 26.
*Tabella literarum Dominicalium ab anno 1700. inclusiue perpetua, si quibusque 400. annis tres bissexti omittantur, una cum tabula æquationis eiusdem tabellæ.* 28.
*Literæ Dominicalis inuentio ex prædicta tabella quolibet anno proposito post annum 1700.* 28.
*Constructio tabellæ temporariæ literarum Dominicalium ad quodcunque seculum propositum.* 29.
*Cyclus Solaris, seu literarum Dominicalium antiquus annorum 28. perpetuus, cum tabula æquationis eiusdem Cycli.* 30.
*Litera Dominicalis inuentio ex Cyclo Solari perpetuo, quouis anno proposito.* 31.
*Canon 5. De Indictione.* 31.
*Indictionis inuentio ab anno 1582.* 31.
*Indictionis inuentio per tabulam quolibet anno.* 32.
*Indictionis inuentio per Arithmeticam.* 32.
*Canon 6. De festis mobilibus.* 33.
*Pascha inuentio in Calendario per Epactam, & literam Dominicalem, una cum aliis festis mobilibus.* 33.
*Festorum mobilium inuentio ex duplici tabula perpetua.* 34.
*Tabella temporaria festorum mobilium ab anno 1582. vsque ad annum 1631.* 36.
*Tabula Paschalis, siue festorum mobilium antiqua reformata, & perpetua.* 37.
*Tabula Paschalis, siue festorum mobilium noua reformata, & perpetua.* 38.
*Calendarium Gregorianum cum Epactis per dies mensium distributis.* 40.
*Canon in Calendarium Gregorianum anni correctionis 1582.* 52.
*Vltimi tres menses anni correctionis 1582.* 53.
*Quid obseruandum sit, si correctio Calendarij non fiat anno 1582.* 56.


## IN CAPITE I.


*Præceptum de Paschæ celebratione, ex Scriptura sacra.* 57.
*Iudæi quando Pascha celebrabant ex præcepto diuino.* 58.
*Mensis primus Iudæorum quis.* 58.
*Ecclesia cur maluerit Pascha mobile esse, quam fixum.* 58.
*Dominica prima post Lunam xiiij. primi mensis Paschæ Christianum celebrandum esse.* 59.
*Decretum S. Pij Papæ mart. de celebratione Paschæ die Dominico.* 59.
*Decretum S. Victoris Papæ de Paschæ celebratione die Dominico post Lunam xiiij. primi mensis.* 59.
*Decretum Concilij Cæsariensis in Palæstina de celebratione Paschæ post Lunam xiiij. primi mensis.* 60.
*Fragmentum epistolæ Concilij Nicæni de Paschæ celebratione.* 60.
*Confirmatur decretum Concilij Nicæni de Paschæ celebratione in Concilio Antiocheno, Chalcedonensi, & alijs.* 60.
*Concilium Nicænum confirmasse potius, quam instituisse, Pascha celebrandum esse die Dominica post Lunam xiiij.* 60.
*Sententia Bedæ, Concilium Nicænum renouasse Ecclesiasticum decretum de Paschæ celebratione post Lunam xiiij. primi mensis Dominico die.* 61.
*Sententia B. Ambrosij de celebratione Paschæ ex decreto Concilij Nicæni.* 61.
*Eusebio Cæsariensi, & Alexandrinis curam à Nicæno Concilio datam esse cycli aurei numeri.* 61.
*Morem celebrandi Pascha die Dominico post Lunã xiiij. primi mensis temporibus Apostolorum incepisse, esseque traditionem Apostolicam.* 62.
*Pascha semper celebratum esse, & celebrari debere Dominica prima post Lunam xiiij. etiamsi ea Dominica in Lunam xv. incidat; contra quosdam, qui id negant.* 63.
*Error quorundam in primo mense definiendo.* 68.
*Mensem primum recte dici eum, cuius Luna xiiij. in diem æquinoctij incidit, vel eum proxime sequitur.* 68.
*Tria in celebratione Paschæ obseruanda, ex decretis Pontificum, & Conciliorum.* 69.
*Æquinoctio Verno diem 21. Martij à Nicæno Concilio tributum esse.* 69.
*Quot, & quæ Nouilunia sint Paschalia, ex decreto Concilij Nicæni.* 69
*Quot diebus anni, & quibus Pascha celebrari possit, ex Nicæni Concilij decreto.* 69.
*Nouilunia per aureos numeros in Calendario dispositos inuestigata esse ante correctionem anni, vt omnes ijsdem diebus Neomenias celebrarent.* 70.
*Cyclum literarum Dominicalium esse inuentum, vt in Dominico die celebrando nulla esset dissensio.* 70.


## IN CAPITE II.


*Æquinoctium, Nouiluniaque tempore, quo Calendarium à Gregorio XIII. corrigebatur, non eisdè diebus contigisse, quibus tempore Concilij Nicæni fiebant.* 70.
*Quæ Lunationes ex Concilio Nicæno Paschales reiectæ fuerint, tanquam non Paschales, ante correctionem Calendarij, propter errorem æquinoctij.* 70.
*Quando Pascha in mense secundo ante correctionem celebratum sit, propter æquinoctij errorem.* 70.
*Nisi Calendarium fuisset correctum, accidisset post aliquot annos, Pascha semper in secundo mense, tertio, quarto, &c. celebrari, propter æquinoctij versus initia mensium ascensum.* 70.
*Quando Pascha ante correctionem celebratum sit Lunæ xxv. ob Nouiluniorum per aureos numeros inuentorum errorem.* 71.
*Nisi correctum fuisset Calendarium, Pascha celebrari contigisset in Nouilunio, Lunæ ij. iij. &c. ob errorem Nouiluniorum, quæ per aureos numeros inquirebantur.* 71.
*Ob errorem æquinoctij, & Lunæ xiiij. ex aureis numeris inuenta, sæpe in celebritate Paschæ contigisse errorem 7. aut 28. aut 35. duorum, ante emendationem Calendarij.* 71.
*Committi cõtigisset in Paschæ celebratione post multos annos, errorem 42. dierum, & amplius, nisi*




Digitized by Google

correctum esset Calendarium. 71.
Incommoda historiarum, temporum, & præcipuarũ anni celebritatum, si Calendarium emendatum non esset. 71.
Necessitas correctionis Calendarij. 72.
In tribus correctionem Calendarij consistere, et quæ illa sint. 72.

## IN CAPITE III.

Sententiæ variæ de æquinoctij restitutione. 73.
Quam sententiam in restituendo æquinoctio Gregorius XIII. secutus sit. 73.
Incommoda aliorum opinionum de æquinoctij restitutione. 73.
Æquinoctium Vernum qua ratione ad diem 21. Martij restitutum sit. 73.
Annum 1582. dicendum esse annum correctionis, propterea quod in eo facta est correctio Calendarij a Greg. XIII. 73.
Cur 10. dies simul exempti sint ex anno 1582. non autem singuli ex singulis annis, aut mensibus. 74.
Æquinoctium cur sedem suam anticipet in Calendario. 74.
Anni magnitudo secundum Iulium Cæsarem, & Ecclesiam. 74.
Anni magnitudo secundum Alphonsinos. 74.
Annus quando fuerit maximus, & quando minimus, & quando medio se habuerit modo. 74.
Annus Romanus, siue Ecclesiasticus, quanto maior sit anno Alphonsino. 74.
In quot annis æquinoctium anticipet vnum diem, secundum annum Alphonsinum. 74.
Correctio Calendarij cur in anno 1582. & in Octobri potius instituta sit, quam in alio quopiam anno, ac mense. 74.
Cur anno 1583. in regionibus remotioribus correctio fieri iussa sit in Februario potius, quam in alio mense. 75.
Calendarium nouum, si anno 1582. in Februario correctum fuisset, exhibuisset rectius Pascha, quam vetus. 75.

## IN CAPITE IIII.

Ecclesiam medios duntaxat motus considerare, ob multas causas. 75.
1. Causa. Quia medij motus sunt æquales, & vniformes, ac proinde ad captum vulgi accommodatis. veri autem motus inæquales sunt, & irregulares. 75.
2. Ne seminarium perpetuum rixarum, & discordiarum excitetur in Ecclesia, si veri motus obseruarentur, ob tabularum Astronomicarum varietatem. 76.
3. Quia nullæ tabulæ ad hanc vsque diem extructæ sunt, quæ veros motus sine errore exhibeant ad multos annos. 76.
4. Quia etiamsi Astronomicæ tabulæ extarent absolutissimæ, frustra tamen veri motus adsciscerentur, ob Meridianorum varietatem. 77.
5. Quia antiquissima Ecclesiæ consuetudo est in obseruatione mediorum motuum, non autem verorum; quæ sine causa vrgenti mutari non debet. 78.
6. Quia ita faciendum esse, testantur varij scriptores, & Computistæ. 79.
Prutenicæ tabulæ, quæ hodie ab omnibus vsurpantur, cur incertæ iudicari possint. 76.
Ex Astronomis nonnullos in motu Solis ac Lunæ magis fidere tabulis Alphonsinis, quam Prutenicis. 76.
Recte ad æquinoctium restituendum in diem 21. Martij, exemptos fuisse 10. dies, confirmatur obseruationibus cuiusdam recentioris Mathematici. 77.
Tabulas Astronomicas magni faciendas esse, etiamsi longo tempore durare nequeant. 77.
Tabularum Astronomicarum inconstantia vnde proueniat. 77.
Non multum referre, quod ad Paschæ diem festum spectat, si æquinoctium non semper in ipsum diem 21. Martij incidat. 78.
Deum per Moysen præcepisse obseruationem primi mensis, & 10. diei, & 14. rustico, siue simplici quodam modo, & ad captum vniuersi populi Israelitici accommodato. 78.
Ecclesiam non esse valde sollicitam de veris, aut mediis Nouilunijs, Pleniluniisque, cum in ijs inuestigandis vsa semper sit Cyclis. 78.
Ecclesiam in cyclo Lunari vsurpando imitari omnem antiquitatem. 79.
Medios motus vtiles esse ad diudicandum, quinam cyclus e pluribus rectius Lunas xiiij. exhibeat in Calendario. 79.

## IN CAPITE V.

Quæ intercalandi ratio adhibita sit, vt æquinoctiũ prope 21. diem Martij conseruetur. 80.
Astronomicus annus quid. 80.
Ciuilis annus quid. 80.
Annum Astronomicum non semper ab eodem momento eiusdem diei incipere. 80.
Necessariam esse cognitionem anni Astronomici, vt annus Ciuilis æquetur, 80.
Quartus quisque annus cur bissextilis sit. 81.
Æquinoctium, si omnes anni essent communes, in 1460. annis percurreret omnes dies anni. 81.
Intercalatio vnus diei quarto quoque anno maior est, quam oportet, & quare. 81.
Quid faciendum, ne æquinoctium anticipet. 81.
Anni magnitudo ex Ptolemæo. 81.
Anni magnitudo ex Albategnio. 81.
Anni magnitudo secundum Alphonsinos. 81.
Annum Solarem non esse eiusdem semper magnitudinis. 81.
Copernici de anni inæqualitate obseruationes. 81.
In quot annis dies intercalaris omittendus esset secundum annum Ptolemæi. 82.
In quot annis secundum Albategnij annum cessandum esset ab intercalatione. 82.
In quot annis Alphonsinus annus requirat omissionem vnius diei intercalaris. 82.
Duæ viæ intercalandi ad æquinoctium in 21. die Martij retinendum. 82.
Quæ intercalandi ratio delecta sit. 82.
Cur in correctione Calendarij media anni magnitudo assumpta sit. 82.

Annum

Digitized by Google

# INDEX.


*Annum inæqualem aptum non esse ad intercalandi rationem instituendam.* 82.
*Conuentiones in Paschæ celebratione a Concilio Nicæno vsque ad Iustinianum Imperatorem vnde exortæ sint.* 82.
*Maximus annus cur ad æquationem anni Solaris non sit idoneus.* 83.
*Minimus annus cur ad æquationem anni Solaris aptus non sit.* 83.
*Medius annus, id est, Alphonsinus, cur solus ad annum Solarem æquandum aptus sit.* 83.
*Ratio intercalationis ad medium annum institutæ, quo pacto ipsam remoueat.* 83.
*Nihil incommodi, quod alicuius momenti sit, sequi ex intercalatione pro medio anno instituta.* 83.
*Altera causa, cur in correctione Calendarij magnitudo anni medij assumpta sit.* 83.
*Similitudo inter medias Luminariũ coniunctiones, & æquationem ad annum medium institutã.* 83.
*Dubitatio, quod interdum Pascha reijciatur in secundum mensem, nonnunquam vero primum mensem præuertat, si æquatio pro medio anno instituatur.* 83.
*Solutio dubitationis, nouum nõ esse, vt interdum Pascha celebretur vel in secundo mense, vel in vltimo, propter annos communes, & bissextiles.* 84.
*Paschæ necessario celebratum esse interdum & in secundo mense, & in vltimo, etiam ipsis Concilij Nicæni temporibus.* 84.
*Ecclesiam Decretis Patrum non repugnare, etsi interdum Pascha celebrat vel in vltimo mense, vel in secundo, cum hoc nullo modo vitari possit.* 84.
*Æquinoctium duplex: Astronomicum seu verum, & Ecclesiasticum siue Politicum.* 84.
*Cur absurdum non sit, Ecclesiasticum æquinoctium interdum a vero discrepare.* 84.
*Ecclesiam libere obseruare æquinoctium, & Lunam in Paschæ solennitate: & cur obseruet.* 85.
*Ecclesiæ magis curæ esse pacem fidelium in Paschæ celebratione, quam accuratam æquinoctij, & cuius Lunæ obseruationem.* 85.
*3. Causa, cur in correctione Calendarij media anni magnitudo assumpta sit.* 85.
*Æquinoctium, si post aliquot annos diem 21. Martij omnino deseruisset, quo pacto ad eundem posset reuocari.* 85.
*Perpetuitas, ac perfectio Calendarij Gregoriani in quo consistat.* 85.
*Calendarium nouum non dici perpetuum, quasi nunquam a die 21. Martij æquinoctium recedere possit, sed ob aliam causam.* 85.
*Fieri non posse, vt æquinoctium in eodem die persistat, ob sex horas quotannis omissas.* 85.
*Quare Calendarium nouum dicatur perpetuum.* 85.
*Cur anni centesimi ad æquandum annum Solarem sint delecti.* 86.
*Qua ratione omissio diei intercalaris in centesimis annis, quadringentesimo quouis excepto, ad annum Alphonsinum quadret.* 86.
*Qui anni centesimi in posterum bissextiles permansuri sint, & qui non, sed communes euasuri.* 86.
*In quot annis æquinoctium per vnum diem a 21. Martij versus finem mensis prolapsurum sit, si annus Alphonsinus semper medium locum teneret inter maximum & minimum annum.* 86.
*Similitudo inter intercalationem quadringentesimo quoque anno, & intercalationem quarto quoque anno consuetam.* 87.
*Dubitatio, quod æquatio non recte videatur adhiberi in centesimis annis, qui quouis anno 24. fieri deberet.* 87.
*Solutio superioris dubitationis.* 87.
*Æquationem in centesimis annis adhibitam eodem modo conseruare æquinoctium in eodem die, quæ per intercalationem quarto quoque anno conseruatur.* 88.
*Æquationem in annis centesimis adhibitam persimilem esse æquationi Arabum in anno Lunari.* 88.


## IN CAPITE VI.


*Periodus anomaliæ æquinoctiorum quando inceperit ante Christi ortum, ex doctrina Nicolai Copernici.* 89.
*Radix periodi anomaliæ æquinoctiorum.* 89.
*Periodus anomaliæ æquinoctiorum quo anno Christi iterum inceptura sit.* 89.
*Æquinoctium verum ac medium quando simul fiant, & quando maxime inter se differant, & quando mediocris sit eorum differentia.* 90.
*Annus tropicus quando sit maximus, quando minimus, & quando mediocris.* 90.
*Confusio inter Christianos, si æquatio æquinoctij ad motum verum institueretur.* 92.
*Æquationem vniformem vanè a nonnullis impugnari.* 93.
*Æquinoctium secundum æquationem noui Calendarij non longe a die 21. Martij recedere, idque merito eam esse institutam ad annum Alphonsinum, qui medius est.* 93.
*Differentiam inter verum ac medium æquinoctium non attingere diem vnum cum semisse.* 93.
*Æquinoctium medium quando antecedat, aut sequatur verum.* 93.
Saltum Lunæ quando dici possit fieri in anno Embolismico. 374.
Saltum Lunæ semper fieri, cum aureus numerus est j. alias nunquam, nisi in annis Embolismicis Epactarum xix. & xviii. 374.
Saltus Lunæ cur plerisque displiceat. 374.
Scaligerum non raro offerre Pascha celebrandum vno die, vel etiam duobus ante plenilunium. 619.
Scaligerum frequenter Pascha celebrare vltimo anni præcedentis mense. 620.
Scaligeri Lunas xiiij. aliquas nimis postponi. 621.
Scaligerum in æquatione Epactarum non habuisse semper rationem postpositionum Lunæ, ac dierum exemptorum. 614.
Scaligerum sumpsisse Calendarium Compendii pro suo. 609.
Scaliger quæ errata in suo Calendario commiserit. 609.
Sedem stabilem æquinoctij posse in Calendario assignari, Lunaremque Cyclum perpetuum posse describi, cur plerique impossibile esse censuerint. 2.
Sententiæ variæ de æquinoctij restitutione. 73.
Similitudo inter intercalationem quadringentesimo quoque anno adhibendam, & intercalationem quarto quoque anno consuetam. 87.
Similitudo inter medias Luminarium coniunctiones, & æquationem ad annum medium institutam. 83.
Solares, ac Lunares menses ad festa mobilia celebranda necessarii sunt. 1.
Solares anni 19. quot dies contineant. 103.
Solaris annus non est eiusdem semper magnitudinis. 81.
Solaris, atque Lunaris annus, cur corrigendus fuerit. 1.
Solaris Cycli inuentio in Computo Ecclesiastico ex propria tabella. 675.
Solaris Cycli inuentio per Arithmeticam. 26.
Solaris Cycli inuentio per tabulam, quocunque anno proposito. 25.
Solaris cycli inuentio in digitis memoriter. 646.
Solaris cycli inuentio ex tabella, quæ incipit ab anno correctionis 1582. 24.


Sola-

Digitized by Google

# INDEX.


Solaris Cyclus quid. 400.
Solaris Cyclus idem,qui literarum Dominicalium. 400.
Solaris Cyclus,ſeu literarum Dominicalium antiquus annorum 28. perpetuus, cum tabula æquationis eiuſdem Cycli. 30.
Solarium tantum menſium vſus ad feſta immobilia celebranda neceſſarius eſt. 1.
Solis locus in zodiaco,quo pacto memoriter inueniatur.665
Supputatio Lunationum vſque ad Quarta.624.vſque ad 634.
Supputatio Nouiluniorum,ac Pleniluniorum mediorũ. 196.
Tabulas Aſtronomicas magni faciendas eſſe, etiamſi longo tempore durare nequeant. 77.
Tabulas medii motus Lunæ vtiles eſſe ad examinandum Cyclum quemcunque propoſitum. 381.
Tabulas Prutenicas ad Calendarium reſtituendum eſſe adhibitas. 96.
Traditionem eſſe Apoſtolicam de celebrando Paſchate die Dominica poſt Lunam xiiii.primi menſis. 62.
Tropicus annus quando ſit maximus, quando minimus, & quando mediocris. 90.


## T


TAbula Paſchalis,ſiue feſtorum mobilium antiqua reformata,& perpetua. 37.
Tabula Nouiluniorum pro 76.annis,ab anno 1501.incluſiue vſque ad annum 1576.incluſiue,qui conſtituunt vnam periodum Callippi. 207.vſque ad 282.
Tabula æquationis Epactarum capitis 11. continetur Cyclo 300000.annorum. 155.
Tabula Epactarum expanſa, vna cum tabula æquationis ex mente Lilii, nec non cum diebus propter æquinoctii æquationem exemptis. 132.
Tabula ad ſupputanda Nouilunia, Pleniluniaque ad annum vſque 1000000000. 204.
Tabula anticipationis Lunæ in annis per 76. progredientibus. 206.
Tabula reuolutionum Nouiluniorũ ad plurimos annos ſupputata. 202.
Tabula feſtorum mobilium temporaria ab anno 1600.vſque ad annum 5000. 420. vſque ad 561.
Tabula æquationis Epactarum qua ratione inſtauranda ſit, ſi forte alia anni magnitudo a poſteris deprehẽdatur.194.
Tabula æquationis Epactarum, qua ratione inſtauranda ſit, ſi forte Luna aliter æquanda ſit, quam ſupra declaratum eſt. 194.
Tabellæ temporariæ ad inueſtigandas Epactas, quo pacto conſtruantur. 186.
Tabellæ temporariæ Cycli Solaris. 404.
Tabula Nouiluniorum perpetua. 379.
Tabulę Epactarum expanſæ conſtructio. 126.
Tabellæ temporariæ literarum Dominicalium conſtructio ad quodcunque ſeculum propoſitum. 29.
Tabulæ æquationis Epactarum capitis 11.Compendium,vna cum eius vſu. 167.168.
Tabulę æquationis Epactarum accuratior conſtructio,quàm cap.11.factum eſt 181.
Tabulæ Epactarum annorum,ac menſium. 198.199.
Tabulæ æquationis Epactarum conſtructio. 127
Tabulæ 30.amplectentes omnes Lunationes triginta Cyclorum tabulæ expanſæ. 334. vſque ad 361.
Tabellæ temporariæ literarum Dominicalium. 408.
Tabula Paſchalis,ſiue feſtorum mobilium noua reformata, & perpetua. 38.
Tabula Lunationum aureorum numerorum in veteri Calendario deſcriptorum. 376.
Tabulæ Prutenicæ, quæ hodie ab omnibus vſurpantur, cur incertæ iudicari poſſint. 76.
Tabularum Aſtronomicarum inconſtantia vnde proueniat. 77.
Tabularum Aſtronomicarum inconſtantiam non obeſſe perfectioni,ac perpetuitati Calendarii. 96.


## V


VErno æquinoctio dies 21. Martii a Concilio Nicæno tributus eſt. 69.
Verum æquinoctium prolapſurum ad diem 27.Martii,quare quidam Aſtronomus opinatus ſit. 94.
Victoris Papæ Mart.decretum de Paſchate celebrando poſt Lunam xiiii.primi menſis. 59.
Vieta propter quam cauſam cogatur toties conſtituere Lunarem menſem dierum 28. & interdum dierum duntaxat 27. 573.
Vietæi Calendarii inſcriptio. 566.
Vietam commini ſci nouam Epactarum collocationem, nouumque anni principium. 566.
Vietæ κριτικὰ aduerſus Calendarium Gregorianum,eorumque ſolutiones. 578. vſque ad 583.
Vietæ audax facinus in Calendario ſuo ſeorſum excudendo,cum bulla Gregorii. 571.
Vietam ſecundum priorem tabulam æquationis celebrare Paſcha non raro in ſecundo menſe. 590.
Vietam,velit,nolit,facere interdum Lunationem dierum 31. in anno biſſextili. 574.
Vietam infringere regulam vulgarem inueſtigandi ætatem Lunæ per Epactas. 571.
Vietæ Epactas vere non eſſe Epactas. 572.
Vietę Epactas non eſſe æquales diebus,qui in Decembri poſt vltimam Lunationem ſuperſunt. 572.
Vietam duas tabulas æquationis Epactarum proponere inter ſe contrarias. 584.
Vietam ſecundum priorem tabulã æquationis exhibere 125.
Paſchata ante Plenilunium medium. 586.
Vietam ſecundum poſteriorem tabulam æquationis ſæpius in menſe vltimo Paſcha celebrare. 591.
Vietam ſæpiſſime exhibere Lunas xv. ante tempus legitimum. 593.
Vietam non paucas Lunas xiiii.plus æquo,poſtponere. 594.
Vietam nonnunquam vel conſtituere duo Nouilunia proxima,nullo intercedente die,vel nullum habere in uno anno Nouilunium Paſchale, vnique Lunationi dies 31. tribuere. 576.
Vietam interdum vel conſtituere Lunationem duorum tantum dierum,vel 32. nullumque habere in vno anno Nouilunium Paſchale. 576.
Vietam non ſemper addere 11.vt Epacta ſequens formetur, etiãſi neque aureus numerus ſit 19.neque alia litera æquationis accipienda ſit: contra omnium Computiſtarum doctrinam. 577.
Vietam temere ſex dies anni Nouilunio priuare. 577.
Vſus æquationis Epactarum ſecundum Aloyſium Lilium inſtitutæ. 10.


# FINIS.

Digitized by Google

# INDEX.




Digitized by Google

# PROOEMIVM.

SACROSANCTA Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia duo dierum festorum genera celebrat: quorum vnum stabilem in Calendario locum retinet, complectiturq. festos dies, qui semper statis anni temporibus recurrunt, ideoq. immobiles dici solent, alterum sedem habet mobilem, certis tamen dierum terminis conclusam, comprehenditq. sacra diei festi Paschalis, atq. ex eo pendentium festorum dierum solemnia, quę idcirco mobilia appellantur. Ac priori quidem generi vsus tantummodo mensium solarium est necessarius: nisi quis dixerit, ideo etiã requiri lunares menses, quòd Ecclesia in Choro antiquissima, ac laudabili consuetudine, in pronunciandis solemnitatibus, & Natalitijs Martyrum, Confessorum, ac Sanctarum Virginum per totum annum in Martyrologio, vnà cum quolibet die Mensis Solaris enunciet quoque diem mensis Lunaris. In posteriori verò genere, quod nimirum à prisco Mosaicæ Legis instituto ad nos manauit, necessariò præter annum Solarem Lunaris etiam adhibendus est; propterea quòd in eo obseruandum est & Aequinoctium Vernum, & dies Lunæ decima quarta primi mensis. Quoniam verò longo temporis progressu deprehensum est, vtrumq. annum, Solarem scilicet atque Lunarem, iustam ac debitam magnitudinem non continere; factum est, vt à Concilij Nicæni temporibus ad nostram vsque ætatem sæpenumero Pascha, reliquosq. dies festos mobiles contra Conciliorum, Patrumq. decreta Ecclesia celebrauerit: quod suo loco planum faciam. Quapropter vt huiusmodi festi dies suis temporibus ritè agitarentur, vterq. annus corrigendus fuit. Et quidem erratis vtriusque anni emendandis multi summi Pontifices Romani, non pauca etiam Concilia generalia, plurimiq. viri grauissimi, & in rebus Mathematicis doctissimi, manum admouere tentarunt. Etenim ante annos 870. & eo amplius, errata in Calendario Romano deprehenderat Venerabilis Beda Anglosaxo; & post ipsum ante 250. annos, vel amplius, Isacius Argyrus græcus scriptor: eadem postea longius prolapsa clarissime animaduerterunt Campanus, & Ioannes de Sacrobosco, ambo clarissimi Fastorum Ecclesiasticorum Scriptores. De eisdem erratis ab Ecclesia Dei extirpandis Nicolaus Cusanus, & Petrus de Aliaco vterque S. R. E. Cardinalis, & Ioannes Regiomontanus Mathematicorum sui temporis facile princeps, non pauca scripserunt. Postremò tempore Concilij Lateranensis sub Leone X. celebrati, complures in emendando Calendario operam strenuè nauarunt, inter quos numerantur Paulus Middelburgensis Episcopus Forosempronienſis, Ioannes Stoflerinus, Albertus Pighius Campensis, & paulò post Lucas Gauricus Episcopus Ciuitatensis, & alij viri doctissimi, & in Mathematicis exercitatissimi: qui quidem omnes licet de anni magnitudine non solum iuxta vsum Romanorum, sed etiam Græcorum, Persarum, Aegyptiorum, Hebræorum, & Arabum; item de mensibus, Emboliſmis, & de mensium, annorumq. mutatione ac varietate, necnon de cyclis Lunaribus, & pleraſq. alijs rebus ad Calendarij restitutionem pertinentibus fuse satis, ac subtiliter scripserint; nemo tamen (quod pace ipsorum dictum sit) assecutus est penitus, quod potissimum desiderabatur: quæ scilicet via, quævè ratio tenenda esset, vt tum solemnitas Paschalis cum alijs mobilibus celebritatibus, tum festi dies immobiles, ad suam pristinam sedem restituerentur, atque in eadem perpetuò sine notabili errore perseuerare possent. Quidam enim sua correctione ritus Ecclesiasticos (quod nulla ratione ferendum erat) perturbabant. Alij dum æquinoctium in propria sede curabant retinendum, Lunam è proprio loco eijciebant, & e contrario, dum Nouilunijs prospiciebant, æquinoctium proprium domicilium cogebant deserere. Ex quo factum est, vt alij fieri non posse asseuerarent, vt in Calendario cyclus Lunaris perpetuò duraturus describeretur, atque æquinoctio simul firma stabiliq. sedes assignaretur; cuius rei difficultatem suo loco expo-

Duo festorum dierum genera ab Ecclesia celebrari.

Ad festa immobilia celebranda vsum tantũ mensium Solarium necessarium esse.

Ad festa mobilia celebranda & menses Solares & Lunares esse necessarios.

Cur tam annus Solaris, quam Lunaris corrigendus fuerit.

Multos Pontifices Rom. & Cõcilia non pauca correctionem Calendarij desiderasse.

Qui Scriptores præcipuè errores Calendarij Concilij Nicæni deprehenderint.

Neminem ante Greg. xiij. assecutum esse perfectam Calendarij correctionẽ, & quare.

Pleroſque censuisse, neque in Calendario cyclum Lunarem perpetuum describi posse, neque æquinoctio stabilẽ sedẽ posse assignari.



Digitized by Google

Solum Aloysiũ Lilium, quem sequutus est Greg. xiij. Cyclum Lunę perpetuum in Calendario descripsisse, ac simul æquinoctio Sedem stabilem assignasse.

nemus. Solus Aloysius Lilius Hypsicroneus rem feliciter, & non sine Dei Opt. Max. benignitate assecutus est, cum talem Cyclum excogitauerit, qui Calendario semel inscriptus in perpetuum Nouilunia monstret, etiamsi ad retinendum in sua Sede æquinoctium nonnunquam dies ex anno sit eximendus. Hanc ergo rationem Gregorius XIII. felicis recordationis, cum consensione totius Orbis Christiani amplexus est, & vniuersis proposuit obseruandam: quod sane insigne factum, atque illustre dignum est, quod grata posteritas memoriæ consecret sempiternæ. Per illud enim assecuta est Respublica Christiana, vt annus Solaris atque Lunaris æquato deinceps, & concordi inter se calculo progrediantur; ac dies festi cum stabiles, tùm mobiles suis temporibus ritè ac legitimè iuxta Conciliorum, Pontificum & Patrum decreta, peragantur; id quod tot Concilia, ac Viri docti magnopere quidem desiderarunt, non tamen consequi potuerunt. Atque eandem hanc rationem hoc volumine explicandam suscepimus, vt nimirum omnes intelligant, in quo tota vis, ac ratio corrigendi Calendarij Romani consistat, & cur, repudiatis aliorum sententijs, vna hæc Aloysij Lilij retenta sit. Quoniam verò vterque annus, tùm solaris, tum lunaris est in pristinum statum restitutus, agemus priore loco de anno solari, posteriore deinde de lunari. Sed prius proponere visum est operæpretium Compendium nouæ huius rationis restituendi Calendarium, quod Gregorius XIII. P. M. ad Reges, Principesq. Christianos, & maxime celebres vniuersitates anno 1577. transmisit, tum vt apud posteros relinquatur eius memoria, tùm verò maxime, vt omnibus pateat, quid in eo ab ijs, quibus cura commissa fuit Calendarij emendandi, mutatum sit. Deinde ipsum quoque Calendarium Gregorianum perpetuum correctum, quod Christiano Orbi vniuerso ab eodem Pontifice anno 1582. propositum est, subiungemus, ne eius quoque memoria temporum vetustate aliquando intercidat; præsertim cum in hoc libro eius correctionis fundamenta, rationesq. simus exposituri. Postea ante omnia exponemus, quid in sacris literis de Paschæ celebratione Iudæis à Deo per Moysem sit præceptum, & quid de eadem à SS. Patribus, Concilijsq. sanctum sit; & qui factum sit, vt nostro tempore toties in ea solemnitate à vero sit aberratum, totiesq. eadem contra Patrum Decreta, Conciliorumq. Sanctiones celebrata: adeo vt necessarium fuerit omninò annum & Calendarium emendare, ne errata magis magisq. in dies excrescerent, & Pascha extra locum suum ita tandem extruderetur, vt nullum amplius foret legitimum. Et quoniam anno 1588. aduersus hæreticum quendam satis longam noui Calendarij Apologiam eddidimus, in qua necesse fuit omnia fermè huiusce restitutionis fundamenta explicare, transferemus ex ea in hoc volumen omnia, quæ huic rei vtilia, atque opportuna iudicabimus: Iure sine controuersia nostro, quibus nemo, nisi fallor, existimare debebit, interdictum esse, suo maximèq. proprio loco ea inculcare, quæ magis haud dubiè alieno posita fuerant. Ad extremum proponemus aliorum rationes restituendi Calendarij, easque confutabimus: breuissimasque, ac facillimas regulas in Computum Ecclesiasticum in studiosorum gratiam adijciemus.

Ordo, quem auctor in hoc opere seruat.

COM-

Digitized by Google

# COMPENDIVM
## NOVAE RATIONIS
## Reſtituendi Calendarium à Gregorio XIII. Pontifice Maximo

*AD PRINCIPES CHRISTIANOS, ET celeberrimas quaſq. Academias miſſum anno Domini 1577.*

### PERITIS MATHEMATICIS.

CVM in ſacro Concilio Tridentino Breuiarij, Miſſaliſq. emendatio Romano Pontifici reſeruata eſſet, idque felicis recordationis Pius V. quanta maxima potuit diligentia ſuperioribus annis perficiendum curaſſet, atque edidiſſet: non tamen id opus viſum eſt ſuis omnibus numeris abſolutum atque perfectum, niſi reſtitutio quoque anni, & eccleſiaſtici Calendarij accederet. In eam igitur curam dum Gregorius XIII. Pont. Max. toto animo & cogitatione incumbit, allatus eſt illi liber ab Aloiſio Lilio conſcriptus, qui neque incommodam, neque difficilem viam ac rationem eius rei perficiendæ proponere videbatur. Verum cum ea Calendarij emendatio multas ac magnas difficultates afferat, & iam diu à bonis viris omnibus efflagitata, a doctiſſimis Mathematicis ſæpe deliberata, & multum agitata, abſolui tamen adhuc, & ad exitum perduci minime potuerit, viſum eſt prudentiſſimo Pontifici de ea re peritiſſimos quoſque huius ſcientiæ viros conſulendos eſſe, vt res, quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficiatur. Cogitarat itaque eum librum cunctis Chriſtianis Principibus mittere, vt ipſi adhibitis peritioribus mathematicis, illum aut ſua ſententia comprobarent, aut ſi quid deeſſe videretur, id omne abſoluerent atque perpolirent. Simul vt ſi qui modus aptior alicubi (quod non deſperat) repertus foret, eo communicato, illum potius ipſe ſequeretur. Sed cum liber nondum typis excuſus ſit, operoſum id atque impeditum futurum erat, & peritis Aſtrologis, cum quibus ea ratio communicanda eſt, minus fortaſſe neceſſarium. Quare ſatis eſſe putauit, reliquis omnibus prætermiſſis, ſumma tantum capita, quæ maxime rem cauſamq. contineant, breuiter indicare.

Qua de cauſa Greg. xiij. compendium hoc ad Principes miſerit.

Igitur cum ſacroſanctum Chriſtianorum Paſcha, quod ſumma religione, ſummoq. noſtræ redemptionis myſterio continetur, ex diuinæ legis præſcripto, & ſanctiſſimorum Patrum qui Nicæam ad Concilium conuenerunt decreto, celebrari debeat a decimaquarta die lunæ vſque ad vigeſimam primam primi menſis; ea vero ſit, quæ in æquinoctium vernum incurrit, aut illud ipſum proxime ſequitur; permagni intereſſe illi Patres cenſuerunt, tum æquinoctio, tum decimæquartæ lunæ certos ac definitos dies in Calendario deſignari: ne, quod ſæpe ante contigerat, diſcordia deinceps aliqua in eo celebrando, aut diſſenſio poſſet exiſtere. Et quidem æquinoctij ſedes in eo Concilio ad xij. Cal. April. collocata & conſtituta eſt: quam fore ſtabilem & certam propemodum ſibi perſuaſerunt. Decimamquartam vero lunam ex aureo (vt vocant) numero, qui Calendario aptatus fuit, perpetuo ac facile inueniri poſſe priſci Patres crediderunt. Verum æquinoctium locum ſuum non facile tenuit, ſed ſtatione deſerta, incertis paſſibus, ad ante diem quintum iam, aut etiam ſextum Idus Martij errans vſque peruenit. Cui errori niſi mature obuiam eatur, ad id tempus, quo nunc bruma conficitur, accedet aliquando; neque tamen ibi terminus ſtatuetur, quin in infinitum procedat. Quod quantam perturbationem rebus omnibus, ſed eccleſiaſticis maxime, ſit allaturum, & multi antehac ſcripſerunt, & eius libri auctor ſubtiliter & copioſe diſſerit. Decimaquarta vero luna adeo ab illo aureo numero diſcrepat, vt eum ſecuti, non

Paſcha quando ex Decreto Cõcilij Nicæni celebrandum ſit.

Sedem æquinoctij die 21. Martij à Patribus Conc. Nic. conſtitutam eſſe.

Lunam xiiij ex aur. nu. inueniẽdam eſſe, ſtatuiſſe Patres Conc. Nicæni.

Æquinoctium ſedem ſuam deſeruiſſe.

Lunam xiiij. falſo per aur. nu. indicatam eſſe ante correctionem.



Digitized by Google

iam ab ea ad vigesimam primam, sed frequenter, contra diuinum præceptum & maiorum institutа, ad vigesimam sextam lunam pascha celebremus. Serpetque obscure hoc malum, & manabit latius in dies, nisi necessaria aliquando medicina adhibeatur. Atque equidem ea iam inde a fel. rec. Nicolao Quinto, cuius ætate meliores litteræ & liberalium artium studia, quæ diu neglecta iacuerant, reuiuiscere & recreari cœperunt, magna summorum Pontificum cura atque studio tentata est, sed nihil constitui posse videbatur, quod non in magnam aliquam difficultatem incurreret. Nam quod ad astrologiam attinet, duæ potissimum res obstare atque officere videbantur. Primum ipsius anni vertentis iusta certaque mensura; quæ quoniam a doctissimis ac diligentissimis mathematicis, diuersis temporibus alia atque alia reperta est, non eadem semperq. sui similis esse conuincitur. Cum ergo sol tam vaga & mutabili ratione labatur, difficillimum factu erat, intercalationes ita dispensare, vt æquinoctia æuo perpetuo certas ac fixas habeant in Calendario sedes; cum a Iulio Cæsare qui primus hanc anni formam, & intercalandi rationem induxit, tredecim, aut eo amplius, dies, constitutam tunc sedem antecedant. Verum huic difficultati eius libelli auctor afferre se medicinam, & quidem perpetuam pollicetur. Proponit enim sibi anni Alfonsini mensuram, quæ inter varias media est, atque ideo errori minus obnoxia; ex qua subductis calculis efficitur, vt in annis plus minus CXXXIIII. æquinoctiorum loca integrum anteuertant diem. Quo posito, hos tredecim dies, quos diximus, seu, quod magis existimat esse ex ecclesiastica dignitate, decem illos, qui a tempore Nicæni Concilij excreuerunt, intermissis decem intercalationibus in his quadraginta annis, qui proxime sequentur, eximendos censet. Atque ita reducto æquinoctio verno ad xij. Cal. April. quo loco in eo Concilio fuit constitutum; finitaque omni confusione anno Domini MDCXX. a quo iam melioribus auspicijs anni procedere incipient; in omne posterum tempus hanc intercalandi rationem instituit; vt centesimi quique anni, qui intercalares omnes esse solent, ab eo tempore non omnes, sed tres primi quique communes, quartus vero quisque intercalaris sit. Ita vt millesimo septingentesimo, millesimo octingentesimo, millesimo nongentesimo nullus intercaletur dies, bis millesimo verò, vsitato & consueto more intercaletur. Atque eodem modo reliquis qui deinceps consequentur annis. Siue, quoniam alij non putant expectandum esse, dum quadraginta illi anni transeant, vt reliqui in suam rationem reuertantur; sed illos decem dies simul eximendos, molestiamq. eam semel deuorandam censent; anno id MDLXXXII. quo mense aptius videbitur fiet, deincepsq. is ordo seruabitur, qui infra in tabella descriptus est. Porro huiusmodi varietatibus centesimos quosque potissimum annos eligit, qui notabiles magis sunt, quo minus negligentia aliqua, aut huius diuersitatis obliuio possit obrepere. Hæc ratio id habet incommodi, quòd litteræ dominicalis circulus, qui vocatur, primis his quadraginta annis, qui communes esse debent, nulli vsui esse potest, deinceps vero non nisi exactis quadringentis annis, ad idem initium redit. Sed id non est tanti, præsertim cum ei rei peculiaris quædam tabella dedicata sit.

Alterum quod restituendo Calendario, veræq. Paschatis rationi tradendæ impedimentum afferre videbatur, illud est, quòd nullus cyclus decemnouennalis reperiebatur, qui Calendario appositus præstare posset, vt ijdem numeri perpetuo nouam lunam, atque ex ea decimam quartam Paschalem ostenderent. Idque ea ratione, quòd luna non, vt antiqui illi existimarunt, confectis suis cursibus decem & nouem annorum numero, ad idem caput ita refertur, vt per eadem rursus vestigia penitus reuoluatur: sed vt ab alijs subtilius inuestigatum & deprehensum est, suos orbes conuersionesque sic moderatur & conficit, vt trecentorum & aliquid amplius annorum spatio, a locis nouæ lunæ in Calendario designatis, vnius penè diei spatio discordet. Atque inde effectum est, vt quatuor iam, & eo amplius, dies, aureus ille numerus à veris locis fuerit euagatus: Et, vt ante diximus, Pascha aliquando vigesima sexta luna, non sine piorum hominum dolore, maleuolorumq. irrisione celebremus. Cum ergo propter hunc motum lunæ in trecentis annis vnus sine intercalatione transigi debeat, propter illum autem alterum solis, eodem annorum spatio aliquando ter, aliquando vero bis omnino non intercaletur, non potest vllus aureus numerus ita his duabus æquationibus inseruire, vt loca nouæ lunæ paucis seculis non plurimum discrepent. At vero huius libelli auctor Cyclum quendam ingenioſe ac diligenter excogitauit; quem, quod ex numeris epactarum constat atque componitur, & per decemnouennalem cyclum progreditur & æquatur, appellat ipse Cyclum decemnouennalem Epactarum, qui Calendario appositus constanti ratione & seculis omnibus duratura præstare id possit, certis temporibus æquatione adhibita. Is est huiusmodi.

Plures summos Pontt. tentasse errorem æquinoctij, & Lunæ xiiij. emẽdare.

Difficile esse, æquinoctio sedem stabilem a scribere, ob anni vertentis incertam, & variam magnitudinem.

Quod remediũ Lilius excogitarit, ad sedẽ stabilem æquinoctio affigendã.

Interruptio Cyeli literarũ Dominicalium, ex ratione æquandi æquinoctiũ à Lilio excogitata.

Quare aureus numerus perpetuo Lunã xiiij. Paschalem indicare nequeat in Calendario.

Cyclũ decẽnouennalem Epactarũ posse perpetuò Lunã 14. Paschalem ostẽdere in Calendario, si certis temporibus æquatio adhibeatur.



Digitized by Google

| Ianuarius. | | | | Februarius. | | | | Martius. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| * ω | A | Kal. | 1 | xxviij | d | Kal. | 1 | * ω | d | Kal. | 1 |
| xxix | b | iiij | 2 | xxvij | e | iiij | 2 | xxix | e | vj | 2 |
| xxviij | c | iij | 3 | xxvj | f | iij | 3 | xxviij | f | v | 3 |
| xxvij | d | Pr.Non. | 4 | xxv | g | Pr.Non. | 4 | xxvij | g | iiij | 4 |
| xxvj | e | Non. | 5 | xxiiij | A | Non. | 5 | xxvj | A | iij | 5 |
| xxv | f | viij | 6 | xxiij | b | viij | 6 | xxv | b | Pr.Non. | 6 |
| xxiiij | g | vij | 7 | xxij | c | vij | 7 | xxiiij | c | Non. | 7 |
| xxiij | A | vj | 8 | xxj | d | vj | 8 | xxiij | d | viij | 8 |
| xxij | b | v | 9 | xx | e | v | 9 | xxij | e | vij | 9 |
| xxj | c | iiij | 10 | xix | f | iiij | 10 | xxj | f | vj | 10 |
| xx | d | iij | 11 | xviij | g | iij | 11 | xx | g | v | 11 |
| xix | e | Prid. Id. | 12 | xvij | A | Prid. Id. | 12 | xix | A | iiij | 12 |
| xviij | f | Idib. | 13 | xvj | b | Idib. | 13 | xviij | b | iij | 13 |
| xvij | g | xix | 14 | xv | c | xvj | 14 | xvij | c | Prid. Id. | 14 |
| xvj | A | xviij | 15 | xiiij | d | xv | 15 | xvj | d | Idib. | 15 |
| xv | b | xvij | 16 | xiij | e | xiiij | 16 | xv | e | xvij | 16 |
| xiiij | c | xvj | 17 | xij | f | xiij | 17 | xiiij | f | xvj | 17 |
| xiij | d | xv | 18 | xj | g | xij | 18 | xiij | g | xv | 18 |
| xij | e | xiiij | 19 | x | A | xj | 19 | xij | A | xiiij | 19 |
| xj | f | xiij | 20 | ix | b | x | 20 | xj | b | xiij | 20 |
| x | g | xij | 21 | viij | c | ix | 21 | x | c | xij | 21 |
| ix | A | xj | 22 | vij | d | viij | 22 | ix | d | xj | 22 |
| viij | b | x | 23 | vj | e | vij | 23 | viij | e | x | 23 |
| vij | c | ix | 24 | v | f | vj | 24 | vij | f | ix | 24 |
| vj | d | viij | 25 | iiij | g | v | 25 | vj | g | viij | 25 |
| v | e | vij | 26 | iij | A | iiij | 26 | v | A | vij | 26 |
| iiij | f | vj | 27 | ij | b | iij | 27 | iiij | b | vj | 27 |
| iij | g | v | 28 | j | c | Pr. Kal. | 28 | iij | c | v | 28 |
| ij | A | iiij | 29 | | | | | ij | d | iiij | 29 |
| * j | b | iij | 30 | | | | | * j | e | iij | 30 |
| ω xxix | c | Pr. Kal. | 31 | | | | | ω xxix | f | Pr. Kal. | 31 |
| Cyclus Epact. | | | | Cyclus Epact. | | | | Cyclus Epact. | | | |



Digitized by Google

| Aprilis. | | | | Maius. | | | | Iunius. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| xxviii | g | Kalen. | 1 | xxviii | b | Kalen. | 1 | xxvi | e | kalen. | 1 |
| xxvii | A | iiii | 2 | xxvii | c | vi | 2 | xxv | f | iiii | 2 |
| xxvi | b | iii | 3 | xxvi | d | v | 3 | xxiiii | g | iii | 3 |
| xxv | c | Pr.Non. | 4 | xxv | e | iiii | 4 | xxiii | A | Pr.Non. | 4 |
| xxiiii | d | Non. | 5 | xxiiii | f | iii | 5 | xxii | b | Non. | 5 |
| xxiii | e | viii | 6 | xxiii | g | Pr.Non. | 6 | xxi | c | viii | 6 |
| xxii | f | vii | 7 | xxii | A | Non. | 7 | xx | d | vii | 7 |
| xxi | g | vi | 8 | xxi | b | viii | 8 | xix | e | vi | 8 |
| xx | A | v | 9 | xx | c | vii | 9 | xviii | f | v | 9 |
| xix | b | iiii | 10 | xix | d | vi | 10 | xvii | g | iiii | 10 |
| xviii | c | iii | 11 | xviii | e | v | 11 | xvi | A | iii | 11 |
| xvii | d | Prid. Id. | 12 | xvii | f | iiii | 12 | xv | b | Prid. Id. | 12 |
| xvi | e | Idib. | 13 | xvi | g | iii | 13 | xiiii | c | Idib. | 13 |
| xv | f | xviii | 14 | xv | A | Prid. Id. | 14 | xiii | d | xviii | 14 |
| xiiii | g | xvii | 15 | xiiii | b | Idib. | 15 | xii | e | xvii | 15 |
| xiii | A | xvi | 16 | xiii | c | xvii | 16 | xi | f | xvi | 16 |
| xii | b | xv | 17 | xii | d | xvi | 17 | x | g | xv | 17 |
| xi | c | xiiii | 18 | xi | e | xv | 18 | ix | A | xiiii | 18 |
| x | d | xiii | 19 | x | f | xiiii | 19 | viii | b | xiii | 19 |
| ix | e | xii | 20 | ix | g | xiii | 20 | vii | c | xii | 20 |
| viii | f | xi | 21 | viii | A | xii | 21 | vi | d | xi | 21 |
| vii | g | x | 22 | vii | b | xi | 22 | v | e | x | 22 |
| vi | A | ix | 23 | vi | c | x | 23 | iiii | f | ix | 23 |
| v | b | viii | 24 | v | d | ix | 24 | iii | g | viii | 24 |
| iiii | c | vii | 25 | iiii | e | viii | 25 | ii | A | vii | 25 |
| iii | d | vi | 26 | iii | f | vii | 26 | i | b | vi | 26 |
| ii | e | v | 27 | ii | g | vi | 27 | ✱ ω | c | v | 27 |
| i | f | iiii | 28 | i | A | v | 28 | xxix | d | iiii | 28 |
| ✱ ω | g | iii | 29 | ω xxix | b | iiii | 29 | xxviii | e | iii | 29 |
| xxix | A | Pr. Kal. | 30 | xxviii | c | iii | 30 | xxvii | f | Pr. kal. | 30 |
| | | | | xxvii | d | Pr. Kal. | 31 | | | | |

Cyclus Epact.

Cyclus Epact.

Cyclus Epact.

Iulius

Digitized by Google

| Iulius. | | | | Augustus. | | | | September. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| xxvi | g | Kal. | 1 | xxiiii | c | Kalen. | 1 | xxiij | f | Kal. | 1 |
| xxv | A | vi | 2 | xxiii | d | iiii | 2 | xxij | g | iiij | 2 |
| xxiiii | b | v | 3 | xxii | e | iii | 3 | xxj | A | iij | 3 |
| xxiii | c | iiii | 4 | xxi | f | Pr.Non. | 4 | xx | b | Pr.Non. | 4 |
| xxii | d | iii | 5 | xx | g | Non. | 5 | xix | c | Non. | 5 |
| xxi | e | Pr.Non. | 6 | xix | A | viii | 6 | xviij | d | viij | 6 |
| xx | f | Non. | 7 | xviii | b | vii | 7 | xvij | e | vij | 7 |
| xix | g | viii | 8 | xvii | c | vi | 8 | xvj | f | vj | 8 |
| xviii | A | vii | 9 | xvi | d | v | 9 | xv | g | v | 9 |
| xvii | b | vi | 10 | xv | e | iiii | 10 | xiiij | A | iiij | 10 |
| xvi | c | v | 11 | xiiii | f | iii | 11 | xiij | b | iij | 11 |
| xv | d | iiii | 12 | xiii | g | Prid. Id. | 12 | xij | c | Prid. Id. | 12 |
| xiiii | e | iii | 13 | xii | A | Idib. | 13 | xj | d | Idib. | 13 |
| xiii | f | Prid. Id. | 14 | xi | b | xix | 14 | x | e | xviij | 14 |
| xii | g | Idib. | 15 | x | c | xviii | 15 | ix | f | xvij | 15 |
| xi | A | xvii | 16 | ix | d | xvii | 16 | viij | g | xvj | 16 |
| x | b | xvi | 17 | viii | e | xvi | 17 | vij | A | xv | 17 |
| ix | c | xv | 18 | vii | f | xv | 18 | vj | b | xiiij | 18 |
| viii | d | xiiii | 19 | vi | g | xiiii | 19 | v | c | xiij | 19 |
| vii | e | xiii | 20 | v | A | xiii | 20 | iiij | d | xij | 20 |
| vi | f | xii | 21 | iiii | b | xii | 21 | iij | e | xj | 21 |
| v | g | xi | 22 | iii | c | xi | 22 | ij | f | x | 22 |
| iiii | A | x | 23 | ii | d | x | 23 | * j | g | ix | 23 |
| iii | b | ix | 24 | i | e | ix | 24 | ω xxix | A | viij | 24 |
| ii | c | viii | 25 | * ω | f | viii | 25 | xxviij | b | vij | 25 |
| * i | d | vii | 26 | xxix | g | vii | 26 | xxvij | c | vj | 26 |
| ω xxix | e | vi | 27 | xxviij | A | vi | 27 | xxvj | d | v | 27 |
| xxviii | f | v | 28 | xxvij | b | v | 28 | xxv | e | iiij | 28 |
| xxvii | g | iiii | 29 | xxvj | c | iiii | 29 | xxiiij | f | iij | 29 |
| xxvi | A | iii | 30 | xxv | d | iii | 30 | xxiij | g | Pr. Kal. | 30 |
| xxv | b | Pr. Kal. | 31 | xxiiij | e | Pr. Kal. | 31 | | | | |

Cyclus Epact. | Cyclus Epact. | Cyclus Epact.



Digitized by Google

| October. | | | | | November. | | | | | December. | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Kalen. | 1 | | xxj | d | Kalend. | 1 | | xx | f | Kalen. | 1 | |
| xxj | b | vj | 2 | | xx | e | iiij | 2 | | xix | g | iiii | 2 | |
| xx | c | v | 3 | | xix | f | iij | 3 | | xviij | A | iii | 3 | |
| xix | d | iiij | 4 | | xviij | g | Pr. Non. | 4 | | xvij | b | Pr. Non. | 4 | |
| xviij | e | iij | 5 | | xvij | A | Non. | 5 | | xvj | c | Non. | 5 | |
| xvij | f | Pr. Non. | 6 | | xvj | b | viij | 6 | | xv | d | viii | 6 | |
| xvj | g | Non. | 7 | | xv | c | vij | 7 | | xiiij | e | vii | 7 | |
| xv | A | viij | 8 | | xiiij | d | vj | 8 | | xiij | f | vi | 8 | |
| xiiij | b | vij | 9 | | xiij | e | v | 9 | | xij | g | v | 9 | |
| xiij | c | vj | 10 | | xij | f | iiij | 10 | | xj | A | iiii | 10 | |
| xij | d | v | 11 | | xj | g | iij | 11 | | x | b | iii | 11 | |
| xj | e | iiij | 12 | | x | A | Prid. Id. | 12 | | ix | c | Prid. Id. | 12 | |
| x | f | iij | 13 | | ix | b | Idib. | 13 | | viij | d | Idib. | 13 | |
| ix | g | Prid. Id. | 14 | | viij | c | xviij | 14 | | vij | e | xix | 14 | |
| viij | A | Idib. | 15 | | vij | d | xvij | 15 | | vj | f | xviii | 15 | |
| vij | b | xvij | 16 | | vj | e | xvj | 16 | | v | g | xvii | 16 | |
| vj | c | xvj | 17 | | v | f | xv | 17 | | iiij | A | xvi | 17 | |
| v | d | xv | 18 | | iiij | g | xiiij | 18 | | iij | b | xv | 18 | |
| iiij | e | xiiij | 19 | | iij | A | xiij | 19 | | ij | c | xiiii | 19 | |
| iij | f | xiij | 20 | | ij | b | xij | 20 | | j | d | xiii | 20 | |
| ij | g | xij | 21 | * | j | c | xj | 21 | * | ω | e | xii | 21 | |
| j | A | xj | 22 | ω | xxix | d | x | 22 | | xxix | f | xi | 22 | |
| * ω | b | x | 23 | | xxviij | e | ix | 23 | | xxviij | g | x | 23 | |
| xxix | c | ix | 24 | | xxvij | f | viij | 24 | | xxvij | A | ix | 24 | |
| xxviij | d | viij | 25 | | xxvj | g | vij | 25 | | xxvj | b | viii | 25 | |
| xxvij | e | vij | 26 | | xxv | A | vj | 26 | | xxv | c | vii | 26 | |
| xxvj | f | vj | 27 | | xxiiij | b | v | 27 | | xxiiij | d | vi | 27 | |
| xxv | g | v | 28 | | xxiij | c | iiij | 28 | | xxiij | e | v | 28 | |
| xxiiij | A | iiij | 29 | | xxij | d | iij | 29 | | xxii | f | iiii | 29 | |
| xxiij | b | iij | 30 | | xxj | e | Pr. Kal. | 30 | | xxi | g | iii | 30 | |
| xxij | c | Pr. Kal. | 31 | | | | | | 19 | xx | A | Pr. Kal. | 31 | |
| Cyclus Epact. | | | | | Cyclus Epact. | | | | | Cyclus Epact. | | | | |

Cum aureus numerus fuerit xix. & epacta item xix. Noua Luna Decembris conficitur vltimo die ipsius mensis: Cum autem alius fuerit aureus numerus, Epacta vero eadem xix. Noua Luna in primum Ianuarij diem incurret.



Digitized by Google

Vt autem æquatio illa, quam diximus, commodius adhibeatur, confecit tabulam cycli epactarum, ad 30. lineas, quibus totidem alphabeti literas præfixit, expansam. Huic aureos numeros superposuit, ita collocatos, vt numerus 3. qui olim kal. Ianu. aptatus fuit, litteræ ω, quæ in hoc Cyclo eisdem kal. tributa est, omnino respondeat. Edidit etiam tabellam, tam solaris anni æquationibus, quam lunaris cum solari deseruientem, in qua B. æquando anno solari dextro lateri apposita, cum adest, intercalarem eum, cum abest, communem ostendit: reliquæ literæ lunaris anni cum solari æquationi inseruiunt. Ea autem multiplex est; vna quæ 300. annis debetur, vt diximus: Altera quæ bis millenis & quadringenis: quoniam non exacte 300. illis annis vnus debetur dies. 12. enim anni & sex menses desiderantur, qui in 2400. annis tertiam fere diei partem conficiunt, & in sequentem centesimum æquationem transferunt; Alia propter omissam intercalationem, quæ alias fieri debuit. Continget enim aliquando, vt dies qui vnius æquationis ratione intercalandus fuit, alterius ratione omittatur. Ne igitur ea obstent, quominus ex hoc cyclo nouilunia perpetuis temporibus haberi possint, aduertendum fuerit, literarum quæ sunt tabulæ expansæ præfi-

Quo pacto æquatio Epactarum instituta sit ab Aloysio Lilio, secundũ annum Alphonsinum.

*Tabula Epactarum expansa Aloysii Lilij, cum tabella æquationis earundem Epactarum.*

| aur.nu. | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| P | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 8 | 19 |
| N | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 7 | 18 |
| M | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 6 | 17 |
| H | 27 | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 5 | 16 |
| G | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 22 | 4 | 15 |
| F | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 3 | 14 |
| E | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 2 | 13 |
| D | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | 1 | 12 |
| C | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | ω | 11 |
| B | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 29 | 10 |
| A | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 28 | 9 |
| u | 29 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 27 | 8 |
| t | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 22 | 3 | 14 | 26 | 7 |
| s | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 25 | 6 |
| r | 16 | 27 | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 24 | 5 |
| q | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 23 | 4 |
| p | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 22 | 3 |
| n | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 21 | 2 |
| m | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 20 | 1 |
| l | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 19 | ω |
| k | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 18 | 29 |
| i | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 17 | 28 |
| h | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 16 | 27 |
| g | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 11 | 22 | 3 | 15 | 26 |
| f | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 14 | 25 |
| e | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 13 | 24 |
| d | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | * | 12 | 23 |
| c | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 11 | 22 |
| b | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | ω | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 10 | 21 |
| a | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 9 | 20 |

Literæ designantes lineas epactarum, quæ diuersis temporibus seruiunt.



Digitized by Google

xæ, mutationem fieri ſurſum verſus, & epactarum numerum augeri, cum ea centeſimo intercalari anno contingit. Contra vero deorſum verſus, & epactarum numerum minui, cum dies, qui centeſimo anno intercalandus fuit, non intercalatur; Cum autem nihil vertenti anno aut lunari detrahitur, aut in eo centeſimo detrahitur, in quo lunaris annus æquatione indigebat, in eadem litera & epacta perſiſti. Eas tabulas hic ſubiecimus; necnon & alias quas temporum huius libri auctor appellat, in quibus expoſitæ ſunt epactæ, quæ ſingulis annis indicent nouilunia.

Tabula æquationis Epactarum ſi decem intercalationes in quadraginta annis fuerint intermiſſæ.

| Anni Chriſti | | |
|---|---|---|
| N | 1 | |
| P | 325 | |
| a | 600 | B |
| b | 900 | B |
| c | 1200 | B |
| d | 1500 | B |
| e | 1584 | |
| b | 1588 | |
| a | 1592 | |
| P | 1596 | |
| N | 1600 | |
| M | 1604 | |
| H | 1608 | |
| G | 1612 | |
| F | 1616 | |
| E | 1620 | |
| D | 1700 | |
| D | 1800 | |
| C | 1900 | |
| C | 2000 | B |
| C | 2100 | |
| B | 2200 | |
| A | 2300 | |
| A | 2400 | B |
| A | 2500 | |
| u | 2600 | |
| t | 2700 | |
| u | 2800 | B |
| t | 2900 | |
| s | 3000 | |
| s | 3100 | |
| s | 3200 | B |
| r | 3300 | |
| r | 3400 | |
| q | 3500 | |
| q | 3600 | B |
| q | 3700 | |
| p | 3800 | |
| n | 3900 | |
| p | 4000 | B |
| n | 4100 | |
| m | 4200 | |
| m | 4300 | |

Vſus harum tabularum hic eſt. Ad propoſitum annum ex vulgari tabula aureus numerus primo quærendus, deinde in tabella æquationis e regione numeri eius anni, aut proxime minoris, quæ litera notata ſit videndum, ſimiliſque litera & aureus numerus in tabula Epactarum quærenda, nam e regione vtriuſque, Epactæ reperientur numeri, aut ſigna, quæ toto eo anno in Kalendario oſtendent nouilunia.

Exempli id appoſitione illuſtrabitur. Volo ſcire qui numerus, aut quod ſignum ex his, quæ in cyclo Epactarum collocata ſunt, indicet, nouilunia anno 1720. Ergo omnium primum ex vulgari tabula reperio eius anni aureum numerum eſſe xi. quem in ſuperiori linea tabulæ Epactarum expanſæ, qua aureus numerus deſcriptus eſt, noto. Dehinc eundem annum, in tabella æquationis quæro, quem quia expreſſum non inuenio, proxime minorem, hoc eſt 1700. ſumo; cui litera D, maiuſcula adiacet: ſimilem igitur literam, in prima linea eiuſdem tabulæ Epactarum quæro, eaque inuenta, e regione eius dextrorſum progredior, donec linea numeri xi. iam antea notati, occurrat: videoque in communi angulo numerum 21. ſcriptum. Is igitur vbicunque in cyclo Epactarum eo anno reperietur, oſtendet nouæ lunæ diem.

*Sequuntur tabellæ temporum pro Epactarum vſu.*

Tabula æquationis Epactarum, ſi decem dies anno MDLXXXII. ſimul eximantur.

| Anni Chriſti | | |
|---|---|---|
| N | 1 | |
| P | 325 | |
| a | 600 | B |
| b | 900 | B |
| c | 1200 | B |
| d | 1500 | B |
| E | 1582 | |
| E | 1600 | B |
| D | 1700 | |
| D | 1800 | |
| C | 1900 | |
| C | 2000 | B |
| C | 2100 | |
| B | 2200 | |
| A | 2300 | |
| A | 2400 | B |
| A | 2500 | |
| u | 2600 | |
| t | 2700 | |
| u | 2800 | B |
| t | 2900 | |
| s | 3000 | |
| s | 3100 | |
| s | 3200 | B |
| r | 3300 | |
| r | 3400 | |
| q | 3500 | |
| q | 3600 | B |
| q | 3700 | |
| p | 3800 | |
| n | 3900 | |
| p | 4000 | B |
| n | 4100 | |
| m | 4200 | |
| m | 4300 | |
| m | 4400 | B |
| l | 4500 | |
| l | 4600 | |
| k | 4700 | |
| k | 4800 | B |
| i | 4900 | |
| i | 5000 | |

TA-

Digitized by Google

## TABELLAE TEMPORVM PRO EPACTARVM VSV.

*Ab anno Domini M. D. vsque ad eum annum, cui decem dies eximentur, vt æquinoctium in pristinum locum redeat, huius Tabellæ Epactæ nouilunia indicabunt.*

| Aur.num. | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | * | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 |

*Ab eo anno, cui decem illius dies exempti fuerint, vsque ad annum 1699. sequentis tabulæ Epactæ nouilunia ostendent.*

| Aur. num. | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | 27 | 8 | 19 | ∞ | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 |

*Epactæ ad inueniendum nouilunia ab anno Domini 1700. ad annum 1899.*

| Aur. nu. | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | 10 | 21 | 2 | 13 | 24 | 5 | 16 | 27 | 8 | 19 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 | 29 |

*Numeri Epactarum nouilunia indicantes ab anno Domini 1900. vsque ad annum 2199.*

| Aur.num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ∞ | 11 | 22 | 3 | 14 | 25 | 6 | 17 | 28 | 9 | 20 | 1 | 12 | 23 | 4 | 15 | 26 | 7 | 18 |

In tabella temporum prima aureus numerus 19. & epacta *, anno Domini M D. deseruiunt, 1. vero & 12. anno M D I. atque ita deinceps, his cyclis semper in se recurrentibus. Idem de alijs dictum intelligatur.

Perfecit præterea Lilius absolutissimam tabulam ad inueniendum legitimos Paschatis festorumq. mobilium, vt vocant, dies, quoniam quæ hactenus vulgatæ sunt, non carent incertitudine. Nonnulla alia adijcit, quæ ad vberiorem explicationem, comprobationemque huius à se excogitatæ rationis attinent, sed quæ nunc ad commemorandum non necessaria videantur.

Restituto itaque verno æquinoctio in eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quamcumque anni quantitatem accommodari potest, Calendario appositio, intercalationisque ratione quam diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita in posterum anni atque menses congruent cum solis ac lunæ ratione, vt nulla deinde varietas, aut dissensio possit existere: quod si quando acciderit, eadem hac via belliſsime in suum statum docet posse restitui. Atque hæc quidem ille auctor.

Quòd si alicui Alfonsi calculi incertiores esse videbuntur, quàm vt illis fidendum putet, potiusque recentioribus adhærendum existimet, is profecto intelliget eam esse huius artificiosi Cycli tabulæque Epactarum a Lilio excogitatæ dispositionem ac digestionem, vt nullo negotio siue Copernici, siue cuiusuis alterius calculis possit aptari, si tabella æquationis ex illis confecta, pro ea, quam ad marginem scripsimus, substituatur: veluti



Digitized by Google

Tabella æquationis Epactarum, si decem intercalationes in quadraginta annis fuerint intermissæ.

| Anni Christi | | |
|---|---|---|
| c | 1584 | |
| b | 1588 | |
| a | 1592 | |
| P | 1596 | |
| N | 1600 | |
| M | 1604 | |
| H | 1608 | |
| G | 1612 | |
| F | 1616 | |
| E | 1620 | |
| E | 1700 | B |
| E | 1800 | |
| E | 1900 | B |
| D | 2000 | |
| E | 2100 | B |
| D | 2200 | |
| C | 2300 | |
| B | 2400 | |
| B | 2500 | |
| A | 2600 | |
| u | 2700 | |
| u | 2800 | |
| t | 2900 | |
| t | 3000 | B |
| t | 3100 | |
| t | 3200 | B |
| s | 3300 | |
| t | 3400 | B |
| s | 3500 | |
| s | 3600 | B |
| s | 3700 | |
| r | 3800 | |
| q | 3900 | |
| q | 4000 | |
| p | 4100 | |
| n | 4200 | |
| n | 4300 | |
| m | 4400 | |
| l | 4500 | |
| l | 4600 | |
| l | 4700 | B |
| K | 4800 | |
| K | 4900 | B |
| K | 5000 | |

Greg. xlij. sibi proposuisse sequi totius orbis Christiani consensum in hoc negotio correctionis.

luti hæc, quam exempli gratia, à Copernici ratione non multum distantem apposuimus.

Agite igitur Mathematici, qui cælestium rerum contemplatione, & cogitatione ducimini, toto animo omnique cura in hanc communem causam incumbite, ac re diligenter meditata & considerata, aut hæc quæ a Lilio proponuntur probate, aut si quid istis rectius nouistis, candide impertiri, & nobiscum communicare velitis. Turpe enim nobis omnibus erit pati diutius in graui errore Christianos omnes, & in maximarum rerum ignoratione versari.

Expectabuntur itaque Principum, vestræque doctorum hominum sententiæ, & quę ratio maiori horum parti aptior conuenientiorque visa fuerit, eam quasi totius Christiani orbis consensum summus ipse Pontifex probabit, atque sequetur.

FINIS.

Tabella æquationis Epactarum, si decem dies anno MDLXXXII. simul eximantur.

| Anni Christi | | |
|---|---|---|
| E | 1582 | |
| E | 1600 | B |
| E | 1700 | B |
| E | 1800 | |
| E | 1900 | B |
| D | 2000 | |
| E | 2100 | B |
| D | 2200 | |
| C | 2300 | |
| B | 2400 | |
| B | 2500 | |
| A | 2600 | |
| u | 2700 | |
| u | 2800 | |
| t | 2900 | |
| t | 3000 | B |
| t | 3100 | |
| t | 3200 | B |
| s | 3300 | |
| t | 3400 | B |
| s | 3500 | |
| s | 3600 | B |
| s | 3700 | |
| r | 3800 | |
| q | 3900 | |
| q | 4000 | |
| p | 4100 | |
| n | 4200 | |
| n | 4300 | |
| m | 4400 | |
| l | 4500 | |
| l | 4600 | |
| l | 4700 | B |
| k | 4800 | |
| k | 4900 | B |
| k | 5000 | |

CALEN-

Digitized by Google

# CALENDARIVM GREGORIANVM PERPETVVM.

## Orbi Christiano vniuerso à Gregorio XIII. P. M. proposítum. Anno M. D. LXXXII.

## GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

*INTER grauissimas Pastoralis officij nostri curas, ea postrema non est, vt quæ à sacro Tridentino Concilio Sedi Apostolicæ reseruata sunt, illa ad finem optatum, Deo adiutore, perducantur. Sane eiusdem Concilij Patres, cum ad reliquam cogitationem Breuiarij quoque curam adiungerent, tempore tamen exclusi rem totam ex ipsius Concilij decreto ad auctoritatem, & iudicium Romani Pontificis retulerunt. Duo autem Breuiario præcipue continentur; quorum vnum preces, laudesq. diuinas festis, profestisque diebus persoluendas complectitur, alterum pertinet ad annuos Paschæ, festorumque ex eo pendentium recursus, Solis, & Lunæ motu metiendos: Atque illud quidem felicis recordationis Pius V. prædecessor noster absoluendum curauit, atque edidit. Hoc vero, quod nimirum exigit legitimam Calendarij restitutionem, iam diu à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & sæpius tentatum est, verum absolui, & ad exitum perduci ad hoc vsque tempus non potuit; quòd rationes emendandi Calendarij, quæ à cælestium motuum peritis proponebantur, propter magnas, & fere inextricabiles difficultates, quas huiusmodi emendatio semper habuit, neque perennes erant, neque antiquos Ecclesiasticos ritus incolumes (quod in primis hac in re curandum erat) seruabant. Dum itaque nos quoque credita nobis, licet indignis, à Deo dispensatione freti in hac cogitatione, curaque versaremur, allatus est nobis liber à dilecto filio Antonio Lilio artium, & medicinæ doctore, quem quondam Aloysius eius germanus frater conscripserat, in quo per nouum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipsius Aurei numeri normam directum, atque ad quamcumque anni solaris magnitudinem accommodatum, omnia, quæ in Calendario collapsa sunt, constanti ratione, & seculis omnibus duratura, sic restitui posse ostendit, vt Calendarium ipsum nulli vnquam mutationi in posterum expositum esse videatur. Nouam hanc restituendi Calendarij rationem exiguo volumine comprehensam ad Christianos Principes, celebrioresq. vniuersitates paucos ante annos misimus, vt res, quæ omnium communis est, communi etiam omnium consilio perficeretur; illi cum, quæ maxime optabamus, concordes respondissent, eorum nos omnium consensione adducti, viros ad Calendarij emendationem adhibuimus in alma Vrbe harum rerum peritissimos, quos longe ante ex primarijs Christiani orbis nationibus delegeramus: Ii cum multum temporis, & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuissent, & Cyclos tam veterum, quàm recentiorum vndique conquisitos, ac diligentissime perpensos inter se contulissent, suo, & doctorum hominum, qui de ea re scripserunt, iudicio hunc præ cæteris elegerunt Epactarum Cyclum, cui nonnulla etiam adiecerunt, quæ ex accurata circumspectione visa sunt ad Calendarij perfectionem maxime pertinere.*

*Considerantes igitur nos, ad rectam Paschalis festi celebrationem iuxta sanctorum Patrum, ac veterum Romanorum Pontificum, præsertim Pij & Victoris primorum, nec non magni illius œcumenici Concilij Nicæni, & aliorum sanctiones, tria necessario coniungenda, & statuenda esse, primũ certam Verni æquinoctij sedem, deinde rectam positionem xiiij. lunæ primi Mensis, quæ vel in ipsum æquinoctij diem incidit, vel ei proxime succedit, postremo primum quemque diem Dominicum, qui tandem xiiij. lunam sequitur, curauimus non solum æquinoctium Vernum in pristinam sedem, à qua iam à Concilio Nicæno decem circiter diebus recessit, restituendum, & xiiij. Paschalem suo in loco, à quo quatuor, & eo amplius dies hoc tempore distat, reponendam, sed viam quoque tradendam, & rationem, qua cauetur, vt in posterum æquinoctium, et xiiij. luna à proprijs sedibus nunquam dimoueantur*



Digitized by Google

tur. Quo igitur Vernum Aequinoctium, quod à Patribus Concilij Nicæni ad xij. Calend. Aprilis fuit constitutum, ad tandem sedem restituatur; Præcipimus, & mandamus, vt de mense Octobri anni 1582. decem dies inclusiue à tertia Nonarum vsque ad pridie Idus eximantur, & dies, qui festum sancti Francisci iiij. Nonas celebrari solitum sequitur, dicatur Idus Octobris, atque in eo celebretur festum sanctorum Dionysij, Rustici, & Eleutherij Martyrum, cum commemoratione sancti Marci Papæ & confessoris, & sanctorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij Martyrum. Septimodecimo vero Calend. Nouembris, qui dies proxime sequitur, celebretur festum sancti Calisti Papæ & Martyris. Deinde xvi. Calend. Nouemb. fiat officium, & Missa de Dominica xviij. post Pentecosten, mutata litera Dominicali G, in C. Quintodecimo denique Calen. Nouemb. dies festus agatur sancti Lucæ Euangelistæ, à quo reliqui deinceps agantur festi dies, prout sunt in Calendario descripti.

Ne vero ex hac nostra decem dierum subtractione alicui, quod ad annuas vel menstruas præstationes pertinet, præiudicium fiat, partes iudicum erunt in controuersijs, quæ super hoc exorta fuerint, dictæ subtractionis rationem habere, addendo alios x. dies in fine cuiuslibet præstationis.

Deinde ne in posterum à xij. Cal. April. æquinoctium recedat, statuimus Bissextum quarto quoq. anno (vti mos est) continuari debere: præterquam in centesimis annis; qui quamuis bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse volumus annum 1600. post eum tamen, qui deinceps consequentur, centesimi non omnes bissextiles sint, sed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centesimi sine Bissexto transigantur, quartus vero quisque centesimus bissextilis sit, ita vt Annus 1700. 1800. 1900. bissextiles non sint. Anno vero 2000. more consueto dies bissextus intercaletur, Februario dies 29. continente; idemque ordo intermittendi, intercalandique Bissextum diem in quadringentis quibusque annis perpetuo conseruetur.

Quo item xiij. Paschalis recte inueniatur, itemque dies lunæ iuxta antiquum Ecclesiæ morem ex Martyrologio singulis diebus ediscendi fideli populo vere proponantur; statuimus, vt amoto aureo numero de Calendario, in eius locum substituatur Cyclus Epactarum; qui ad certam (vti diximus) aurei numeri normam directus efficit, vt nouilunium, & xiij. Paschalis vera loca semper retineant. Idque manifeste apparet ex nostri explicatione Calendarij, in quo descriptæ sunt etiam tabulæ Paschales secundum priscum Ecclesiæ ritum, quo certius & facilius sacrosanctum Pascha inueniri possit.

Postremo quoniam partim ob decem diet de Mense Octobri anni 1582. (qui correctionis annus recte dici debet) exemptos, partim ob ternos etiam dies quolibet quadringentorum annorum spatio minime intercalandos, interrumpatur necesse est Cyclus literarum dominicalium 28. annorum ad hanc vsque diem vsitatus in Ecclesia Romana; Volumus in eius locum substitui eundem Cyclum 28. annorum ab eodem Lilio tum ad dictam intercalandi Bissexti in centesimis annis rationem, tum ad quamcumque anni solaris magnitudinem accommodatum; ex quo litera Dominicalis beneficio Cycli solaris æque facile, ac prius, vt in proprio canone explicatur, reperiri potest in perpetuum.

Nos igitur vt quod proprium Pont. Max. esse solet, exequamur, Calendarium immensa Dei erga Ecclesiam suam benignitate iam correctum atque absolutum hoc nostro decreto probamus, & Romæ vnà cum Martyrologio imprimi, impressumque diuulgari iussimus. Vt vero vtrumque vbique terrarum incorruptum ac mendis, & erroribus purgatum seruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio mediate vel immediate subiecto commorantibus impressoribus sub amissionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum: aliys vero in quacumque orbis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, ac aliys arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra licentia Calendarium, aut Martyrologium simul vel separatim imprimere, vel proponere, aut recipere vllo modo audeant vel præsumant, prohibemus.

Tollimus autem, & abolemus omnino vetus Calendarium, volumusque, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & cæteri Ecclesiarum Præsides, nouum Calendarium (ad quod etiam accommodata est ratio Martyrologij) pro diuinis officijs recitandis, & festis celebrandis in suas quisque Ecclesias, Monasteria, Conuentus, ordines, militias, & diœceses introducant, & eo solo vtantur tam ipsi, quàm cæteri omnes presbyteri, & clerici seculares, & regulares vtriusque sexus; necnon milites, & omnes Christi fideles, cuius vsus incipiet post decem illos dies ex Mense Octobri anni 1582. exemptos. Iis vero, qui adeo longinquas incolunt regiones, vt ante præscriptum à nobis tempus harum litterarum notitiam habere non possint; liceat, eodem tamen Octobri Mense insequentis anni 1583. vel alterius, cum primum scilicet ad eos hæ nostræ literæ peruenerint, modo à nobis paulo ante tradito eiusmodi mutationem facere, vt copiosius in nostro Calendario anni correctionis explicabitur.

Pro data autem nobis à Domino auctoritate hortamur, & rogamus charissimum in Christo filium nostrum Rodulphum Romanorum Regem Illustrem in Imperatorem electum, cæteros Reges, Principes, ac Respublicas, ijsdemque mandamus, vt quo studio illi à nobis contenderunt, vt hoc tam præclarum opus perficeremus; eodem, immo etiam maiore, ad conseruandam in celebrandis festiuitatibus inter Christianas nationes concordiam, nostrum hoc Calendarium & ipsi suscipiant, & à cunctis sibi subiectis populis religiosè suscipiendum, inuiolateque obseruandum curent.

Verum quia difficile foret præsentes literas ad vniuersa Christiani orbis loca deferri, illas ad Basilicæ principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valuas, & in acie Campi Floræ publicari & affigi, & earundem literarum exemplis, etiam impressis, & voluminibus Calendarij & Martyrologij insertis & præpositis, siue manu tabellionis publici subscriptis, necnon sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum

*rum haberi præcipimus, quæ originalibus literis exhibitis omnino haberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præceptorum, mandatorum, statutorum, voluntatis, probationis, prohibitionis, sublationis, abolitionis, hortationis, & rogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.*

*Datum Tusculi Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXI. Sexto Calend. Martij. Pontificatus nostri Anno Decimo.*

*Cæ. Glorierius.*
*A. de Alexijs.*

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo Octuagesimo secundo Indictione decima, Die vero Iouis prima mensis Martij, Pontificatus vero sanctissimi in Christo Patris, & D.N. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno eius decimo: Retroscriptæ literæ Apostolicæ publicatæ & affixæ fuerunt in Valuis principis Apostolorum de Vrbe & Cancellariæ Apostolicæ ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Scipionem de Octauianis Apostolicum Curs.

Franciscus Baron Magister Cursorum.



Digitized by Google

# CALENDARIVM CANONES IN CALENDARIVM GREGORIANVM PERPETVVM.

## Canon 1.

### DE CYCLO DECENNOVENNALI AVREI NVMERI.

CYCLVS Decennouennalis Aurei numeri est reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vsque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1577. Numerus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, est 1. Anno sequenti 1578. est 2. & ita deinceps in sequentibus annis, vno semper amplius, vsque ad 19. qui Aureus numerus cadet in annum 1595. Post quem iterum ad vnitatem redeundum est, ita vt anno 1596. Aureus numerus sit rursus 1. & anno 1597. sit 2. &c. Continet autem hic cyclus Aurei numeri annos 19. quia post 19. annos solares elapsos reuertuntur Nouilunia ad eosdem dies mensium, licet non omnino præcise, sed aliqua diei particula citius, vt à Computistis, & in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani ostenditur. Quilibet vero annus Aurei numeri terminatur in fine mensis Decembris, & in principio Ianuarij sequentis anni initium sumit alius annus Aurei numeri: quemadomodum etiam fit in annis Domini, qui semper terminantur in mense Decembri, & initium sumunt à Ianuario. Vt anno Domini 1582. annus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus numerus, est 6. terminaturque simul cum ipso anno Domini 1582. in mense Decembri: In mense autem Ianuario initium sumit alius annus Domini, nempe 1583. & in eodem mense Ianuario assumitur etiam alius annus Aurei numeri, nimirum 7. Et ita deinceps agendum erit in alijs annis, quousque perficiatur numerus 19. à quo iterum redeundum est ad vnitatem: atque hoc modo in perpetuum. Hoc cyclo decennouennali Aurei numeri per dies Calendarij distributo Ecclesia Romana ad hanc vsque diem vsa est tum ad coniunctiones Solis ac Lunæ inquirendas, tum vero maxime ad inueniendum diem festum Paschæ, & ad indaganda alia festa mobilia: propterea quod veteres putabant, Nouilunia, transacto spatio 19. annorum solarium, ad eundem prorsus diem, eandemque horam redire; quod verum non est, cum Nouilunia paulo citius, quàm spatium 19. annorum Solarium compleatur, ad eandem sedem redeant, vt dictum est. Hinc factum est, vt Nouilunia hoc tempore plus quàm quatuor dies distent ab Aureo numero in veteri Calendario Romano; & secundum illius normam Pascha sæpenumero post xxj. Lunam, contra Maiorum instituta, celebretur: adeo vt cyclus hic Aurei numeri inutilis omnino iam sit inuentus ad Nouilunia, festaq; mobilia indicanda, idemque magis ac magis in dies futurus sit inutilis tum propter decem dies ex mense Octobri anni 1582. auferendos, tum etiam propter tres Bissextos omittendos quibusque quadringentis annis; nisi in 30. ordines redigatur, hoc est, nisi 30. Calendaria construantur, vt ex illis seligatur semper illud, quod certo cuidam tempori congruit: quæ res, quantas perturbationes, quantosque sumptus, personis præsertim Ecclesiasticis, esset allatura, nemo non videt. Hoc incommodum vt vitetur, substitutus est in locum Aurei numeri in Calendario Cyclus Epactarum constans ex 30. numeris Epactalibus: qui quidem nihil aliud est quàm cyclus decennouennalis Aurei numeri æquatus, ita vt sit instar Aurei numeri



Digitized by Google

meri in 30. Calendaria, de quibus dictum est, distributi, vt in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani declaratur. Aureo vero numero vtemur in posterum, non quidem ad Nouilunia, & festa mobilia inquirenda, vt ad hanc vsque diem factum est ab Ecclesia, sed solum ad inuestigandam Epactam cuiuslibet anni, ex qua & Nouilunia, & festa mobilia deinde reperiantur, vt in sequenti canone docebimus: ita vt etiam nunc necessarium omnino sit Aureum numerum quouis anno indagare, licet is de Calendario sit submotus, locumque amplius non habeat ad Nouilunia, festaque mobilia inuenienda.

IGITVR vt Aureus numerus quolibet anno proposito inueniatur, composita est sequens tabella Aureorum numerorum, cuius vsus incipit ab anno correctionis 1582. inclusiue, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni post annum 1582. reperietur hoc modo.

---

*Tabella cycli Aurei numeri initium sumens ab anno correctionis* 1582.

| Aur. nu. | vj | vij | viij | ix | x | xj | xij | xiij | xiiij | xv | xvj | xvij | xviij | xix | j | ij | iij | iiij | v |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est vj. secundus autem, qui est vij. sequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum quæris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotiescunque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum.

SED quoniam valde laboriosum est, ac molestum, tot annos in dicta tabella enumerare, eamque toties repetere, donec ad annum, cuius Aureus numerus quæritur, perueniatur, præsertim vero, si annus propositus procul ab anno 1582. absit, construximus hanc aliam sequentem tabulam, ex qua sine magno labore Aureus numerus cuiuscunque anni tam ante, quàm post annum 1582. inuenietur hac arte.

Quæratur annus propositus in tabula sub annis Domini, qui si descriptus in ea fuerit, Aureus numerus ad dexteram ipsius collocatus, addita prius vnitate, vt in vertice tabulæ præcipitur, erit is, qui quæritur. Si vero annus propositus in tabula non continetur, accipiatur annus in tabula contentus proxime minor, vna cum Aureo numero respondente: Deinde sumantur in eadem tabula anni, qui supersunt, vna cum Aureo numero respondente, qui priori Aureo numero inuento addatur, reijciantur que à composito numero 19. si reijci possunt. Et tandem vnitas adijciatur. Componetur enim hac ratione Aureus numerus propositi anni. Quod si neque anni, qui superfuerunt, in tabula reperiantur, accipiendus erit rursum annus proxime minor, vna cum eius Aureo numero, qui priori Aureo numero inuento adcijciendus est, & à composito numero reijcienda 19. si reijci possunt; Idemque faciendum erit cum reliquis annis, qui supersunt, donec omnes in tabula inueneris; Et tandem vltimo Aureo numero ex Aureis numeris in tabula repertis confecto (reiectis prius 19. si reijci possunt, vt dictum est) addenda vnitas. Conficietur enim hoc modo Aureus numerus anni propositi. Quod si post additionem vnitatis numerus compositus fuerit 19. ita vt, detractis 19. nihil remaneat, erit Aureus numerus 19.

Exéplis res fiet illustrior. Sit inueniendus Aureus numerus anni 700. Quoniam hic annus in tabula reperitur, eiq. respondet Aureus numerus 16. si huic Aureo numero adijciatur 1. erit anno 700. Aureus numerus 17. Rursus inueniendus proponatur Aureus numerus anno 1583. Quoniam hic annus in tabula non existit, sumendus est annus 1000. in tabula proxime minor, eiusque Aureus numerus 12. Deinde accipiendi in tabula anni residui 583. qui quoniam in ea non continentur, capiendus iterum est annus 500. in tabula proxime minor, eiusque Aureus numerus 6. quo ad priorem Aureum numerum 12. inuentum adiecto, conficietur numerus 18. Post hæc anni 83. qui supersunt, sumendi in tabula, sed quoniam non reperiuntur, accipiendus est annus 80. in tabula proxime minor, eiusque Aureus numerus 4. quo appositio ad aureum numerum 18. prius compositum, efficietur numerus 22. à quo si detrahantur 19. remanebunt 3. Postremo remanentes anni 3. sumendi sunt in tabula, & Aureus numerus 3. illis respondens: quo adiecto ad Aureum numerum 3. proxime relictum, componetur numerus 6.



Digitized by Google

cui tandem si addatur 1. vt in vertice tabulæ præcipitur, erit anno 1583. Aureus numerus 7. Sit denique quærendus Aureus numerus anni 1595. Accipio primum Aureum numerum 12. respondentem anno 1000. eumque addo Aureo numero 6. qui an-

*Tabula ad Aureum numerum cuiuslibet anni inueniendum.*

| An. Dñi | Aureus Num. *Adde* 1 | Anni Domini | Aureus Num. *Adde* 1 | Anni Domini | Aureus Num. *Adde* 1 | Anni Domini | Aureus Num. *Adde* 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 300 | 15 | 50000 | 11 | 7000000 | 1 |
| 2 | 2 | 400 | 1 | 60000 | 17 | 8000000 | 12 |
| 3 | 3 | 500 | 6 | 70000 | 4 | 9000000 | 4 |
| 4 | 4 | 600 | 11 | 80000 | 10 | 10000000 | 15 |
| 5 | 5 | 700 | 16 | 90000 | 16 | 20000000 | 11 |
| 6 | 6 | 800 | 2 | 100000 | 3 | 30000000 | 7 |
| 7 | 7 | 900 | 7 | 200000 | 6 | 40000000 | 3 |
| 8 | 8 | 1000 | 12 | 300000 | 9 | 50000000 | 18 |
| 9 | 9 | 2000 | 5 | 400000 | 12 | 60000000 | 14 |
| 10 | 10 | 3000 | 17 | 500000 | 15 | 70000000 | 10 |
| 20 | 1 | 4000 | 10 | 600000 | 18 | 80000000 | 6 |
| 30 | 11 | 5000 | 3 | 700000 | 2 | 90000000 | 2 |
| 40 | 2 | 6000 | 15 | 800000 | 5 | 100000000 | 17 |
| 50 | 12 | 7000 | 8 | 900000 | 8 | 200000000 | 15 |
| 60 | 3 | 8000 | 1 | 1000000 | 11 | 300000000 | 13 |
| 70 | 13 | 9000 | 13 | 2000000 | 3 | 400000000 | 11 |
| 80 | 4 | 10000 | 6 | 3000000 | 14 | 500000000 | 9 |
| 90 | 14 | 20000 | 12 | 4000000 | 6 | 600000000 | 7 |
| 100 | 5 | 30000 | 18 | 5000000 | 17 | 700000000 | 5 |
| 200 | 10 | 40000 | 5 | 6000000 | 9 | 800000000 | 3 |

no 500. respondet, conficioque numerum 18. Deinde Aureum numerum 14. respondentem anno 90. addo illi Aureo numero 18. inuento, procreoque numerum 32. à quo detractis 19. remanet numerus 13. cui adiungo Aureum numerum 5. respondentem anno 5. efficioque numerum 18. Huic tandem si addam 1. habebo 19. pro Aureo numero anni 1595.

Additur autem semper vltimo numero vnitas, quia Christus anno secundo huius cycli Aurei numeri natus est, fuitque anno Domini primo Aureus numerus 2. & anno secundo Aureus numerus 3. &c.

Compositio quoque huius tabulæ perfacilis est. Primis enim 10. annis respondeant primi decem Aurei numeri. Deinde quia à 20. progreditur tabula per annos decimos, respondetque anno decimo Aureus numerus 10. ita vt singulis decem annis Aureus numerus 10. vnitatibus augeatur, duplicandus erit Aureus numerus 10. respondens 10. anno, & à producto numero 20. reijcienda 19. vt habeatur Aureus numerus 1. respondens anno 20. Cui Aureo numero 1. iterum adijciendus est Aureus numerus 10. decimi anni, vt componatur Aureus numerus 11. pro anno 30. atque hoc modo pro sequentibus decimis annis vsque ad 100. addendus semper est Aureus numerus 10. precedenti Aureo numero, & reijcienda 19. si reijci possunt, vt habeatur sequens Aureus numerus. Post hęc, quia in tabula post annum 100. fit progressio per annos centesimos, respondetque anno 100. Aureus numerus 5. duplicandus erit Aureus numerus 5. vt componatur Aureus numerus 10. pro anno 200. quandoquidem singulis annis 100. Aureus numerus augetur quinque vnitatibus. Aureo numero vero 10. iterum addendus erit Aureus numerus 5. centesimi anni, vt signatur Aureus numerus 15. pro anno 300. atque ita pro sequentibus annis centesimis vsque ad millesimum addendus semper est Aureus numerus 5. precedenti Aureo numero, & reijcienda 19. quando possunt reijci, vt congrat sequens Aureus numerus. Hac arte tabulam extendere poteris ad quotcunque annos,

si ob-

Digitized by Google

si obserues, per quos annos tabula progrediatur, & qui Aureus numerus respondeat illi anno, à quo progressio incipit. Ita vides ab anno millesimo vsque ad annum 10000. precedenti Aureo numero semper adiectum esse Aureum numerum 12. & abiecta esse 19. quando reijci potuerunt; quia progressio annorum incipit tunc ab anno 1000. proceditque per annos millesimos vsque ad annum 10000. & præterea anno 1000. respondet Aureus numerus 12. &c.

Porro sine hac tabula facillimo quoque negotio per præcepta Arithmetices Aureus numerus cuiuslibet anni reperietur hoc modo. Anno Domini proposito addatur 1. & numerus compositus per 19. diuidatur. Numerus enim qui ex diuisione relinquitur, (nulla habita ratione quotientis numeri. Hic enim solum ostendit, quot reuolutiones Aurei numeri à Christo vsque ad annum propositum peractæ sint) erit Aureus numerus anni propositi. Et si ex diuisione nihil remanet, erit Aureus numerus 19. Vt si quæratur Aureus numerus anni 1584. Addo 1. & compositum numerum 1585. diuido per 19. inuenioq. ex diuisione relinqui 8. Erit ergo anno 1684. Aureus numerus 8. Rursus si anno 1595. quærendus sit Aureus numerus; addita vnitate, fit numerus 1596. quo diuiso per 19. nihil supereſt. Erit igitur tunc Aureus numerus 19. Item si anno 1600. addatur 1. fiet numerus 1601. quo diuisio per 19. relinquentur 5. pro Aureo numero anni 1600. Atque ita de cæteris.

# Canon 2.

## DE EPACTIS ET NOVILVNIIS.

EPACTA nihil aliud est, quàm numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat: ita vt Epacta primi anni sit 11. cum hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat; atque adeo sequenti anno Nouilunia contingant 11. diebus prius, quàm anno primo. Ex quo fit, Epactam secundi anni esse 22. cum eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde, finito hoc anno, Nouilunia contingere 22. diebus prius, quàm primo anno: Epactam autem tertij anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adijciantur, efficietur numerus 33. à quo si reijciantur 30. dies, qui vnam Lunationem Emboliſmalem constituunt, relinquentur 3. atq. ita deinceps. Progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamen 30. quando reijci possunt. Solum quando peruentum erit ad vltimam Epactam Aureo numero 19. respondentem quæ est 29. adduntur 12. vt abiectis 30. ex compositio numero 41. habeatur rursus Epacta 11. vt in principio. Quod ideo fit, vt vltima Lunatio Emboliſmica, currente Aureo numero 19. sit tantum 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ sex Lunationes Emboliſmicæ, non redirent Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentque vno die tardius, quàm ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani. Sunt autem nouendecim Epactæ, quot & Aurei numeri, respondebantque ipsis Aureis numeris ante Calendarij correctionem eo modo, quo in hac tabella disposita sunt.

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ante Calendarij correctionem.*

| Aur. num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xi | xxii | iii | xiiii | xxv | vi | xxvii | xxviii | ix | xx | i | xii | xxiii | iiii | xv | xxvi | vii | xviii | xxix |

QVIA

Digitized by Google

QVIA vero Cyclus decennouennalis Aurei numeri imperfectus est, cum Nouilunia post 19. annos Solares non præcisè ad eadem loca redeant, vt dictum est, imperfectus etiam erit hic cyclus 19. Epactarum. Quam ob rem eum ita emendauimus, vt in posterum loco Aurei numeri, & dictarum 19. Epactarum vtamur 30. numeris Epactalibus ab 1. vsque ad 30. ordine progredientibus, quamuis vltima Epacta, siue quæ ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc * propterea quod nulla Epacta esse potest 30. Varijs autem temporibus ex his 30. Epactis respondent decem & nouem Aureis numeris variæ decem & nouē Epactæ, prout Solaris anni, ac Lunaris æquatio exposcit: quæ quidem decem & nouem Epactæ progrediuntur, vt olim, per eundem numerum 11. addunturque semper 12. illi Epactæ, quæ respondet Aureo numero 19. vt habeatur sequens Epacta respondens Aureo numero 1. ob rationem paulo ante dictam. Id quod sequentes tres tabellæ perspicuum faciunt: quarum prima continet Aureos numeros, & Epactas inter se respondentes ab anno correctionis 1582. post detractionem x. dierum, vsque ad annum 1700. exclusiue, quo anno secunda tabella assumenda est, & tertia anno 1900. atque ita deinceps alia atque alia, vt infra docebimus. Quæ quidem omnia uberius in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani explicantur. Quamuis autem vulgares Epactę mutentur in Martio, re ipsa tamen in principio anni mutandæ sunt, vna cum Aureo numero, in cuius locum hæ nostræ Epactæ succedunt.

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis* 1582. *detractis prius X. diebus, vsque ad annum* 1700. *exclusiue.*

| Aur.nu. | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxvi | vij | xviij | xxix | x | xxj | ii | xiii | xxiiii | v | xvi | xxvii | viii | xix | i |

| 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|
| xii | xxiii | iiii | xv |

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno* 1700. *inclusiue vsque ad annum* 1900. *exclusiue.*

| Aur. nu. | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ix | xx | i | xii | xxiii | iiii | xv | xxvi | vii | xviii | * | xi | xxii | iii | xiiii | xxv | vi |

| 8 | 9 |
|---|---|
| xvii | xxviii |

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno* 1900. *inclusiue vsque ad annum* 2200. *exclusiue.*

| Aur. num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxix | x | xxi | ii | xiii | xxiiii | v | xvi | xxvii | viii | xix | * | xi | xxii | iii | xiiii | 25 |

| 18 | 19 |
|---|---|
| vi | xvii |

Quælibet autem tabella ab eo Aureo numero initium sumit, qui illo anno currit, à quo vsus tabellæ incipit: Et licet in his tabellis diuersæ semper Epactæ Aureis numeris respondeant, aliquando tamen continget, vt eisdem Aureis numeris eædem Epactæ respondeant, quæ olim ante correctionem Calendarij.

Itaque

Digitized by Google

Itaque si Epacta quocumque anno proposito inuenienda sit, quærendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, quæ illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in inferiori ordine tabellæ reperietur Epacta anni propositi, vel certe hoc signum * Vbi ergo illa Epacta, vel signum * in Calendario inuentum fuerit, eo die Nouilunium fiet. Inuenietur autem Aureus numerus vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito tempori congruente, tribuendo primum Aureum numerum illius tabellæ illi anno, à quo vsus tabellæ incipit, & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellæ tribuatur illi anno, à quo eius vsus incipit, & secunda Epacta sequenti anno, &c.

Exemplum. Anno correctionis. 1582. Aureus numerus est 6. nempe primus primæ tabellæ, cuius vsus incipit ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius x. diebus. Erit ergo tunc Epacta xxvj. quæ sub Aureo numero 6. collocatur: fietque Nouilunium die 27. Octob. & 26. Nouemb. & 25. Decemb. Item anno 1583. iam correcto Aureus numerus est 7. cui in eadem tabella suppositа est Epacta vij. quæ toto eo anno in Calendario Nouilunia indicabit: vt in Ianuario die 24. In Febr. die 22. In Martio die 24. &c. Rursus anno 1710. Aureus numerus est 1. sub quo in ordine Epactarum secundæ tabellæ, quæ anno proposito congruit, collocatur hoc signum *. quod in Calendario toto eo anno Nouilunia demonstrabit: nimirum in Ianuario die 1. & 31. In Martio (Nam in Februario nullum tunc erit Nouilunium, cum in eo signum *. non reperiatur) die 1. & 31. In Aprili die 29. &c. Postremo anno 1916. Aureus numerus est 17. sub quo in ordine Epactarum tertiæ tabellæ, quæ proposito anno congruit, repetitur Epacta 25. non antiquo numero, vt aliæ Epactæ, sed vulgari numero scripta. Vbicumque ergo anno 1916. in Calendario Epacta 25. vulgari numero scripta reperitur, ibi Nouilunium fit: Vt in Ianuario die 6. In Februario die 4. In Martio die 6. In Aprili die 4. &c. Quotiescunque enim Epacta 25. respondet Aureis numeris maioribus, quàm 11. quales sunt posteriores octo à 12. vsque ad 19. sumenda est in Calendario Epacta 25. vulgari numero scripta: quando vero eadem Epacta 25. respondet minoribus Aureis numeris, quàm 12. quales sunt priores vndecim ab 1, vsque ad 11. inclusiue, accipienda est in Calendario Epacta xxv. antiquo numero scripta: Atque hoc solum contingit in Epacta 25. & in alijs nunquam. Quod ideo fit, vt anni Lunares perfectius Solaribus annis respondeant: Ob quam etiam causam in sex locis Calendarij duæ Epactæ scilicet xxv. & xxiiij. ad eundem diem sunt ascriptę, vt nimirum Lunationes ita sibi mutuo succedant, vt alternatim sex contineant dies 30. & sex aliæ dies tantum 29. complectantur. Id quod abunde in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani explicatum est.

Quod si quando Epactæ per dies Calendarij distributæ indicent Nouilunia paulo serius, quàm res postulet, mirandum non est, cum maturo consilio ita sint dispositæ. Cum enim nullus cyclus Lunaris ad vnguem calculo Astronomico respondere possit, sed modo citius, modo tardius Nouilunia indicet, data est diligenter opera in distribuendo cyclo hoc 30. Epactarum in Calendario, vt potius Nouilunia serius aliquando per Epactas demonstrentur, quàm vt aliquando sedes suas anteuertant, ne cum Quartadecimanis hæreticis sacrosanctum Pascha, vel in xiiij. Luna, vel ante celebretur: Adeo vt propter celebrationem Paschæ maior fit habita ratio xiiij. Lunæ, vel Plenilunij; quàm Nouilunij; neque magni refert, si aliquando, quod raro tamen accidit, propter hanc Nouilunij post postpositionem contingat Pascha celebrari post diem xxi. Lunæ. Minus enim hoc peccatum est, quàm si ante diem xiij. Lunæ celebretur, vel in vltimo mense. quod esset absurdissimum. Sed de his plura in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani, vbi omnia hæc copiosissime explicantur.

Verum vt videas, vnde præcedentes tres tabellæ sint depromptæ, & qua arte aliæ construi possint, addita est sequens tabella cycli Epactarum perpetua, vna cum tabula æquationis cycli Epactarum, ex qua cuiusque anni Epacta reperietur in perpetuum. Rationem constructionis tam tabellæ cycli Epactarum perpetuæ, quàm tabellæ æquationis cycli Epactarum, quoniam paucis explicari non potest, desumunturque literæ alphabeti ex tabula cycli Epactarum expansa, consulto in librum nouę rationis restituendi Calendarij Romani, vbi tabula illa expansa continetur, reijcimus.

Tabella

*Tabella Cycli Epactarum perpetua.*

| P | l | C | c | P | F | f | s | M | i | A |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| * | xi | xxii | iii | xiiii | xxv 25 | vi | xvii | xxviii | ix | xx |

| a | m | D | d | q | G | g | t | N | k | B |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| i | xii | xxiii | iiii | xv | xxvi | vii | xviii | xxix | x | xxi |

| b | n | E | e | r | H | h | u |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ii | xiii | xxiiii | v | xvi | xxvii | viii | xix |

*Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui.*

| | Anni Domini | | | Anni Domini | | | Anni Domini | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N | 1 | | A | 2200 | | q | 3600 | Biſs. |
| P | 320 | Biſs. | u | 2300 | | p | 3700 | |
| P | 500 | Biſs. | A | 2400 | Biſs. | n | 3800 | |
| a | 800 | Biſs. | u | 2500 | | n | 3900 | |
| b | 1100 | Biſs. | t | 2600 | | n | 4000 | Biſs. |
| c | 1400 | Biſs. | t | 2700 | | m | 4100 | |
| | Detractis x. diebus. | | t | 2800 | Biſs. | l | 4200 | |
| D | 1582 | | s | 2900 | | l | 4300 | |
| D | 1600 | Biſs. | s | 3000 | | l | 4400 | Biſs. |
| C | 1700 | | r | 3100 | | k | 4500 | |
| C | 1800 | | r | 3200 | Biſs. | k | 4600 | |
| B | 1900 | | r | 3300 | | i | 4700 | |
| B | 2000 | Biſs. | q | 3400 | | i | 4800 | Biſs. |
| B | 2100 | | p | 3500 | | i | 4900 | |

Vtriuſq. autem vſus hic eſt. Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, vel ſi is in tabula non inuenitur, annus proximè minor, noteturq. litera alphabeti maiuſcula ſiue minuſcula ad ſiniſtrã ipſius collocata, & Aureus numerus inueſtigetur anno propoſito congruẽs. Deinde in tabella cycli Epactarum perpetua ſimilis litera notetur, & cellulæ, quæ ab illa litera incluſiue tertia eſt verſus ſiniſtram, Aureus numerus j. tribuatur, & ſequenti cellulæ ad dexteram ſubſequens Aureus numerus ij. & ita deinceps, donec ad Aureum numerum propoſiti anni perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, ſi eam totam percurreris, computata quoque litera F, maiuſc. ſub qua Epactę xxv. & 25. diuerſis numeris ſcriptæ collocantur, pro vna cellula. His enim rite peractis, illico in cellula, in quam Aureus numerus propoſiti anni cadit, Epacta illius anni reperietur. Diligenter tamen obſeruandum eſt, vt quando Aureus numerus anni propoſiti maior fuerit, quàm 11. quales ſunt poſteriores octo Aurei numeri à 12. vſque ad 19. ceciderit que in cellulam litęræ F, vbi ſunt duæ Epactæ xxv. 25. diuerſis numeris ſcriptæ, ſumatur Epacta 25. altera vero xxv. ſi in eandem cellulam aliquis ex prioribus videlicet Aureis numeris ab 1. vſque ad 11. qui omnes minores ſunt, quàm 12. ceciderit.

Exemplis planum id faciemus. Anno 1582. poſt correctionem reſpondet in tabula æquationis litera D, maiuſc. eſtque Aureus tunc numerus 6. Si igitur in tabella cycli Epactarum perpetua tribuas cellulæ literæ a, minuſculæ, quæ tertia eſt à cellula literæ D, maiuſc. Aureum numerum 1. & ſequenti cellulę ad dexteram Aureum numerum 2. & ita deinceps, cadet Aureus numerus 6. anni propoſiti 1582. in cellulam Epactæ xxvj. quæ, in Calendario ab Idibus Octobris illius anni Nouilunia monſtrabit. Rurſus anno 1583. iam

emen-

Digitized by Google

emendato Aureus numerus est 7. eique in tabula æquationis respondet litera eadem D, maiusc. Quoniam enim hic annus in tabula non reperitur, sumendus est proxime minor, nempe 1582. cui litera D, maiusc. respondet. Tribuendo ergo in tabella Epactarum Aureum numerum 1. cellulæ literæ a, minusc. quę tertia est à cellula literę D, maiusc. & Aureum numerum 2. sequenti cellulæ ad dexteram, & sic deinceps, cadet Aureus numerus 7. propositi anni in cellulam Epactæ vij. quæ eo anno Nouilunia ostendet. Item anno 4218. in tabula æquationis respondet litera l, estque Aureus numerus 1. Igitur si in tabella Epactarum Aureum numerum 1. illius anni tribuas cellulæ literæ u, quę tertia est à cellula literę l, versus siniſtram inuenies Epactam xix. illius anni. Prȩterea anno 1710. respondet litera C, maiusc. in tabula æquationis, estque rursum Aureus numerus 1. Quare si Aureum numerum 1. illius anni tribuas primæ cellulę literæ P, maiusc. in tabella Epactarum, quę tertia est à litera C, maiusc. reperies *. prō Epacta illius anni. Rursus anno 1912. respondet in tabula æquationis litera B, maiusc. & est Aureus numerus 13. Quapropter si tribuatur in tabella Epactarum perpetua cellulę literæ N, maiusc. quæ tertia est à litera B, maiusc. Aureus numerus 1. & sequenti cellulæ ad dexteram Aureus numerus 2. & ita deinceps, redeundo ad principium tabellæ, cadet Aureus numerus 13. propositi anni in secundam cellulam. Quare Epacta tunc erit xj. Adhuc anno 1715. respondet in tabula æquationis litera C, maiusc. estque Aureus numerus 6. Tribuendo ergo Aureum numerum 1. cellulæ literæ P, maiusc. in tabella Epactarum, quæ tertia est à cellula literæ C, maiusc. & Aureum numerum 2. sequenti cellulæ ad dexteram, &c. cadet Aureus numerus 6. propositi anni in cellulam literæ F, sub qua ponuntur duæ Epactæ xxv. 25. diuersis characteribus expressæ. Quia vero Aureus numerus 6. minor est, quam 12. accipienda est Epacta xxv. prior, pro anno 1715. Postremo anno 1916. in tabula æquationis respondet litera B, maiusc. estq. Aureus numerus 17. Quam ob rem si in tabella Epactarum cellulæ literæ N, quæ tertia est à cellula B, maiusc. detur Aureus numerus 1. & sequenti cellulæ ad dexteram Aureus numerus 2. &c. redeundo ad principium tabellæ, occurret Aureus numerus 17. propositi anni eidem cellulæ literæ F, sub qua duæ Epactæ xxv. 25. diuersorum characterum ponuntur. Et quoniam Aureus numerus 17. maior est, quàm 11. accipienda est Epacta 25. posterior pro anno 1916. Atque hoc modo Epactam cuiuslibet anni inuenies in perpetuum.

Ex his facile quiuis tabellam componere poterit, si velit, similem tribus superioribus, in qua nimirum Epactæ contineantur certis quibusdam annis inseruientes. Vt quoniam vsus tertiæ tabellæ extenditur vsque ad annum 2200. excluſiue, si quis aliam tabellam optet, cuius vsus incipiat anno 2200. quærenda erit, vt iam docuimus, Epacta anni 2200. Si namque ordine disponantur omnes 19. Aurei numeri, initio facto ab Aureo numero anni 2200. & sub Aureo numero dicti anni collocetur Epacta eiusdem anni inuenta: deinde reliquæ Epactæ ordine sub aliis Aureis numeris collocentur, quæ per continuam additionem numeri 11. ad præcedentem Epactam constituantur, ita tamen, vt Epactæ sub Aureo numero 19. positæ, si hic Aureus numerus in tabella vltimus non fuerit, addantur 12. non autem 11. vt supra diximus; composita erit tabella Epactarum, cuius vsus incipiet ab anno 2200. incluſiue, terminabiturque anno 2299. quandoquidem anno 2300. in tabula æquationis alia litera respondet, nempe u, ita vt tunc fit alia tabula extruenda. Verbi gratia. Dicto anno 2200. respondet in tabula æquationis litera A, maiusc. estque Aureus numerus 16. Si igitur tribuamus Aureum numerum 1. cellulæ literæ M, maiusc. in tabella perpetua Epactarum, quæ tertia est à cellula literæ A, & sequenti cellulę ad dexteram Aureum numerum 2. &c. incidet Aureus numerus 16. dicti anni 2200. in cellulam literæ n, minusc. sub qua reperitur Epacta xiii. illius anni. Quocirca tabella epactarū respondentium Aureis numeris, initio sumpto ab Aureo numero 16. & ab Epacta xiii. illius anni sic stabit.

*Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 2200. incluſiue vsque ad annum 2300. excluſiue.*

| Aur. num. | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xiii | xxiiii | v | xvi | xxviii | ix | xx | i | xii | xxiii | iiii | xv | xxvi | vii | xviii | xxix |

| 13 | 14 | 15 |
|---|---|---|
| x | xxi | ii |

Sed

Digitized by Google

Sed eædem hæ Epactæ facilius ex tabella cycli Epactarum perpetua extrahi possunt. Cum enim Aureus numerus 1. tribuatur cellulæ literæ M, maiusc. & Aureus numerus 2. sequenti cellulæ ad dexteram, vbi est litera i. & Aureus numerus 3. sequenti cellulæ ad dexteram, vbi est litera A, maiusc. Aureus numerus vero 4. sequenti adhuc cellulæ ad dexteram, in qua descripta est litera a, minusc. &c. vt dictum est, scribendæ erunt Epactę sub Aureis numeris huius tabellę temporarię, quemadmodum in tabella illa cycli Epactarum perpetua Aureis numeris respondent, vt in exemplo factum esse vides. Hinc facile apparet, qua ratione superiores tres tabellæ Epactarum temporariæ sint compositæ. Alias porro vias & quidem expeditas inueniendæ Epactæ cuiuslibet anni in libro Explicationis Calendarij Romani restituti reperies.

# Canon 3.

## DE CYCLO SOLARI, SIVE LITERARVM Dominicalium 28. annorum.

CYCLVS Solaris, seu literarum Dominicalium, est reuolutio numeri 28. annorum ab 1. vsque ad 28. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatē reditur, initiumq. sumit quilibet annus huius cycli à Ianuario, veluti de cyclo decennouennali Aurei numeri dictum est. Procreatur autem cyclus hic Solaris 28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. propterea quòd propter septem dies hebdomadæ septem sunt literæ Dominicales, & quouis quarto anno vnus dies intercalatur, ita vt tunc ordo ille septem literarum interrumpatur, recipianturque duæ literę Dominicales. Hoc cyclo litera Dominicalis cuiusque anni inuestigatur in perpetuum, vt ad finem sequentis canonis docebimus.

Vt igitur quolibet anno proposito numerus cycli Solaris reperiatur, composita est sequens tabella cuius vsus incipit ab anno correctionis 1582. duratq. in perpetuū. Ex qua numerus cycli Solaris quocunq. anno currens post annum 1582. inuestigabitur hoc modo.

*Tabella cycli Solaris initium sumens ab anno correctionis* 1582.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
| 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | | | | | | | | | | | | | | | | | | |

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est 23. secundus autem, qui est 24. sequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius numerum cycli Solaris quæris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotiescunque eam percurreris. Nam cellula, in quam cadit annus propositus, numerum cycli Solaris quæsitum indicabit.

Sed quoniam valde laboriosum est, ac molestum, tot annos in dicta tabella enumerare, eamque toties repetere, donec ad annum propositum perueniatur, præsertim vero, si annus propositus procul ab anno 1582. absit, construximus hanc aliam tabulam, ex qua sine magno labore cycli Solaris numerus quolibet anno tam ante, quàm post annum 1582. inuenietur hac ratione.

Quęratur annus propositus in tabula sub annis Domini, qui si descriptus in ea fuerit, numerus ad dexteram ipsius collocatus, additis prius 9. vt in vertice tabulæ præcipitur, & reiectis 28. post hanc additionem, si reijci possunt, erit numerus cycli Solaris, qui quæritur. Si vero annus propositus in tabula non continetur, accipiatur annus in tabula contentus proxime minor, vna cum numero cycli Solaris respondente: Deinde sumantur in eadem tabula anni, qui supersunt, vna cum numero cycli Solaris respondente, qui priori

nume-

Digitized by Google

numero cycli Solaris inuento addatur, reijcianturque à compoſito numero 28. ſi reijci poſſunt; & tandem addantur 9. Numerus enim compoſitus, reiectis prius 28. ſi poſſunt reijci, erit numerus cycli Solaris queſitus. Quod ſi neque anni, qui ſuperfuerunt, in tabula reperiantur, accipiendus erit rurſum annus proxime minor, vna cum numero cycli Solaris reſpondente, qui priori numero cycli Solaris inuento adijciendus eſt, & à compoſito numero reijcienda 28. ſi reijci poſſunt: Idemque faciendum erit cum reliquis annis, qui ſuperſunt, donec omnes in tabula inueneris: Et tandem vltimo numero cycli Solaris ex numeris cycli Solaris in tabula repertis confecto addenda 9. & à ſumma, quæ conflabitur, reiicienda 28. ſi reiici poſſunt. Conficietur enim hoc modo numerus cycli Solaris anni propoſiti. Quod ſi poſt additionem 9. numerus compoſitus fuerit 28. ita vt poſt detractionem 28. nihil remaneat, erit numerus cycli Solaris 28.

*Tabula ad numerum cycli Solaris cuiuslibet anni inueniendum.*

| An. Dñi | Cyclus Solaris. *Adde* 9 | Anni Domini | Cyclus Solaris. *Adde* 9 | Anni Domini | Cyclus Solaris. *Adde* 9 | Anni Domini | Cyclus Solaris. *Adde* 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 300 | 20 | 50000 | 20 | 7000000 | 0 |
| 2 | 2 | 400 | 8 | 60000 | 24 | 8000000 | 8 |
| 3 | 3 | 500 | 24 | 70000 | 0 | 9000000 | 16 |
| 4 | 4 | 600 | 12 | 80000 | 4 | 10000000 | 24 |
| 5 | 5 | 700 | 0 | 90000 | 8 | 20000000 | 20 |
| 6 | 6 | 800 | 16 | 100000 | 12 | 30000000 | 16 |
| 7 | 7 | 900 | 4 | 200000 | 24 | 40000000 | 12 |
| 8 | 8 | 1000 | 20 | 300000 | 8 | 50000000 | 8 |
| 9 | 9 | 2000 | 12 | 400000 | 20 | 60000000 | 4 |
| 10 | 10 | 3000 | 4 | 500000 | 4 | 70000000 | 0 |
| 20 | 20 | 4000 | 24 | 600000 | 16 | 80000000 | 24 |
| 30 | 2 | 5000 | 16 | 700000 | 0 | 90000000 | 20 |
| 40 | 12 | 6000 | 8 | 800000 | 12 | 100000000 | 16 |
| 50 | 22 | 7000 | 0 | 900000 | 24 | 200000000 | 4 |
| 60 | 4 | 8000 | 20 | 1000000 | 8 | 300000000 | 20 |
| 70 | 14 | 9000 | 12 | 2000000 | 16 | 400000000 | 8 |
| 80 | 24 | 10000 | 4 | 3000000 | 24 | 500000000 | 24 |
| 90 | 6 | 20000 | 8 | 4000000 | 4 | 600000000 | 12 |
| 100 | 16 | 30000 | 12 | 5000000 | 12 | 700000000 | 0 |
| 200 | 4 | 40000 | 16 | 6000000 | 20 | 800000000 | 16 |

Exemplis rem illuſtrabimus. Inueniendus ſit numerus cycli Solaris anno 1000. Quoniã hic annus in tabula reperitur, eiq. reſpondet numerus 20. ſi addantur 9. fiet numerus 29. à quo ſi reiiciantur 28. remanebit 1. pro numero cycli Solaris anno 1000. Rurſus inquirẽdus proponatur numerus cycli Solaris anno 1582. Quoniam hic annus in tabula non inuenitur, ſumendus eſt annus 1000. in tabula proxime minor, eiuſque numerus cycli Solaris 20. Deinde accipiendi in tabula anni reſidui 582. qui quoniam in ea non continentur, ſumendus iterum eſt annus 500. in tabula proxime minor, eiuſque numerus cycli Solaris 24. quo ad priorem numerum cycli Solaris 20. inuentum adiecto, conficietur numerus 44. à quo ſi detrahantur 28. remanebunt 16. Poſt hæc anni 82. qui ſuperſunt, accipiendi in tabula, ſed quia non reperiuntur, ſumendus eſt annus 80. in tabula proxime minor, eiuſque numerus cycli Solaris 24. quo adiecto ad numerum cycli Solaris 16. prius compoſitum, efficietur numerus 40. à quo ſi ſubtrahantur 28. relinquentur 12. Tandem accipiendi ſunt reliqui anni 2. in tabula, & numerus cycli Solaris 2. illis reſpondens: quo appoſito ad numerum cycli Solaris 12. proxime relictum, componetur numerus 14. Ad quem poſtremo ſi addantur 9. vt in vertice tabulæ iubetur, fiet numerus cycli Solaris 23. anni 1582. Deniq.



Digitized by Google

inueſtigandus ſit numerus cycli Solaris anno 7075. Accipio primum numerum cycli Solaris 0. è regione anni 7000. eumque addo numero cycli Solaris 14. è regione anni 70. reperto, efficioque numerum 14. Deinde huic numero 14. Adiungo numerum cycli Solaris 5. anno 5. reſpondentem, & procreo numerum 19. Cui tandem appono 9. efficioq. numerum cycli Solaris 28. pro anno 7075.

Adduntur autem ſemper 9. vltimo numero, quia Chriſtus anno decimo huius cycli Solaris natus eſt, fuitque anno Domini primo numerus cycli Solaris 10. & anno ſecundo numerus cycli Solaris 11. &c.

Compoſitio quoque huius tabulæ non differt à conſtructione tabulę pro Aureo numero inueniendo, niſi quòd hic reiicienda ſunt 28. non autem 19. vt ibi. Quocirca facile eam extendere poteris ad quotcunque annos volueris.

Cæterum ſine hac tabula facili admodum negotio per præcepta Arithmetices numerus cycli Solaris quolibet anno propoſito inuenietur hoc modo. Anno Domini propoſito addantur 9. & compoſitus numerus per 28. diuidatur. Numerus enim, qui ex diuiſione relinquitur, (nulla habita ratione quotientis numeri. Hic enim ſolum indicat, quot reuolutiones cycli Solaris à Chriſto vſque ad annum propoſitum peractæ ſint.) erit numerus cycli Solaris anni propoſiti. Et ſi ex diuiſione nihil remanet, erit numerus cycli Solaris 28. Vt ſi quæratur numerus cycli Solaris anno 1582. Addo 9. & compoſitum numerum 1591. diuido per 28. inuenioque ex diuiſione relinqui 23. Anno ergo 1582. numerus cycli Solaris erit 23. Rurſus ſi deſideretur numerus cycli Solaris anno 1587. Addo 9. & facio 1596. quem numerum partior per 28. reperioque nihil ſupereſſe. Anno igitur 1587. numerus cycli Solaris erit 28. Et ſic de cæteris.

# Canon 4.

## DE LITERA DOMINICALI.

QVONIAM tum propter decem dies ablatos ex menſe Octobri anni 1582. tum etiam propter tres Biſſextos quibuſque quadringentis annis omittendos, vt in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarij Romani, & in bulla correctionis anni à Gregorio xiii. Pontifice Max. ſancitum eſt, cyclus literarum Dominicalium quibuſque 28. annis in ſeipſum rediens, & ad hanc vſque diem ab Eccleſia Romana vſitatus interrumpatur neceſſe eſt, proponimus ſequentem tabellam literarum Dominicalium omnibus annis poſt Idus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius x. diebus.) vſui futuram vſque ad annum 1700. excluſiue.

*Tabella literarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis* 1582. *(detractis prius x. diebus) vſque ad annum* 1700. *excluſiue.*

| | | |

si vnica occurrerit, annus erit communis; si vero duplex, Bissextilis, & tunc superior litera Dominicã diem ostendet in Calendario à principio anni vsque ad festum S. Matthiæ Apostoli, inferior autem ab hoc festo vsque ad finem anni. Exempli gratia. Sit inuenienda litera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582. quem tribue primæ literæ c, vsque ad annum 1587. tribuendo singulis cellulis singulos annos (computãdo geminas literas quascunq. superiorem & inferiorem, pro vna cellula) cadetq. annus 1587. in literam d, quæ sextum locum in tabella occupat. Est ergo toto eo anno litera Dominicalis d, annusque communis est, cum litera simplex occurrat. Rursus sit inuestiganda litera Dominicalis anno 1616. Numera ab anno 1582. vt dictum est, vsque ad annum 1616. redeundo ad principium tabellæ, postquam eam percurreris, perueniesque ad duas hasce literas c, b, septimo loco positas. Est ergo annus ille Bissextilis, cum duplex litera occurrat, superiorque litera c, Dominicam diem indicabit à principio anni illius vsque ad festum S. Matthiæ, inferior autem b, in reliqua parte anni.

Verum vt in annis, qui parum ab anno 1700. distant, facilior reddatur numeratio, & ne sæpius ad principium tabellæ cogaris redire, componenda erit tabella quædam annorum hac arte. Ad annum 1582. à quo vsus tabellæ literarum Dominicalium incipit, addantur 28. & iterum 28. ad numerum compositum, & sic deinceps, ita tamen, vt vltimus annus minor sit anno 1700. ad quem vsus tabellæ literarum Dominicalium non peruenit. Itaque si annus, cuius litera Dominicalis quæritur, in hac tabella annorum continetur, erit prima litera tabellæ literarum Dominicalium Dominicalis eo anno. Si vero non continetur, sumendus est in tabella annorum annus proxime minor, & ab eo numerandum in supradicta tabella literarum Dominicalium, initio facto à prima cellula, vsq. ad annum propositum. Peruenietur enim hac numeratione ad literam Dominicalem, ita vt nunquam ad principium tabellæ redeundum sit. Vt si annus propositus sit 1638. qui in hac tabella reperitur, erit eo anno litera Dominicalis c, quæ prima est in tabella literarum Dominicalium. Si autem annus propositus sit 1647. qui in hac tabella non continetur, numerandum erit in tabella literarum Dominicalium ab anno 1638. proxime minori vsque ad datum annum 1647. tribuendo nimirum annum 1638. primæ cellulę, & sequentem annum 1639. secundæ cellulæ, &c. Cadet enim hoc modo annus propositus 1647. in decimam cellulam literæ f, quæ tertia est post Bissextum, & Dominicalis eo anno.

| *Anni a quibus tabella literarum Dominicalium incipit.* |
|---|
| 1582 |
| 1610 |
| 1638 |
| 1666 |
| 1694 |

Finito autem anno 1699. in cuius fine vsus superioris tabellæ literarum Dominicalium terminatur, assumenda est sequens tabella literarum Dominicalium, cuius vsus ab anno 1700. incipit, estque perpetua, si adiuncta tabula æquationis adhibeatur, hoc modo.

*Tabella literarum Dominicalium ab anno 1700. inclusiue perpetua, si quibusque 400. annis tres Bissexti omittantur.*

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I | | | | II | | | III | | | | | | | | | | | | | | |
| d | b | A | g | f | d | c | b | A | f | e | d | c | A | g | f | e | c | b | | | |
| c | | | | e | | | | g | | | | b | | | | d | | | | | |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | g | c | d | c | b | g | f | e |
| | f | | | | A | | | |



Digitized by Google

*Tabula æquationis supradictæ tabellæ literarum Dominicalium ab anno 1700. perpetua.*

| | Anni Dñi | | Anni Dñi | | Anni Dñi | | Anni Dñi |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I | 1700 | I | 5700 | I | 9700 | I | 13700 |
| II | 1800 | II | 5800 | II | 9800 | II | 13800 |
| III | 1900 | III | 5900 | III | 9900 | III | 13900 |
| I | 2100 | I | 6100 | I | 10100 | I | 14100 |
| II | 2200 | II | 6200 | II | 10200 | II | 14200 |
| III | 2300 | III | 6300 | III | 10300 | III | 14300 |
| I | 2500 | I | 6500 | I | 10500 | I | 14500 |
| II | 2600 | II | 6600 | II | 10600 | II | 14600 |
| III | 2700 | III | 6700 | III | 10700 | III | 14700 |
| I | 2900 | I | 6900 | I | 10900 | I | 14900 |
| II | 3000 | II | 7000 | II | 11000 | II | 15000 |
| III | 3100 | III | 7100 | III | 11100 | III | 15100 |
| I | 3300 | I | 7300 | I | 11300 | I | 15300 |
| II | 3400 | II | 7400 | II | 11400 | II | 15400 |
| III | 3500 | III | 7500 | III | 11500 | III | 15500 |
| I | 3700 | I | 7700 | I | 11700 | I | 15700 |
| II | 3800 | II | 7800 | II | 11800 | II | 15800 |
| III | 3900 | III | 7900 | III | 11900 | III | 15900 |
| I | 4100 | I | 8100 | I | 12100 | I | 16100 |
| II | 4200 | II | 8200 | II | 12200 | II | 16200 |
| III | 4300 | III | 8300 | III | 12300 | III | 16300 |
| I | 4500 | I | 8500 | I | 12500 | I | 16500 |
| II | 4600 | II | 8600 | II | 12600 | II | 16600 |
| III | 4700 | III | 8700 | III | 12700 | III | 16700 |
| I | 4900 | I | 8900 | I | 12900 | I | 16900 |
| II | 5000 | II | 9000 | II | 13000 | II | 17000 |
| III | 5100 | III | 9100 | III | 13100 | III | 17100 |
| I | 5300 | I | 9300 | I | 13300 | I | 17300 |
| II | 5400 | II | 9400 | II | 13400 | II | 17400 |
| III | 5500 | III | 9500 | III | 13500 | III | 17500 |

Inuenturus literam Dominicalem cuiuslibet anni, qui non minor sit anno 1700. Vide in tabula æquationis, qui numerus ex antiquis Romanorum notis ad sinistram anni propositi, vel (si is in tabula descriptus non est) anni proxime minoris reperitur, eumq. in tabella literarum Dominicalium perpetua nota. Si enim cellulæ huius numeri antiqui Romani tribuas annum in tabula æquationis acceptum, sequentem vero annum sequenti cellulę, & ita deinceps, donec ad annum propositum perueneris, redeundo ad principium tabellæ, si opus fuerit, incides in cellulam literæ Dominicalis, quam quæris. Quæ si fuerit simplex, annus propositus communis erit, si vero duplex, bissextilis: exceptis annis illis centesimis, in quibus dies intercalaris omittitur, quales sunt omnes illi, & soli, qui in æquationis tabula expressi sunt. In his enim quoniam communes sunt, ex duabus literis inuentis inferior duntaxat assumenda est, relicta superiore, quia hæc in anno præcedenti vsum habuit. In alijs centesimis Bissextilibus, cuiusmodi sunt omnes illi, qui in tabula æquationis notati non sunt, vtraque litera inuenta est accipienda, quemadmodum in alijs annis Bissextilibus.

Exęmplũ. Anno 1710. respondet in tabula æquationis hic numerus antiquus I. quia cum dictus annus in tabula non contineatur, accipiendus est annus 1700. proxime minor, cui respondet numerus I. Igitur si ab anno 1700. in tabula inuento fiat numeratio in tabella literarum Dominicalium perpetua per cellulas, vsque ad annum propositum 1710. initio facto

Digitized by Google

facto à prima cellula, ſupra quam nimirum ponitur idem numerus antiquus I. qui in æquationis tabula repertus eſt, reperietur litera Dominicalis e, ſecunda poſt Biſſextum, eritque annus 1710. communis, & ſecundus poſt Biſſextum. Rurſus anno 1912. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus III. Numerando igitur ab anno 1900. in tabula reperto in tabella literarum Dominicalium per cellulas, initio ſumpto à nona cellula, ſupra quam nimirum poſitus eſt antiquus numerus III. vſque ad annum 1912. inueniemus duas literas Dominicales g, f, eritque annus ille Biſſextilis. Præterea anno 1800. in tabula æquationis reſpondet antiquus numerus II. cui in tabella literarum Dominicalium reſpondent duę litteræ f, e, quarum inferior e, ſolum illi anno deſeruiet: quoniam annus eſt communis, & ſuperior litera f, fuit Dominicalis anno præcedente 1799. Poſtremo, anno 3600. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus III. prope annum 3500. proxime minorem. Si igitur ab anno 3500. in tabella literarum Dominicalium numerentur cellulæ, ſumpto initio à nona cellula huius numeri III. inuenientur duæ hæ literæ b, A, quarum vtraque accipienda eſt, quia annus ille centeſimus Biſſextilis eſt, cum in tabula æquationis non contineatur.

Hic autem vtendum erit quoque artificio ſupra deſcripto, vt numeratio facilior reddatur. Nempe conſtruenda erit tabella annorum, quę per continuam additionem 28. ad annum in tabula æquationis inuentum progrediatur. Vt in proximo exemplo ad annum 3500. deinde ad compoſitum numerum 3528. &c. ita tamen, vt vltimus numerus compoſitus minor ſit, quam 3700. Hoc enim anno alius numerus antiquus accipiendus erit in tabella literarum Dominicalium, vt ex tabula æquationis conſtat. Hac tabella annorum compoſita, ſtatim ſciemus, à quo anno inchoanda ſit numeratio in tabella literarum Dominicalium. Hac ratione, vt in proximo exemplo perſiſtamus, ſub numero antiquo III. numerationem auſpicabimur ab anno 3584. qui proxime minor eſt in tabella annorum, quam propoſitus annus 3600. qui cadet in cellulam duarum literarum b, A, vt prius.

| |
|---|
| 3500 |
| 3528 |
| 3556 |
| 3584 |
| 3612 |
| 3640 |
| 3668 |
| 3696 |

Immo eadem hæc tabella cuilibet centeſimo tabulæ æquationis adaptari poterit, ſi loco centeſimi 3500. accipiatur quilibet alius centeſimus: & in quouis centeſimo iuxta numerum I, vel II, numeratio incipiat ab ipſomet centeſimo, deinde à 28. 56. 84. poſt eum centeſimum: In quolibet vero centeſimo iuxta numerum III. ab ipſo quoque centeſimo, deinde à 28. 56. 84. poſt eum centeſimum, & à 12. 40. 68. 96. poſt proxime inſequentem centeſimum. quemadmodum in propoſita tabella incipienda eſt numeratio ab ipſo centeſimo 3500. iuxta numerum III. in tabula æquationis poſito, deinde à 28. 56. 84. poſt 3500. & à 12. 40. 68. 96. poſt 3600. qui centeſimum 3500. proxime inſequitur.

Facillima porro eſt conſtructio tabulæ æquationis. Progreditur enim per omnes annos centeſimos, qui Biſſextiles non ſunt, omiſſis centeſimis Biſſextilibus; quia in illis ordo literarum Dominicalium interrumpitur, in his vero non. Itaque poſt ternos quoſque centeſimos vnus annus centeſimus relinquitur in tabula, cum ille ſit Biſſextilis. Deinde, vt vides, numeri antiqui I. II. III. ordine repetuntur.

Ex his non difficile erit cuilibet, ex noſtra tabella perpetua decerpere tabellam particularem ſuo tempori deſeruientem. Si enim tabella 28. literarum Dominicalium componatur, principio ſumpto à cellula illius numeri antiqui, qui in tabula æquationis cuilibet anno centeſimo reſpondet, confecta erit tabella deſeruiens ab eo anno centeſimo vſque ad annum centeſimum, qui in tabula æquationis ſequitur, excluſiue: ita tamen, vt ex primis duabus literis anno illi centeſimo, à quo vſus tabellæ incipit, reſpondentibus inferior aſſumatur, relicta ſuperiori. Hac arte conſtructa eſt ſequens tabella, cuius vſus incipit ab anno 1800. duratque vſque ad finem anni 1899. hac lege, vt anno 1800. litera Dominicalis ſit e, inferior primarum duarum F, e, ſequenti deinde anno 1801. litera Dominicalis ſit d, &c.



Digitized by Google

*Tabella literarum Dominicalium ab anno 1800. vsque ad annum 1900. exclusiue.*

| f | d | c | b | A | f | e | d | c | A | g | f | e | c | b | A | g | e | d |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| e | | | | g | | | | b | | | | d | | | | f | | |

| c | b | g | f | e | d | b | A | g |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | A | | | | c | | | |

Expedite quoque eandem literam Dominicalem cuiusque anni perpetuo inueniemus tam ante correctionis annum, quàm post, ex antiquo cyclo Solari, seu literarum Dominicalium 28. annorum, quo ad hanc vsque diem Ecclesia vsa est. Hic autem, vna cum tabula Aequationis, quæ per omnes annos centesimos progreditur, ita vt quartus quisque centesimus sit Bissextilis, & tunc idem numerus antiquus repetatur, ita se habet.

*Cyclus Solaris, seu literarum Dominicalium antiquus 28. annorum perpetuus.*

| V | | | VII | | | II | | | IIII | | | VI | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| g | e | d | c | b | g | f | e | d | b | A | g | f | d | c | b | A | f | e |
| f | | | | A | | | | c | | | | e | | | | g | | |

| | I | | | III | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| d | c | A | g | f | e | c | b | A |
| | b | | | | d | | | |

*Tabula æquationis Cycli Solaris antiqui.*

| | Anni Domini | | | Anni Domini | | | Anni Domini | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| V | 1 | | VI | 3100 | | VI | 5000 | |
| V | 1582 | | VI | 3200 | Biss. | VII | 5100 | |
| | Detractis x. diebus. | | VII | 3300 | | VII | 5200 | Biss. |
| I | 1582 | | I | 3400 | | I | 5300 | |
| I | 1600 | Biss. | II | 3500 | | II | 5400 | |
| II | 1700 | | II | 3600 | Biss. | III | 5500 | |
| III | 1800 | | III | 3700 | | III | 5600 | Biss. |
| IIII | 1900 | | IIII | 3800 | | IIII | 5700 | |
| IIII | 2000 | Biss. | V | 3900 | | V | 5800 | |
| V | 2100 | | V | 4000 | Biss. | VI | 5900 | |
| VI | 2200 | | VI | 4100 | | VI | 6000 | Biss. |
| VII | 2300 | | VII | 4200 | | VII | 6100 | |
| VII | 2400 | Biss. | I | 4300 | | I | 6200 | |
| I | 2500 | | I | 4400 | Biss. | II | 6300 | |
| II | 2600 | | II | 4500 | | II | 6400 | Biss. |
| III | 2700 | | III | 4600 | | III | 6500 | |
| III | 2800 | Biss. | IIII | 4700 | | IIII | 6600 | |
| IIII | 2900 | | IIII | 4800 | Biss. | V | 6700 | |
| V | 3000 | | V | 4900 | | V | 6800 | Biss. |

Inuen-

Digitized by Google

Inuenturus ergo literam Dominicalem quocunque anno dato; Vide in tabula æquationis, qui numerus antiquus ad ſiniſtram anni propoſiti, vel (ſi is in tabula non eſt deſcriptus) anni proxime minoris reperitur, eumque in cyclo Solari nota. Ab hoc enim incluſiue ſi numeres tot cellulas literarum Dominicalium, dextrorſum procedendo, & iterum, ſi opus fuerit, à principio cycli incipiendo, quot Vnitates in numero cycli Solaris currente (quem ex canone 3. inuenies) continentur, incides in cellulam literæ Dominicalis, quam quæris. Quæ ſi fuerit ſimplex, annus propoſitus communis erit ſi vero duplex, Biſſextilis: exceptis illis annis centeſimis, in quibus intercalaris dies omittitur, cuiuſmodi ſunt omnes illi, ac ſoli, quibus in tabula æquationis ſyllaba [ Biſſ. ] appoſita non eſt. In his enim quoniã communes ſunt, inferior litera ex duabus inuentis aſſumenda eſt, relicta ſuperiori, quoniam hæc in præcedenti anno fuit Dominicalis. In centeſimis alijs Biſſextilibus, quales ſunt omnes illi, quibus ſyllaba [ Biſſ. ] adiuncta eſt, vtraque litera eſt accipienda, quemadmodum in alijs annis biſſextilibus.

Exemplum. Anno 1699. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus. I. prope numerum 1600. proxime minorem. Cum ergo anno 1699. numerus cycli Solaris ſit 28. numerandæ erunt 28. cellulæ literarum Dominicalium, initio facto ab ea, ſupra quam numerus hic I. poſitus eſt, vſque ad d, quæ erit litera Dominicalis eo anno, tertia poſt biſſextum. Rurſus anno 1700. reſpondet in æquationis tabula numerus antiquus II. eſtque numerus cycli Solaris 1. In prima ergo cellula literarum Dominicalium ſub numero antiquo II. ex duabus literis d, c, inferior erit litera Dominicalis illius anni, quia communis eſt; & ſuperior litera d, fuit Dominicalis in præcedenti anno 1699. vt in proximo exemplo patuit. Poſtremo, anno 2000. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus IIII. numerus autem cycli Solaris tunc eſt 21. Quare ſi numerentur 21. cellulæ literarum Dominicalium, initio facto à cellula huius numeri antiqui IIII. inuenientur duæ hæ literę b, A. quæ ambæ Dominicales erunt eo anno, cum biſſextilis ſit. Sed prior ratio expeditior eſt, cum Solari cyclo non egeat.

## Canon 5.

### DE INDICTIONE.

INDICTIO eſt reuolutio 15. annorum ab 1. vſque ad 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem, initiumque ſumit quilibet annus huius cycli à Ianuario in bullis Pontificijs, ſicut de cyclo decennouennali Aurei numeri ſcripſimus. Et quoniam Indictionis frequens vſus eſt in Diplomatibus, & ſcripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno propoſito inueniemus ex ſequenti tabella, cuius vſus perpetuus eſt, initium tamen ſumit ab anno correctionis 1582.

*Tabella Indictionis ab anno correctionis* 1582.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |

Nam ſi anno 1582. tribuas primum numerum, qui eſt 10. & ſequenti anno 1583. ſecundum numerum, qui eſt 11. & ſic deinceps vſque ad annum propoſitum, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcunque eam percurreris, cadet annus propoſitus in Indictionem, quæ quęritur.

Quoniam vero moleſtum eſt, ac laborioſum, tot annos in dicta tabella percenſere, redeundo ſępius ad eius principium, quouſque anni propoſiti Indictio reperiatur, præſertim ſi annus propoſitus longe ab anno 1582. abſit; confecimus hanc aliam tabulam, ex qua ſine magno labore Indictio cuiuſuis anni tam ante annum 1582. quàm poſt, inuenietur hoc modo.

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula ad Indictionem cuiuslibet anni inueniendam.*

| An. Dñi | Indictio Adde 3 | Anni Domini | Indictio Adde 3 | Anni Domini | Indictio Adde 3 | Anni Domini | Indictio Adde 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 300 | 0 | 50000 | 5 | 7000000 | 10 |
| 2 | 2 | 400 | 10 | 60000 | 0 | 8000000 | 5 |
| 3 | 3 | 500 | 5 | 70000 | 10 | 9000000 | 0 |
| 4 | 4 | 600 | 0 | 80000 | 5 | 10000000 | 10 |
| 5 | 5 | 700 | 10 | 90000 | 0 | 20000000 | 5 |
| 6 | 6 | 800 | 5 | 100000 | 10 | 30000000 | 0 |
| 7 | 7 | 900 | 0 | 200000 | 5 | 40000000 | 10 |
| 8 | 8 | 1000 | 10 | 300000 | 0 | 50000000 | 5 |
| 9 | 9 | 2000 | 5 | 400000 | 10 | 60000000 | 0 |
| 10 | 10 | 3000 | 0 | 500000 | 5 | 70000000 | 10 |
| 20 | 5 | 4000 | 10 | 600000 | 0 | 80000000 | 5 |
| 30 | 0 | 5000 | 5 | 700000 | 10 | 90000000 | 0 |
| 40 | 10 | 6000 | 0 | 800000 | 5 | 100000000 | 10 |
| 50 | 5 | 7000 | 10 | 900000 | 0 | 200000000 | 5 |
| 60 | 0 | 8000 | 5 | 1000000 | 10 | 300000000 | 0 |
| 70 | 10 | 9000 | 0 | 2000000 | 5 | 400000000 | 10 |
| 80 | 5 | 10000 | 10 | 3000000 | 0 | 500000000 | 5 |
| 90 | 0 | 20000 | 5 | 4000000 | 10 | 600000000 | 0 |
| 100 | 10 | 30000 | 0 | 5000000 | 5 | 700000000 | 10 |
| 200 | 5 | 40000 | 10 | 6000000 | 0 | 800000000 | 5 |

Quære annum propositum in ascripta tabula, vel proxime minorem, si is in tabula non reperitur: Deinde residuos annos, vna cum Indictionibus ad dexteram annorum collocatis. Si enim has omnes Indictiones in vnam summam collegeris eo ordine, vt in canone tam Aurei numeri, quàm cycli Solaris docuimus, & tandem addideris 3. reiectis tamen semper 15. quoties possunt reijci, habebis Indictionem anni propositi. Quod si vltima summa post additionem 3. fuerit 15. ita vt abiectis 15. nihil relinquatur, erit Indictio 15. Id quod vno aut altero exemplo faciemus perspicuum. Anno 2000. respondet in tabula Indictio 5. cui si addantur 3. fiet Indictio 8. anni 2000. Item vt anno 1582. reperiatur Indictio, accipiendus est annus 1000. proxime minor, vnà cum Indictione 10. deinde ex reliquis annis 582. annus 500. proxime minor, vna cum Indictione 5. qua ad priorem 10. adiecta, efficietur nnmerus 15. à quo si abijciantur 15. nihil supereſt. Post hęc ex residuis annis 82. sumendus est in tabula annus 80. proxime minor, vna cum Indictione 5. quę addita Indictioni 0. quæ proxime relicta fuerat, faciet numerum 5. cui si adiungatur Indictio 2. respondens residuis 2. annis, fiet numerus 7. Huic tandem si addantur 3. componetur Indictio 10. pro anno 1582. Postremo Indictio anni 3040. ita inuenietur. Indictio 0. respondens anno 3000. proxime minori addatur Indictioni 10. quæ residuis annis 40. respondet, habebiturque numerus 10. Cui si addantur 3. fiet Indictio 13. anni 3040.

Adduntur autem semper 3. vltimo numero, quia Christus natus est anno quarto cycli Indictionis, fuitque anno Domini primo Indictio 4. & anno secundo Indictio 5. &c.

Compositio quoque huius tabulæ eadem est, quæ tabulæ ad Aureum numerum, & numerum cycli Solaris inueniendum; nisi quod hic reijcienda sunt semper 15. si fieri potest, non autem 19. vel 28. vt ibi.

Verum absque hac tabula perfacilis quoque est inuentio Indictionis cuiuslibet anni per præcepta Arithmetices hoc pacto. Anno Domini proposito addantur 3. & compositus numerus per 15. diuidatur. Numerus enim ex diuisione relictus (nulla habita ratione quotientis numeri, cum hic solum demonstret, quot reuolutiones cycli Indictionis à Christo

vsque

Digitized by Google

vsque ad annum datum transierint.) erit Indictio quæsita. Vt anno 1582. addo 3. fiuntque 1585. quæ partior per 15. remanentque ex diuisione 10. pro Indictione anni 1582. Item anno 1587. addo 3. efficiturque numerus 1590. quem diuido per 15. nihilque supereſt. Eſt ergo tunc Indictio 15.

---

# Canon 6.

## DE FESTIS MOBILIBVS.

QVONIAM ex decreto Sacri Concilij Niceni Paſcha, ex quo reliqua feſta mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime ſuccedit xiiij. Lunæ primi menſis; (is vero apud Hebreos vocatur primus menſis, cuius xiiij. Luna vel cadit in diem Verni æquinoctij, quod die xxi. menſis Martij contingit, vel propius ipſum ſequitur) efficitur, vt ſi Epacta cuiuſuis anni inueniatur ex Canone 2. & ab ea in Calendario notata inter diem octauum Martij incluſiue, & quintum Aprilis incluſiue (Huius enim Epactæ xiiij. Luna cadit vel in diem æquinoctij Verni, id eſt, in diem xxj. Martij, vel eum propius ſequitur) numerentur incluſiue deorſum verſus dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc xiiij. ſequens (ne cum Iudæis conueniamus, ſi forte dies xiiij. Lunæ caderet in diem Dominicum) ſit dies Paſchæ.

Exemplum. Anno 1583. iam emendato Epacta eſt vij. & litera dominicalis b. Quæro igitur hanc Epactam vij. in Calendario inter octauum diem Martij, & quintum Aprilis incluſiue, inuenioque eam e regione diei 24. Martij, à qua incluſiue deorſum verſus numero xiiij. dies, vt habeam xiiij. Lunam, quam video cadere in diem 6. Aprilis, poſt quem diem prima litera Dominicalis b. reperitur è regione diei 10. eiuſdem Aprilis. Paſcha ergo anno 1583. celebrandum erit die 10. Aprilis. Rurſus anno 1585. Epacta eſt xxix. & litera Dominicalis f. Et quoniam inuenio Epactam xxix. inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis incluſiue poſitam eſſe è regione diei 1. Aprilis, à quo incluſiue ſi deorſum verſus numerem 14. dies, inuenio xiiij. Lunam die 14. Aprilis, quæ eſt Dominica, cum è regione illius ſit litera Dominicalis f. Ne igitur cum Iudæis conueniamus, qui Paſcha celebrant die xiiij. Lunæ, ſumenda eſt litera Dominicalis f, quæ ſequitur xiiij. Lunam, nempe ea, quæ è regione diei 21. Aprilis collocatur; atq. adeo Paſcha eo anno celebrãdum erit die 21. Aprilis. Item anno 1592. Epacta eſt xvj. & duplex litera Dominicalis e, d, cum annus ille ſit Biſſextilis. Si igitur ab Epacta xvj. quæ è regione diei 15. Martij ponitur inter diem 8. Martij & 5. Aprilis incluſiue, numerentur incluſiue dies 14. cadet xiiij. Luna in diem 28. Martij. Et quia tunc currit poſterior litera Dominicalis, nempe d, quę poſt diem 28. Martij, id eſt, poſt xiiij. Lunam collocata eſt, è regione diei 29. Martij, celebrabitur eo anno Paſcha die 29. Martij.

Inuento autem die Paſchæ, facile alia feſta mobilia inuenientur. Si enim ante diem Paſchæ numerentur ſex Dominicę in Calendario, habebitur prima Dominica Quadrageſimæ, & proxime præcedens feria quarta erit prima dies Quadrageſimæ, hoc eſt, dies Cinerum; quam proxime præcedit Dominica Quinquageſimæ, & ante hanc celebrabitur Dominica Sexageſimę quam Dominica Septuageſimæ pręcedit. Si vero poſt Dominicam Paſchæ in Calendario numerentur quinque Dominicæ, ſequentur quintam Dominicam ſtatim Rogationes, & proxime ſequens feria quinta erit Aſcenſio Domini: Septima autem Dominica poſt Paſcha erit dies Pentecoſtes, cui ſtatim ſuccedit Dominica Trinitatis, & feria quinta proxima celebrabitur feſtum Corporis Domini. Hac ratione anno 1592. cum Paſcha celebretur die 29. Martij, celebrabitur prima Dominica Quadrageſimæ die 16. Februarij, currente tunc litera Dominicali e: Dies autem Cinerum erit 12. Febr. & Dominica Septuageſimę cadet in diem 26. Ianuarij. Rogationes autem erunt die 4. Maij, & Aſcenſio Domini die 7. Maij: Dominica vero Pentecoſtes die 17. Maij: & feſtum Trinitatis die 24. Maij; feſtum denique Corporis Domini die 28. Maij celebrabitur. Numerus vero Dominicarum inter Pentecoſtes, & Aduentum hac ratione inuenietur: Supputentur ante Natiuitatem Domini quatuor Dominicæ. Quarta enim Dominica ante Domini Natiuitatem eſt prima Dominica Aduentus. Quapropter ſi numerentur omnes Dominicæ poſt

Pente-

Digitized by Google

Pentecoſten vſque ad primam Dominicam Aduentus Domini excluſiue, habebitur numerus Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum Domini: quem tamen numerum breuius docebimus inueſtigare paulo infra.

Cæterum vt facilius omnia feſta mobilia inueniantut, compoſitę ſunt duę ſequentes tabulæ Paſchales, vna antiqua, & noua altera. Ex antiqua ita feſta mobilia reperientur. In latere ſiniſtro tabulę accipiatur Epacta currens, & in linea literarum Dominicalium ſumatur litera Dominicalis currens, infra tamen Epactam currentem, ita vt ſi litera Dominicalis currens reperiatur è regionę Epactę currẽtis, aſſumenda ſit eadem litera Dominicalis proxime inferior. Nam è regione huius literæ Dominicalis omnia feſta mobilia continentur. Vt in eiſdem exemplis; Anno 1583. Epacta eſt vij. & litera Dominicalis b. Si igitur in tabula antiqua ſumatur litera Dominicalis b, quæ primo loco infra Epactã vij. occurrit, reperietur è regione huius literæ Dominica Septuageſimę die 6. Febr. dies Cinerum 23. Febr. dies Paſchæ 10. Aprilis; Aſcenſio Domini 19. Maij; Dies Pentecoſtes 29. Maij. & feſtum Corporis Domini 9. Iunij. Dominicæ autem inter Pentecoſten, & Aduentum tunc erunt 25. & Aduentus celebrabitur die 27. Nouembris, & ſic de cæteris. Item anno 1585. Epacta eſt xxix. & litera Dominicalis f, quę in tabula reperitur è regione Epactæ xxix. Quare ſumenda eſt alia litera f, quæ proxime infra Epactam inuenitur, è regione cuius inuenies Septuageſimam die 17. Februarij. diem Cinerum 6. Martij, & Paſcha die 21. Aprilis, &c.

Notandum autem eſt, quod quemadmodum in anno communi, cadente litera Dominicali è regione Epactæ in tabula antiqua, ſumitur eadem litera proxima infra Epactam, vt diximus: ita quoque in anno Biſſextili, ſi alterutra duarum literarum Dominicalium tunc currentium è regione Epactæ reperiatur, aſſumendæ ſunt aliæ duæ ſimiles literæ proxime inferiores, vt feſta mobilia inueniantur.

Ex tabula vero Paſchali noua ita eadẽ feſta mobilia reperientur. In cellula literæ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam è directo omnia feſta mobilia deprehendentur. Vt anno 1585. in cellula literæ Dominicalis f, tunc currentis è regione Epactæ xxix. quæ eodem anno currit, habetur Septuageſima die 17. Februarij. dies Cinerum 6. Martij, & Paſcha die 21. Aprilis, &c.

Sed ſiue antiqua, ſiue noua tabula paſchali vtamur, inuenienda ſunt omnia feſta mobilia in annis Biſſextilibus per literam Dominicalem poſteriorem, quæ nimirum currit poſt feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, ne ſcilicet ambigamus, vtra duarum literarum pro hoc, aut illo feſto indagando accipienda ſit: ita tamen, vt Septuageſimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, quæ in Calendario poſteriorem ſemper ſequitur: Poſt feſtum autem S. Matthiæ in Februario licet poſterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarii dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quod ſi dies Cinerũ cadat in Martium, nihil addendum eſt, quia tunc & litera poſterior currit, & dies menſis propriis numeris reſpondent, cũ dies intercalaris Februario ſit additus. Immo niſi per poſteriorem literam inueſtigarentur, non inueniretur recte Septuageſima in anno biſſextili, currente Epacta xxiiii. vel xxv. & litera Dominicali d, c, vt in ſecundo ac tertio exemplo perſpicuum fiet pro annis 4088. 3784. Exempli gratia. Anno 2096. Biſſextili Epacta erit v. & literæ Dominicales A, g. Si igitur per poſteriorem literam, quæ eſt g, feſta mobilia inueſtigentur, reperietur Septuageſima die 11. Febr. & dies Cinerum 28. Febr. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuageſima in diẽ 12. Febr. quæ eſt Dominica, & dies Cinerum in diem 29. Febr. quæ eſt feria quarta. Paſcha autem, & reliqua feſta in eos dies cadent, qui in tabula expreſſi ſunt. Item Anno 4088. Biſſextili Epacta erit xxiiij. & literæ Dominicales d, c. Si igitur per literam c, quæ poſterior eſt, inquirantur feſta mobilia, inuenietur Septuageſima die 21. Febr. & ſi addatur vnus dies, cadet in diem 22. Febr. quæ eſt Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur, &c.

Rurſus anno 3784. Biſſextili Epacta erit xxv. & literæ Dominicales d, c. Ergo iterum per poſteriorem c, reperietur Septuageſima die 21. Febr. hoc eſt, addita 1. die 22. Quod ſi per priorem literam d, in vtroque horum duorum annorum agendum eſſet, nihil efficeretur, cum infra Epactas xxiiij. xxv. litera d, indicet Septuageſimam die 15. Febr. quod falſum eſſet, cum eo anno poſterior litera c, Paſcha offerat die 25. Apr. ac proinde Septuageſima die 22. Febr. celebranda ſit, vt liquidò conſtat, ſi à die Paſchæ Dominicæ retrò numerentur vſque ad Septuageſimam.

Aduentus

Digitized by Google

Aduentus Domini celebratur ſemper die Dominico, qui propinquior eſt feſto S. Andreæ Apoſtoli, nempe à die 27. Nouembris vſque ad diem 3. Decembris incluſiue: ita vt litera Dominicalis currens, quæ reperitur in Calendario à die 27. Nouembris incluſiue, vſque ad diem 3. Decembris incluſiuè indicet Dominicam Aduentus. Vt verbi gratia, ſi litera Dominicalis eſt g, Dominica Aduentus cadet in diem ſecundum Decembris; quia ibi eſt litera g, in Calendario, & cæt.

Numerus quoque Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum Domini ita breuiſſime inueſtigabitur. Vide quot Dominicæ ſint poſt Paſcha vſque ad feſtum S. Georgij incluſiue, quod cadit in diem 23. Aprilis. Nam tot Dominicæ addendæ ſunt ad 24. vt habeatur numerus Dominicarũ inter Pentecoſten, & Aduentũ Domini. Vt quoniam, quando Paſcha celebratur die 26. Martij, ſequuntur quatuor Dominicæ vſq. ad feſtũ S. Georgij incluſiue, quod etiam tunc cadit in diem Dominicum, erunt 28. Dominicæ inter Pentecoſten, & Aduentum Domini. Item quia quando Paſcha cadit in diem 3. Aprilis, ſequuntur duæ Dominicæ vſque ad feſtum S. Georgij incluſiue, erunt 26. Dominicæ inter Pentecoſten, & Aduentum Domini. Quod ſi nulla Dominica ſequatur diem Paſchæ vſque ad dictum feſtum incluſiue, vel ipſe dies Paſchæ cadat in illud feſtum, erunt 24. Dominicæ: ſi denique Paſcha celebretur poſt idem feſtum, erunt tantum 23. Dominicæ inter Pentecoſten, & Aduentum Domini.

Ex his omnibus facile intelligi poteſt, qua ratione vtraque tabula Paſchalis cõpoſita ſit.

Vtrique tabulæ Paſchali generali præpoſita eſt tabula temporaria multorum annorum, è regione quorum omnia feſta mobilia dicto citius inueniuntur. quæ quidem tabula ex tabulis paſchalibus excerpta eſt, ex quibus infinitæ aliæ erui poſſunt pro quibuſcunque annis.

In priori porro tabula Paſchali antiqua reformata Epactis ad ſiniſtram præpoſuimus aureos numeros eodem ordine, quo ante annum emendatum collocari ſolebant, vt ex ijs feſta mobilia inuenirentur. Hoc autem idcirco à nobis factum eſt, vt Paſcha, cæteraque feſta mobilia à concilio Niçeno vſque ad annum 1582. correctionis, quilibet indagare poſſit, quando id libuerit vel res poſtulauerit. Eodem autẽ prorſus artificio ex aureis numeris ita diſtributis feſta mobilia eruuntur, quo ex Epactis. Sit n. explorandum exempli cauſa, quando feſta hæc celebrata fuere anno 1450. Quoniam eo anno aureus numerus fuit 7. & litera Dominicalis d, ſi aureus numerus 7. in ſiniſtro latere accipiatur, & prima litera d, infra eum occurrens, reperietur è regione huius literę d, Septuageſima die 1. Februarij; Dies Cinerum die 18. Febr. Paſcha die 5. Apr. Aſcenſio Domini die 14. Maij; Pentecoſte die 24. Maii; Corpus Chriſti die 4. Iunii; Dominicæ poſt Pentecoſten 26. & denique prima Dominica Aduentus die 26. Nouembris. & ſic de cæteris.



Digitized by Google

# Tabella temporaria Festorum Mobilium.

| Anni Dñi. | Lit. Domi. | Au. Nu. | Epactæ. | Septuagesima | Cineres. | Pascha. | Ascensio. | Pentecostes. | Corpus Christi. | Dominicæ post Pentec. | Prima Dñica Aduent. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1582 | c | 6 | xxvi | | | | | | | 23 | 28 Nou. |
| 1583 | b | 7 | vii | 6. Feb. | 23. Fe. | 10. Apr. | 19. Maij | 29 Maij | 9 Iunii | 25 | 27 Nou. |
| 1584 | Ag | 8 | xviii | 29. Ia. | 15. Fe. | 1. Apr. | 10. Maij | 20 Maij | 31 Maii | 27 | 2 Dec. |
| 1585 | f | 9 | xxix | 17. Fe. | 6. Mar. | 21. Apr. | 30. Maij | 9 Iunii | 20 Iunii | 24 | 1 Dec. |
| 1586 | e | 10 | x | 2. Feb. | 19. Fe. | 6. Apr. | 15. Maij | 25 Maii | 5 Iunii | 26 | 30 Nou. |
| 1587 | d | 11 | xxi | 25. Ia. | 11. Fe. | 29. Mar. | 7. Maij | 17 Maii | 28 Maii | 27 | 29 Nou. |
| 1588 | cb | 12 | ii | 14. Fe. | 2. Mar. | 17. Apr. | 26. Maij | 5 Iunii | 16 Iunii | 24 | 27 Nou. |
| 1589 | A | 13 | xiii | 29. Ia. | 15. Fe. | 2. Apr. | 11. Maij | 21 Maii | 1 Iunii | 27 | 3 Dec. |
| 1590 | g | 14 | xxiiii | 18. Fe. | 7. Mar. | 22. Apr. | 31. Maij | 10 Iunii | 21 Iunii | 24 | 2 Dec. |
| 1591 | f | 15 | v | 10. Fe. | 27. Fe. | 14. Apr. | 23. Maij | 2 Iunii | 13 Iunii | 25 | 1 Dec. |
| 1592 | ed | 16 | xvi | 26. Ia. | 12. Fe. | 29. Mar. | 7. Maij | 17 Maii | 28 Maii | 27 | 29 Nou. |
| 1593 | c | 17 | xxvii | 14. Fe. | 3. Mar. | 18. Apr. | 27. Maij | 6 Iunii | 17 Iunii | 24 | 28 Nou. |
| 1594 | b | 18 | viii | 6. Feb. | 23. Fe. | 10. Apr. | 19. Maij | 29 Maii | 9 Iunii | 25 | 27 Nou. |
| 1595 | A | 19 | xix | 22. Ia. | 8. Feb. | 26. Mar. | 4. Maij | 14 Maii | 25 Maii | 28 | 3 Dec. |
| 1596 | gf | 1 | i | 11. Fe. | 28. Fe. | 14. Apr. | 23. Maij | 2 Iunii | 13 Iunii | 25 | 1 Dec. |
| 1597 | e | 2 | xii | 2. Feb. | 19. Fe. | 6. Apr. | 15. Maij | 25 Iunii | 5 Iunii | 26 | 30 Nou. |
| 1598 | d | 3 | xxiii | 18. Ia. | 4. Feb. | 22. Mar. | 30 Apr. | 10 Maii | 21 Maii | 28 | 29 Nou. |
| 1599 | c | 4 | iiii | 7. Feb. | 24. Fe. | 11. Apr. | 20 Maij | 30 Maii | 10 Iunii | 25 | 28 Nou. |
| 1600 | bA | 5 | xv | 30. Ia. | 16. Fe. | 2. Apr. | 11 Maij | 21 Maii | 1 Iunii | 27 | 3 Dec. |
| 1601 | g | 6 | xxvi | 18. Fe. | 7. Mar. | 22. Apr. | 31 Maij | 10 Iunii | 21 Iunii | 24 | 2 Dec. |
| 1602 | f | 7 | vii | 3. Feb. | 20. Fe. | 7. Apr. | 16 Maij | 26 Maii | 6 Iunii | 26 | 1 Dec. |
| 1603 | e | 8 | xviii | 26. Ia. | 12. Fe. | 30. Mar. | 8 Maij | 18 Maii | 29 Maii | 27 | 30 Nou. |
| 1604 | dc | 9 | xxix | 15. Fe. | 3. Mar. | 18. Apr. | 27 Maij | 6 Iunii | 17 Iunii | 24 | 28 Nou. |
| 1605 | b | 10 | x | 6. Feb. | 23. Fe. | 10. Apr. | 19 Maij | 29 Maii | 9 Iunii | 25 | 27 Nou. |
| 1606 | A | 11 | xxi | 22. Ia. | 8. Feb. | 26. Mar. | 4 Maij | 14 Maii | 25 Maii | 28 | 3 Dec. |
| 1607 | g | 12 | ii | 11. Fe. | 28. Fe. | 15. Apr. | 24 Maij | 3 Iunii | 14 Iunii | 25 | 2 Dec. |
| 1608 | fe | 13 | xiii | 3. Feb. | 20. Fe. | 6. Apr. | 15 Maij | 25 Maii | 5 Iunii | 26 | 30 Nou. |
| 1609 | d | 14 | xxiiii | 15. Fe. | 4. Mar. | 19. Apr. | 28 Maij | 7 Iunii | 18 Iunii | 24 | 29 Nou. |
| 1610 | c | 15 | v | 7. Feb. | 24. Fe. | 11. Apr. | 20 Maij | 30 Maii | 10 Iunii | 25 | 28 Nou. |
| 1611 | b | 16 | xvi | 30. Ia. | 16. Fe. | 3. Apr. | 12 Maij | 22 Maii | 2 Iunij | 26 | 27 Nou. |
| 1612 | A g | 17 | xxvii | 19. Fe. | 7. Mar. | 22. Apr. | 31 Maij | 10 Iunii | 21 Iunii | 24 | 2 Dec. |
| 1613 | f | 18 | viii | 3. Feb. | 20. Fe. | 7. Apr. | 16 Maij | 26 Maii | 6 Iunii | 26 | 1 Dec. |
| 1614 | e | 19 | xix | 26. Ia. | 12. Fe. | 30. Mar. | 8 Maij | 18 Maii | 29 Maii | 27 | 30 Nou. |
| 1615 | d | 1 | i | 15. Fe. | 4. Mar. | 19. Apr. | 28 Maij | 7 Iunii | 18 Iunii | 24 | 29 Nou. |
| 1616 | cb | 2 | xii | 31. Ia. | 17. Fe. | 3. Apr. | 12 Maij | 22 Maii | 2 Iunii | 26 | 27 Nou. |
| 1617 | A | 3 | xxiii | 22. Ia. | 8. Feb. | 26. Mar. | 4 Maij | 14 Maii | 25 Maii | 28 | 3 Dec. |
| 1618 | g | 4 | iiii | 11. Fe. | 28. Fe. | 15. Apr. | 24 Maij | 3 Iunii | 14 Iunii | 25 | 2 Dec. |
| 1619 | f | 5 | xv | 27. Ia. | 13. Fe. | 31. Mar. | 9 Maij | 19 Maii | 30 Maii | 27 | 1 Dec. |
| 1620 | ed | 6 | xxvi | 16. Fe. | 4. Mar. | 19. Apr. | 28 Maij | 7 Iunii | 18 Iunii | 24 | 29 Nou. |
| 1621 | c | 7 | vii | 7. Feb. | 24. Fe. | 11. Apr. | 20 Maij | 30 Maii | 10 Iunii | 25 | 28 Nou. |
| 1622 | b | 8 | xviii | 23. Ia. | 9. Feb. | 27. Mar. | 5 Maij | 15 Maii | 26 Maii | 27 | 27 Nou. |
| 2623 | A | 9 | xxix | 12. Fe. | 1. Mar. | 16. Apr. | 25 Maij | 4 Iunii | 15 Iunii | 25 | 3 Dec. |
| 1624 | gf | 10 | x | 4. Feb. | 21. Fe. | 7. Apr. | 16 Maij | 26 Maii | 6 Iunii | 26 | 1 Dec. |
| 1625 | e | 11 | xxi | 26. Ia. | 12. Fe. | 30. Mar. | 8 Maij | 18 Maii | 29 Maii | 27 | 30 Nou. |
| 1626 | d | 12 | ii | 8. Feb. | 25. Fe. | 12. Apr. | 21 Maij | 31 Maii | 11 Iunii | 25 | 29 Nou. |
| 1627 | c | 13 | xiii | 31. Ia. | 17. Fe. | 4. Apr. | 13 Maij | 23 Maii | 3 Iunii | 26 | 28 Nou. |
| 1628 | bA | 14 | xxiiii | 20. Fe. | 8. Mar. | 23. Apr. | 1 Iunij | 11 Iunii | 22 Iunii | 24 | 3 Dec. |
| 1629 | g | 15 | v | 11. Fe. | 28. Fe. | 15. Apr. | 24 Maij | 3 Iunii | 14 Iunii | 25 | 2 Dec. |
| 1630 | f | 16 | xvi | 27. Ia. | 13. Fe. | 31. Mar. | 9 Maij | 19 Maii | 30 Maii | 27 | 1 Dec. |
| 1631 | e | 17 | xxvii | 16. Fe. | 5. Mar. | 20. Apr. | 29 Maij | 8 Iunii | 19 Iunii | 24 | 30 Nou. |

TA-

Digitized by Google

# TABVLA PASCHALIS

## Antiqua Reformata.

| Aur. Num. | | Cyclus Epactarum. | Lit. Dominic. | Dominica Septuagesimæ. | Dies Cinerum. | Dies Paschæ. | Dies Ascensionis. | Dies Pentecostes | Corpus Christi. | Dominicæ post Pentecosten. | Prima Dominica Aduentus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | Ianuar. | Februa. | Martij. | Aprilis. | Maij. | Maij. | | |
| 16 | | xxiii | | | | | | | | | |
| 5 | | xxii | d | 18 | 4 | 22 | 30 | 10 | 21 | 28 | 29. No. |
| | | xxi | e | 19 | 5 | 23 | 1. Maii. | 11 | 22 | 28 | 30 |
| 13 | | xx | f | 20 | 6 | 24 | 2 | 12 | 23 | 28 | 1. Dec. |
| 2 | | xix | g | 21 | 7 | 25 | 3 | 13 | 24 | 28 | 2 |
| | | xviii | A | 22 | 8 | 26 | 4 | 14 | 25 | 28 | 3 |
| 10 | | xvii | b | 23 | 9 | 27 | 5 | 15 | 26 | 27 | 27. No. |
| | | xvi | c | 24 | 10 | 28 | 6 | 16 | 27 | 27 | 28 |
| 18 | | xv | d | 25 | 11 | 29 | 7 | 17 | 28 | 27 | 29 |
| 7 | | xiiii | e | 26 | 12 | 30 | 8 | 18 | 29 | 27 | 30 |
| | | xiii | f | 27 | 13 | 31 | 9 | 19 | 30 | 27 | 1. Dec. |
| 15 | | xii | g | 28 | 14 | 1. April. | 10 | 20 | 31 | 27 | 2 |
| 4 | | xi | A | 29 | 15 | 2 | 11 | 21 | 1. Iunij. | 27 | 3 |
| | | x | b | 30 | 16 | 3 | 12 | 22 | 2 | 26 | 27. No. |
| 12 | | ix | c | 31 | 17 | 4 | 13 | 23 | 3 | 26 | 28 |
| 1 | | viii | d | 1. Febr. | 18 | 5 | 14 | 24 | 4 | 26 | 29 |
| | | vii | e | 2 | 19 | 6 | 15 | 25 | 5 | 26 | 30 |
| 9 | | vi | f | 3 | 20 | 7 | 16 | 26 | 6 | 26 | 1. Dec. |
| | | v | g | 4 | 21 | 8 | 17 | 27 | 7 | 26 | 2 |
| 17 | | iiii | A | 5 | 22 | 9 | 18 | 28 | 8 | 26 | 3 |
| 6 | | iii | b | 6 | 23 | 10 | 19 | 29 | 9 | 25 | 27. No. |
| | | ii | c | 7 | 24 | 11 | 20 | 30 | 10 | 25 | 28 |
| 14 | | i | d | 8 | 25 | 12 | 21 | 31 | 11 | 25 | 29 |
| 3 | | ✳ | e | 9 | 26 | 13 | 22 | 1. Iunij. | 12 | 25 | 30 |
| | | xxix | f | 10 | 27 | 14 | 23 | 2 | 13 | 25 | 1. Dec. |
| 11 | | xxviii | g | 11 | 28 | 15 | 24 | 3 | 14 | 25 | 2 |
| | | xxvii | A | 12 | 1. Mart. | 16 | 25 | 4 | 15 | 25 | 3 |
| 19 | 25 | xxvi | b | 13 | 2 | 17 | 26 | 5 | 16 | 24 | 27. No. |
| 8 | xxv | xxiiii | c | 14 | 3 | 18 | 27 | 6 | 17 | 24 | 28 |
| | | | d | 15 | 4 | 19 | 28 | 7 | 18 | 24 | 29 |
| | | | e | 16 | 5 | 20 | 29 | 8 | 19 | 24 | 30 |
| | | | f | 17 | 6 | 21 | 30 | 9 | 20 | 24 | 1. Dec. |
| | | | g | 18 | 7 | 22 | 31 | 10 | 21 | 24 | 2 |
| | | | A | 19 | 8 | 23 | 1. Iunii. | 11 | 22 | 24 | 3 |
| | | | b | 20 | 9 | 24 | 2 | 12 | 23 | 23 | 27. No. |
| | | | c | 21 | 10 | 25 | 3 | 13 | 24 | 23 | 28 |



Digitized by Google

# TABVLA PASCHALIS

| Literæ Dominicales. | Cyclus Epactarum. | | | | | | | Dñicę inter Epiphan. & Septua. | Septuagesima. | Dies Cinerum. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| D | xxiij | | | | | | | 1 | 18. Ian. | 4. Feb. |
| | xxij. | xxj | xx | xix | xviij | xvij | xvj | 2 | 25. Ian. | 11. Feb. |
| | xv. | xiiij. | xiij | xij | xj | x | ix | 3 | 1. Feb. | 18. Feb. |
| | viij | vij | vj | v | iiij | iij | ij | 4 | 8. Feb. | 25. Feb. |
| | j | ✳ | xxix | xxviij | xxvij | xxvj. | 25. xxv | xxiiij | 5 | 15. Feb. | 4. Mar. |
| E | xxiij | xxij | | | | | | 1 | 19. Ian. | 5. Feb. |
| | xxj | xx | xix | xviij | xvij | xvj | xv | 2 | 26. Ian. | 12. Feb. |
| | xiiij | xiij | xij | xj | x | ix | viij | 3 | 2. Feb. | 19. Feb. |
| | vij | vj | v | iiij | iij | ij | j | 4 | 9. Feb. | 26. Feb. |
| | ✳ | xxix | xxviij | xxvij | xxvj | 25. | xxv | xxiiij | 5 | 16. Feb. | 5. Mar. |
| F | xxiij | xxij | xxj | | | | | 1 | 20. Ian. | 6. Feb. |
| | xx | xix | xviij | xvij | xvj | xv | xiiij | 2 | 27. Ian. | 13. Feb. |
| | xiij | xij | xj | x | ix | viij | vij | 3 | 3. Feb. | 20. Feb. |
| | vj | v | iiij | iij | ij | j | ✳ | 4 | 10. Feb. | 27. Feb. |
| | xxix | xxviij | xxvij | xxvj | 25. | xxv | xxiij | 5 | 17. Feb. | 6. Mar. |
| G | xxiij | xxij | xxj | xx | | | | 2 | 21. Ian. | 7. Feb. |
| | xix | xviij | xvij | xvj | xv | xiiij | xiij | 3 | 28. Ian. | 14. Feb. |
| | xij | xj | x | ix | viij | vij | vj | 4 | 4. Feb. | 21. Feb. |
| | v | iiij | iij | ij | j | ✳ | xxix | 5 | 11. Feb. | 28. Feb. |
| | xxviij | xxvij | xvj | 25. | xxv | xxiiij | | 6 | 18. Feb. | 7. Mar. |
| A | xxiij | xxij | xxj | xx | xix | | | 2 | 22. Ian. | 8. Feb. |
| | xviij | xvij | xvj | xv | xiiij | xiij | xij | 3 | 29. Ian. | 15. Feb. |
| | xj | x | ix | viij | vij | vj | v | 4 | 5. Feb. | 22. Feb. |
| | iiij | iij | ij | j | ✳ | xxix | xxviij | 5 | 12. Feb. | 1. Mar. |
| | xxvij | xxvj | 25 | xxv | xiiij | | | 6 | 19. Feb. | 8. Mar. |
| B | xxiij | xxij | xxi | xx | xix | xviij | | 2 | 23. Ian. | 9. Feb. |
| | xvij | xvj | xv | xiiij | xiij | xij | xj | 3 | 30. Ian. | 16. Feb. |
| | x | ix | viij | vij | vj | v | iiij | 4 | 6. Feb. | 23. Feb. |
| | iij | ij | j | ✳ | xxix | xxviij | xxvij | 5 | 13. Feb. | 2. Mar. |
| | xxvj | 25 | xxv | xxiiij | | | | 6 | 20. Feb. | 9. Mar. |
| C | xxiij | xxij | xxj | xx | xix | xviij | xvij | 2 | 24. Ian. | 10. Feb. |
| | xvj | xv | xiiij | xiij | xij | xj | x | 3 | 31. Ian. | 17. Feb. |
| | ix | viij | vij | vj | v | iiij | iij | 4 | 7. Feb. | 24. Feb. |
| | ij | j | ✳ | xxix | xxviij | xxvij | xxvj. | 25 | 5 | 14. Feb. | 3. Mar. |
| | xxv | xxiiij | | | | | | 6 | 21. Feb. | 10. Mar. |

NOVA

Digitized by Google

# NOVA REFORMATA.

| Paſcha. | Rogationes. | Aſcenſio. | Pentecoſtes. | Trinitas | Corpus Chriſti. | Dñicæ inter Pent. & 1. Dñicã Augu. | Domin. inter Pẽte. & Aduentum | Prima Dominica Aduẽtus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 22. Mar. | 27. Apr. | 30 Apr. | 10 Maii | 17 Maii | 21 Maii | 11 | 28 | 29. No. |
| 29. Mar. | 4. Maij | 7 Maij | 17 Maij | 24 Maii | 28 Maii | 10 | 27 | 29 |
| 5. Apr. | 11. Maij | 14 Maii | 24 Maij | 31 Maii | 4 Iunii | 9 | 26 | 29 |
| 12. Apr. | 18 Maii | 21 Maij | 31 Maii | 7 Iunii | 11 Iunii | 8 | 25 | 29 |
| 19. Apr. | 25 Maii | 28 Maij | 7 Iunii | 14 Iunii | 18 Iunii | 7 | 24 | 29 |
| 23. Mar. | 28 Apr. | 1 Maij | 11 Maij | 18 Maii | 22 Maii | 11 | 28 | 30. No. |
| 30. Mar. | 5 Maij | 8 Maij | 18 Maii | 25 Maii | 29 Maii | 10 | 27 | 30 |
| 6. Apr. | 12 Maij | 15 Maij | 25 Maii | 1 Iunii | 5 Iunii | 9 | 26 | 30 |
| 13. Apr. | 19 Maij | 22 Maii | 1 Iunii | 8 Iunii | 12 Iunii | 8 | 25 | 30 |
| 20. Apr. | 26 Maii | 29 Maij | 8 Iunii | 15 Iunii | 19 Iunii | 7 | 24 | 30 |
| 24. Mar. | 29 Apr. | 2 Maij | 12 Maii | 19 Maii | 23 Maii | 11 | 28 | 1. Dec. |
| 31. Mar. | 6 Maij | 9 Maij | 19 Maij | 26 Maii | 30 Maii | 10 | 27 | 1 |
| 7. Apr. | 13 Maij | 16 Maij | 26 Maii | 2 Iunij | 6 Iunii | 9 | 26 | 1 |
| 14. Apr. | 20 Maij | 23 Maij | 2 Iunii | 9 Iunii | 13 Iunii | 8 | 25 | 1 |
| 21. Apr. | 27 Maij | 30 Maii | 9 Iunii | 16 Iunii | 20 Iunii | 7 | 24 | 1 |
| 25. Mar. | 30 Apr. | 3 Maii | 13 Maij | 20 Maii | 24 Maii | 10 | 28 | 2. Dec. |
| 1. Apr. | 7 Maij | 10 Maij | 20 Maij | 27 Maii | 31 Maii | 9 | 27 | 2 |
| 8. Apr. | 14 Maii | 17 Maii | 27 Maii | 3 Iunii | 7 Iunii | 8 | 26 | 2 |
| 15. Apr. | 21 Maii | 24 Maij | 3 Iunii | 10 Iunii | 14 Iunii | 7 | 25 | 2 |
| 22. Apr. | 28 Maij | 31 Maij | 10 Iunii | 17 Iunii | 21 Iunii | 6 | 24 | 2 |
| 26. Mar. | 1 Maij | 4 Maij | 14 Maii | 21 Maii | 25 Maii | 10 | 28 | 3. Dec. |
| 2. Apr. | 8 Maij | 11 Maii | 21 Maij | 28 Maii | 1 Iunii | 9 | 27 | 3 |
| 9. Apr. | 15 Maij | 18 Maii | 28 Maii | 4 Iunii | 8 Iunii | 8 | 26 | 3 |
| 16. Apr. | 22 Maii | 25 Maii | 4 Iunii | 11 Iunii | 15 Iunii | 7 | 25 | 3 |
| 23. Apr. | 29 Maii | 1 Iunij | 11 Iunii | 18 Iunii | 22 Iunii | 6 | 24 | 3 |
| 27. Mar. | 2 Maij | 5 Maii | 15 Maii | 22 Maii | 26 Maii | 10 | 27 | 27. No. |
| 3. Apr. | 9 Maij | 12 Maij | 22 Maii | 29 Maii | 2 Iunii | 9 | 26 | 27 |
| 10. Apr. | 16 Maij | 19 Maij | 29 Maii | 5 Iunii | 9 Iunii | 8 | 25 | 27 |
| 17. Apr. | 23 Maij | 26 Maii | 5 Iunii | 12 Iunii | 16 Iunii | 7 | 24 | 27 |
| 24. Apr. | 30 Maij | 2 Iunii | 12 Iunii | 19 Iunii | 23 Iunii | 6 | 23 | 27 |
| 28. Mar. | 3 Maij | 6 Maij | 16 Maii | 23 Maii | 27 Maii | 10 | 27 | 28. No. |
| 4. Apr. | 10 Maii | 13 Maij | 23 Maii | 30 Maii | 3 Iunii | 9 | 26 | 28 |
| 11. Apr. | 17 Maij | 20 Maij | 30 Maii | 6 Iunii | 10 Iunii | 8 | 25 | 28 |
| 18. Apr. | 24 Maij | 27 Maii | 6 Iunii | 13 Iunii | 17 Iunii | 7 | 24 | 28 |
| 25. Apr. | 31 Maij | 3 Iunii | 13 Iunii | 20 Iunii | 24 Iunii | 6 | 23 | 28 |



Digitized by Google

# IANVARIVS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| ✱ | A | Kal. | 1 | *Circumciſio Domini*. duplex. |
| xxix | b | iiij | 2 | Octa. S. Stephani. duplex. cum comm. Octauarum S. Ioan. & SS. Innoc. |
| xxviij | c | iij | 3 | Oct. S. Ioannis. duplex. cum com. Oct. SS. Innoc. |
| xxvij | d | Pr. Non. | 4 | Octaua SS. Innocentum. duplex. |
| xxvj | e | Non. | 5 | Vigilia. |
| 25 xxv | f | viij | 6 | *Epiphania Domini*. duplex. |
| xxiiij | g | vij | 7 | De Octaua Epiphaniæ. |
| xxiij | A | vj | 8 | De Octaua. |
| xxij | b | v | 9 | De Octaua. |
| xxj | c | iiij | 10 | De Octaua. |
| xx | d | iij | 11 | De Octaua. & comm. S. Higinii Papæ & mart. |
| xix | e | Prid. Id. | 12 | De. Octaua. |
| xviij | f | Idib. | 13 | Octaua Epiphaniæ. duplex. |
| xvij | g | xix | 14 | Hilarii Epiſc. & Conf. ſemid. cum comm. S. Felicis. Presb. & mart. |
| xvj | A | xviij | 15 | Pauli primi Eremitę. ſemid. cum comm. S. Mauri Abbatis. |
| xv | b | xvij | 16 | Marcelli Papæ, & mart. ſemid. |
| xiiij | c | xvj | 17 | *Antonij Abbatis*. duplex. |
| xiij | d | xv | 18 | *Cathedra S. Petri Romæ*. duplex & comm. S. Priſcæ Virg. & mart. |
| xij | e | xiiij | 19 | Marii, Marthæ, Audifax, & Abachum mart. |
| xj | f | xiij | 20 | *Fabiani & Sebaſtiani* mart. dupl. |
| x | g | xij | 21 | Agnetis virg. & martyris. duplex. |
| ix | A | xj | 22 | Vincentii & Anaſtaſii mart. ſemid. |
| viij | b | x | 23 | Emerentianæ virg. & mart. |
| vij | c | ix | 24 | Timothei Epiſcopi, & mart. |
| vj | d | viij | 25 | *Conuerſio S. Pauli Apoſtoli*. dupl. |
| v | e | vij | 26 | Polycarpi Epiſcopi, & mart. |
| iiij | f | vj | 27 | Ioannis Chryſoſt. Epiſcopi & Confeſſ. duplex. |
| iij | g | v | 28 | Agnetis ſecundo. |
| ij | A | iiij | 29 | |
| j | b | iij | 30 | |
| ✱ | c | Pr. Kal. | 31 | |



Digitized by Google

# FEBRVARIVS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxix | d | Kal. | 1 | Ignatii Episcopi & mart. semid. |
| xxviij | e | iiij | 2 | *Purificatio B. Mariæ.* duplex. |
| xxvij | f | iij | 3 | Blasii Episcopi & mart. |
| 25 xxvj | g | Pr.Non. | 4 | |
| xxv xxiiij | A | Non. | 5 | Agathæ virginis & mart. semid. |
| xxiij | b | viij | 6 | Dorotheæ virginis & mart. |
| xxij | c | vij | 7 | Romualdi Abb. duplex |
| xxj | d | vj | 8 | |
| xx | e | v | 9 | Apolloniæ virginis & mart. |
| xix | f | iiij | 10 | |
| xviij | g | iij | 11 | |
| xvij | A | Prid. Id. | 12 | |
| xvj | b | Idib. | 13 | |
| xv | c | xvj | 14 | Valentini Presbyteri & mart. |
| xiiij | d | xv | 15 | Faustini & Iouitæ martyrum. |
| xiij | e | xiiij | 16 | |
| xij | f | xiij | 17 | |
| xj | g | xij | 18 | |
| x | A | xj | 19 | Symeonis Episcopi & martyris. |
| ix | b | x | 20 | |
| viij | c | ix | 21 | |
| vij | d | viij | 22 | *Cathedra S. Petri Antiochiæ.* dup. |
| vj | e | vij | 23 | Vigilia |
| v | f | vj | 24 | *Matthiæ Apostoli.* duplex |
| iiij | g | v | 25 | |
| iij | A | iiij | 26 | |
| ij | b | iij | 27 | |
| j | c | Pr. Kal. | 28 | |

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & Festum Sancti Matthię celebratur 25. Februarii, & bis dicitur, sexto Calendas, id est, die 24. & die 25. & litera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: Vt si in Ianuario litera Dominicalis fuit A, mutetur in præcedentem, quæ est g, & cæt.



Digitized by Google

# MARTIVS

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| ✳ | d | Kal. | 1 | |
| xxix | e | vj | 2 | |
| xxviij | f | v | 3 | |
| xxvij | g | iiij | 4 | |
| xxvj | A | iij | 5 | |
| 25 xxv | b | Pr.Non. | 6 | |
| xxiiij | c | Non. | 7 | *Sancti Thomæ de Aquino Confess.* duplex, & comm. ss. Perpetuæ & Felicitatis martyrum. |
| xxiij | d | viij | 8 | |
| xxij | e | vij | 9 | Quadraginta Martyrum. semidupl. |
| xxj | f | vj | 10 | |
| xx | g | v | 11 | |
| xix | A | iiij | 12 | *Gregorij Papæ & Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris*, dupl. |
| xviij | b | iij | 13 | |
| xvij | c | Prid. Id. | 14 | |
| xvj | d | Idib. | 15 | |
| xv | e | xvij | 16 | |
| xiiij | f | xvj | 17 | |
| xiij | g | xv | 18 | |
| xij | A | xiiij | 19 | Ioseph Confessoris. duplex. |
| xj | b | xiij | 20 | |
| x | c | xij | 21 | Benedicti Abbatis. dupl. |
| ix | d | xj | 22 | |
| viij | e | x | 23 | |
| vij | f | ix | 24 | |
| vj | g | viij | 25 | *Annunciatio Beatæ Mariæ.* duplex. |
| v | A | vij | 26 | |
| iiij | b | vj | 27 | |
| iij | c | v | 28 | |
| ij | d | iiij | 29 | |
| j | e | iij | 30 | |
| ✳ | f | Pr. Kal. | 31 | |



Digitized by Google

# APRILIS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxix | g | Kalend. | 1 | |
| xxviij | A | iiij | 2 | Franciſci de Paula Confeſſ. dupl. |
| xxvij | b | iij | 3 | |
| 25 xxvj | c | Pr. Non. | 4 | |
| xxv xxiiij | d | Non. | 5 | |
| xxiij | e | viij | 6 | |
| xxij | f | vij | 7 | |
| xxj | g | vj | 8 | |
| xx | A | v | 9 | |
| xix | b | iiij | 10 | |
| xviij | c | iij | 11 | Leonis Papæ & Confeſſ. duplex. |
| xvij | d | Prid. Id. | 12 | |
| xvj | e | Idib. | 13 | |
| xv | f | xviij | 14 | Tiburtii, Valeriani, & Maximi martyrum. |
| xiiij | g | xvij | 15 | |
| xiij | A | xvj | 16 | |
| xij | b | xv | 17 | Aniceti Papæ & mart. |
| xj | c | xiiij | 18 | |
| x | d | xiij | 19 | |
| ix | e | xij | 20 | |
| viij | f | xj | 21 | |
| vij | g | x | 22 | Soteris & Caii Pontificum, & martyrum. ſemiduplex. |
| vj | A | ix | 23 | Georgii Martyris. ſemiduplex. |
| v | b | viij | 24 | |
| iiij | c | vij | 25 | *Marci Euangeliſtæ*. duplex. |
| iij | d | vj | 26 | Cleti, & Marcellini Pont. & martyrum. ſemiduplex. |
| ij | e | v | 27 | |
| j | f | iiij | 28 | Vitalis Martyris. |
| ✳ | g | iij | 29 | Petri martyris. duplex. |
| xxix | A | Pr. Kal. | 30 | |



Digitized by Google

# MAIVS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxviij | b | Kalen. | 1 | *Philippi & Iacobi Apostolorum*. dup. |
| xxvij | c | vi | 2 | Athanasii Episcopi & Conf. dupl. |
| xxvj | d | v | 3 | *Inuentio S. Crucis*. duplex. & comm. SS. Alexandri, Euentii, & Theoduli mart. ac Iuuenalis Episc. & conf. |
| 25 xxv | e | iiii | 4 | Monicæ viduæ. |
| xxiiij | f | iii | 5 | |
| xxiij | g | Pr. Non. | 6 | *Ioannis ante Portam Latinam*. dupl. |
| xxij | A | Non. | 7 | Stanislai Episcopi & mart. dupl. |
| xxi | b | viii | 8 | Apparitio sancti Michaelis. dupl. |
| xx | c | vii | 9 | Sancti Gregorii Theologi Episcopi, & Confessoris dupl. |
| xix | d | vi | 10 | Gordiani, & Epimachi martyrum. |
| xviij | e | v | 11 | |
| xvij | f | iiii | 12 | Nerei, Achilei, & Pancratii mart. |
| xvj | g | iii | 13 | |
| xv | A | Prid. Id. | 14 | Bonifacii martyris. |
| xiiij | b | Idib. | 15 | |
| xiij | c | xvii | 16 | |
| xij | d | xvi | 17 | |
| xj | e | xv | 18 | |
| x | f | xiiii | 19 | Pudentianæ virginis. |
| ix | g | xiii | 20 | |
| viij | A | xii | 21 | |
| vij | b | xi | 22 | |
| vj | c | x | 23 | |
| v | d | ix | 24 | |
| iiij | e | viii | 25 | Vrbani Papæ, & martyris. |
| iij | f | vii | 26 | Eleutherii Papæ, & martyris. |
| ij | g | vi | 27 | Ioannis Papæ, & martyris. |
| j | A | v | 28 | |
| * | b | iiii | 29 | |
| xxix | c | iii | 30 | Felicis Papæ, & martyris. |
| xxviij | d | Pr. Kal. | 31 | Petronillæ virginis |



Digitized by Google

# IVNIVS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxvij | e | Kal. | 1 | |
| 25 xxvj | f | iiij | 2 | Marcellini, Petri, & Eraſmi mart. |
| xxv xxiiij | g | iij | 3 | |
| xxiij | A | Pr.Non. | 4 | |
| xxij | b | Non. | 5 | |
| xxj | c | viij | 6 | |
| xx | d | vij | 7 | |
| xix | e | vj | 8 | |
| xviij | f | v | 9 | Primi & Feliciani martyrum. |
| xvij | g | iiij | 10 | |
| xvj | A | iij | 11 | *Barnabæ Apoſtoli.* duplex. |
| xv | b | Prid. Id. | 12 | Baſilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij martyrum. |
| xiiij | c | Idib. | 13 | Antonij de Padua Confeſſ. duplex. |
| xiij | d | xviij | 14 | Baſilij Epiſcopi & Confeſſ. dupl. |
| xij | e | xvij | 15 | Viti, Modeſti, & Creſcentiæ mart. |
| xj | f | xvj | 16 | |
| x | g | xv | 17 | |
| ix | A | xiiij | 18 | Marci & Marcelliani, martyrum. |
| viij | b | xiij | 19 | Geruaſij & Protaſij martyrum. |
| vij | c | xij | 20 | Siluerij Papæ & martyris. |
| vj | d | xj | 21 | |
| v | e | x | 22 | Paulini epiſcopi & Confeſſ. |
| iiij | f | ix | 23 | Vigilia. |
| iij | g | viij | 24 | *Natiuitas S. Ioan. Baptiſtæ.* dupl. |
| ij | A | vij | 25 | De Octaua Natiu. S. Ioan. Bapt. |
| j | b | vj | 26 | Ioannis & Pauli Mart. ſemid. cum comm. octa. Natiuit. S. Ioann. |
| ✳ | c | v | 27 | De octaua Natiuit. S. Ioan. |
| xxix | d | iiij | 28 | Leonis Papæ & Confeſſ. ſemid. & comm. octau. & Vigiliæ. |
| xxviij | e | iij | 29 | *Petri & Pauli Apoſtolorum.* dup. |
| xxvii | f | Pr. Kal. | 30 | *Commemoratio S. Pauli Apoſtoli.* dup. & comm. oct. S. Ioan. |



Digitized by Google

# IVLIVS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxvi | g | Kalen. | 1 | Oct. S. Ioan. Baptistæ. duplex & comm. octa. Apostolorum |
| 25 xxv | A | vj | 2 | *Visitatio Beatæ Mariæ* duplex. cum comm. octa. Apostol. |
| xxiiij | b | v | 3 | De octaua Apostolorum. |
| xxiij | c | iiij | 4 | De octaua. |
| xxij | d | iij | 5 | De octaua. |
| xxj | e | Pr. Non. | 6 | Octa. Apostol. Petri & Pauli dupl. |
| xx | f | Non. | 7 | |
| xix | g | viij | 8 | |
| xviij | A | vij | 9 | |
| xvij | b | vj | 10 | Septem fratrum Mart. & SS. Ruffinæ ac Secundæ mart. sem. |
| xvj | c | v | 11 | Pii Papæ & mart. |
| xv | d | iiij | 12 | Naboris & Felicis mart. cum commem. Io. Gualberti Abb. |
| xiiij | e | iij | 13 | Anacleti Papæ & mart. semidupl. |
| xiij | f | Prid. Id. | 14 | Bonauenturę Pont. & Confess. & Ecclesiæ Doctoris. dupl. |
| xij | g | Idib. | 15 | |
| xj | A | xvij | 16 | |
| x | b | xvj | 17 | Alexij Confess. |
| ix | c | xv | 18 | Symphorosę cum septem filijs mart. |
| viij | d | xiiij | 19 | |
| vij | e | xiij | 20 | Margaritæ virg. & mart. |
| vj | f | xij | 21 | Praxedis virginis. |
| v | g | xj | 22 | *Mariæ Magdalenæ* duplex. |
| iiij | A | x | 23 | Apollinaris Episcopi & mar. sem. |
| iij | b | ix | 24 | Vigilia & com. S. Christinæ virg. & mar. |
| ij | c | viij | 25 | *Iacobi Apost.* dup. & comm. S. Christophori mart. in Laudibus tantum. |
| j | d | vij | 26 | *Annæ matris B. Mariæ virg.* duplex. |
| ✱ | e | vj | 27 | Pantaleonis mart. |
| xxix | f | v | 28 | Nazarii, Celsi, & victoris Papæ mar. & Innocentii papæ & Confess. sem. |
| xxviij | g | iiij | 29 | Marthæ virg. semid. & comm. SS. Felicis Papæ, Simplicii, Faustini, & Beatricis mart. |
| xxvij | A | iij | 30 | Abdon, & Sennen mart. |
| 25 xxvj | b | Pr. Kal. | 31 | |



Digitized by Google

# AVGVSTVS.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxv xxiiij | c | Kalen. | 1 | *Petri ad vincula.* dup. & comm. SS.Machab. mart. |
| xxiij | d | iiii | 2 | Stephani Papæ & martyris. |
| xxii | e | iii | 3 | Inuentio S. Stephani Protom. semid. |
| xxi | f | Pr.Non. | 4 | *Dominici Confess.* dupl. |
| xx | g | Non. | 5 | *Dedicatio S. M. ad Niues.* dupl. |
| xix | A | viii | 6 | *Transfiguratio Domini.* dup. & comm. SS. Sixti Papę, Felicissimi & Agapiti mart. |
| xviij | b | vii | 7 | Donati Episc. & mart. |
| xvij | c | vi | 8 | Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. semid. |
| xvj | d | v | 9 | Vigilia & comm. S.Romani mar. |
| xv | e | iiii | 10 | *Laurentij mart.* duplex. |
| xiiij | f | iii | 11 | De octaua S. Laur. cum comm. SS. Tiburtii, & Susannæ martyrum. |
| xiij | g | Prid. Id. | 12 | De octaua, & comm. S. Claræ virg. |
| xij | A | Idib. | 13 | De octaua. & comm. SS Hippolyti & Cassiani martyrum. |
| xj | b | xix | 14 | De Octa. cum com. Vigiliæ & S. Eusebii Conf. |
| x | c | xviii | 15 | *Assumptio B. M. virginis.* duplex. |
| ix | d | xvii | 16 | De octaua Assump. B. M. cum comm. octa. S. Laurentii. |
| viij | e | xvi | 17 | Octaua S. Laurentii. dupl. & comm. octauæ Assump. |
| vij | f | xv | 18 | De octaua, & comm. S. Agapiti mart. |
| vj | g | xiiii | 19 | De octaua. |
| v | A | xiii | 20 | Bernardi Abbatis dup. cum comm. Octauæ Assump. |
| iiij | b | xii | 21 | De octaua. |
| iij | c | xi | 22 | Octa. Assumpt. B. M. dup. cum comm.SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart. |
| ij | d | x | 23 | Vigilia. |
| j | e | ix | 24 | *Bartholomæi Apostoli.* duplex. *Romę celebratur die* 25. |
| ✳ | f | viii | 25 | Ludouici Regis Franciæ Confess. |
| xxix | g | vii | 26 | Zepherini Papæ & mart. |
| xxviij | A | vi | 27 | |
| xxvij | b | v | 28 | *Augustini Episcopi Conf. & Eccl. Doct.* dup. & comm. S. Hermetis mar. |
| xxvj | c | iiii | 29 | *Decollatio S. Ioan. Baptistæ.* dup. & comm. S. Sabinæ mart. |
| 25 xxv | d | iii | 30 | Felicis, & Adaucti mart. |
| xxiiij | e | Pr. Kal. | 31 | |



Digitized by Google

# SEPTEMBER.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxiij | f | Kal. | 1 | Aegidii Abbatis & comm. SS. martyrum xii. Fratrum. |
| xxij | g | iiij | 2 | |
| xxj | A | iij | 3 | |
| xx | b | Pr. Non. | 4 | |
| xix | c | Non. | 5 | |
| xviij | d | viij | 6 | |
| xvij | e | vij | 7 | |
| xvj | f | vj | 8 | *Natiuitas B. Mariæ.* duplex. & comm. S. Adriani mart. *in Laudibus tantum.* |
| xv | g | v | 9 | De oct. S Mariæ. & comm. S. Gorgonii mart. |
| xiiij | A | iiij | 10 | De octaua. |
| xiij | b | iij | 11 | De octaua, & comm. SS. Prothi, & Hyacinthi mart. |
| xij | c | Prid. Id. | 12 | De octaua. |
| xj | d | Idib. | 13 | De octaua. |
| x | e | xviii | 14 | Exaltatio S. Crucis. dup. cum comm. octauæ Nat. S. Marię. |
| ix | f | xvii | 15 | Octaua Natiu. B. M. dup. cum comm. S. Nicomedis mart. |
| viij | g | xvj | 16 | Cornelii & Cypriani Pont. & mart. semid. cum comm. SS. |
| vij | A | xv | 17 | Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani mart. |
| vj | b | xiiij | 18 | |
| v | c | xiij | 19 | Ianuarii Episc. & soc. mart. semid. |
| iiij | d | xij | 20 | Vigilia. & comm. S. Eustachii, & sociorum mart. |
| iij | e | xj | 21 | *Matthæi Apostoli.* duplex. |
| ij | f | x | 22 | Mauritii & Sociorum mart. |
| j | g | ix | 23 | Lini Papæ & mart. semid. cum comm. S. Theclæ Virg. & martyris. |
| ✳ | A | viij | 24 | |
| xxix | b | vij | 25 | |
| xxviij | c | vj | 26 | Cypriani, & Iustinæ mart. |
| xxvij | d | v | 27 | Cosmę & Damiani mart. semid. |
| 25 xxvj | e | iiij | 28 | |
| xxv xxiiij | f | iij | 29 | *Dedicatio S. Michaelis Archangeli.* duplex. |
| xxiij | g | Pr. Kal. | 30 | *Hieronymi Presb. Confess. & Ecclesiæ Doctoris.* duplex. |

OCTO-

Digitized by Google

# OCTOBER.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Kal. | 1 | Remigii Epiſcopi & Confeſſ. |
| xxj | b | vi | 2 | |
| xx | c | v | 3 | |
| xix | d | iiij | 4 | *Franciſci Confeſſ.* duplex. |
| xviij | e | iij | 5 | Placidi & ſoc. martyrum. |
| xvij | f | Pr. Non. | 6 | |
| xvj | g | Non. | 7 | S. Marci Papæ & Confeſſ. cum comm. SS. Sergii, Bacchi, & Apuleii martyrum. |
| xv | A | viij | 8 | |
| xiiij | b | vij | 9 | Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii martyrum. ſemiduplex. |
| xiij | c | vj | 10 | |
| xij | d | v | 11 | |
| xj | e | iiij | 12 | |
| x | f | iij | 13 | |
| ix | g | Prid. Id. | 14 | Calixti Papæ, & mart. ſemiduplex. |
| viij | A | Idib. | 15 | |
| vij | b | xvii | 16 | |
| vj | c | xvj | 17 | |
| v | d | xv | 18 | *Lucæ Euangeliſtæ.* dupl. |
| iiij | e | xiiij | 19 | |
| iij | f | xiij | 20 | |
| ij | g | xij | 21 | Hilarionis Abbatis. & comm. SS. Vrſulæ & ſociarum virg. & mart. |
| j | A | xj | 22 | |
| ✳ | b | x | 23 | |
| xxix | c | ix | 24 | |
| xxviij | d | viij | 25 | Chryſanti, & Dariæ marty. |
| xxvij | e | vij | 26 | Euariſti Papæ & mart. |
| xxvj | f | vj | 27 | Vigilia |
| 25 xxv | g | v | 28 | *Simonis & Iudæ Apoſtolorum.* dup. |
| xxiiij | A | iiij | 29 | |
| xxiij | b | iij | 30 | |
| xxii | c | Pr. Kal. | 31 | Vigilia |



Digitized by Google

# NOVEMBER.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxj | d | Kalend. | 1 | *Festum omnium Sanctorum* dupl. |
| xx | e | iiij | 2 | *Commemoratio omnium fidelium defunctorum*, dupl. & de oct. omnium SS. |
| xix | f | iij | 3 | De octaua. |
| xviij | g | Pr.Non. | 4 | De octaua. cum comm. SS. Vitalis & Agricolæ mart. |
| xvij | A | Non. | 5 | De octaua. |
| xvj | b | viij | 6 | De octaua. |
| xv | c | vij | 7 | De octaua. |
| xiiij | d | vj | 8 | Octaua omnium SS. dupl. & comm. SS. Quatuor Coronatorum mart. |
| xiij | e | v | 9 | *Dedicatio Basilicæ Saluatoris*. dup. cum comm. S. Theodori mart. |
| xij | f | iiij | 10 | Tryphonis, Respicii, & Nymphę martyrum. |
| xj | g | iij | 11 | *Martini Episcopi & Confess.* dupl. & comm. S. Mennæ martyris. |
| x | A | Prid. Id. | 12 | Martini Papæ, & mart. semidupl. |
| ix | b | Idib. | 13 | |
| viij | c | xviij | 14 | |
| vij | d | xvij | 15 | |
| vj | e | xvj | 16 | |
| v | f | xv | 17 | Gregorii Thaumaturgi Epis. & Conf. |
| iiij | g | xiiij | 18 | *Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli.* duplex. |
| iij | A | xiij | 19 | Pontiani Papæ & Martyris. |
| ij | b | xij | 20 | |
| j | c | xj | 21 | Præsentatio S. Mariæ. duplex |
| ✳ | d | x | 22 | Cæciliæ virg. & mart. semidupl. |
| xxix | e | ix | 23 | Clementis papæ & mart. semid. cum comm. S. Felicitatis martyris. |
| xxviij | f | viij | 24 | Chrysogoni mart. |
| xxvij | g | vij | 25 | *Catherinæ virg. & mart.* duplex. |
| 25 xxvj | A | vj | 26 | Petri Alexandrini Episc. & mart. |
| xxv xxiiij | b | v | 27 | |
| xxiij | c | iiij | 28 | |
| xxij | d | iij | 29 | Vigilia & comm. S. Saturnini mart. |
| xxi | e | Pr. Kal. | 30 | *Andreę Apostoli.* duplex. |



Digitized by Google

# DECEMBER.

| Cyclus Epact. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xx | f | Kalen. | 1 | |
| xix | g | iiii | 2 | Bibianæ virg. & mart.commem. |
| xviij | A | iii | 3 | |
| xvij | b | Pr.Non. | 4 | Barbaræ virg. & mart. commem. |
| xvj | c | Non. | 5 | Sabbæ Abbatis. commem. |
| xv | d | viii | 6 | Nicolai Episcopi & Confess. semid. |
| xiiij | e | vii | 7 | *Ambrosii Episcopi Confess. & Ecclesiæ Doct.* duplex. |
| xiij | f | vi | 8 | *Conceptio beatæ Mariæ* dupl. |
| xij | g | v | 9 | |
| xj | A | iiii | 10 | Melchiadis Papę & mart. comm. |
| x | b | iii | 11 | Damasi Papæ & Confessoris.semid. |
| ix | c | Prid. Id. | 12 | |
| viij | d | Idib. | 13 | *Luciæ virginis & martyris.* duplex. |
| vij | e | xix | 14 | |
| vj | f | xviii | 15 | |
| v | g | xvii | 16 | |
| iiij | A | xvi | 17 | |
| iij | b | xv | 18 | |
| ij | c | xiiii | 19 | |
| j | d | xiii | 20 | Vigilia |
| ✳ | e | xii | 21 | *Thomæ Apostoli.* duplex. |
| xxix | f | xi | 22 | |
| xxviij | g | x | 23 | |
| xxvij | A | ix | 24 | Vigilia |
| xxvj | b | viii | 25 | *Natiuitas D. N. Iesu Christi.* dupl. |
| 25 xxv | c | vii | 26 | *Stephani Prothomartyris.* duplex. cum com. octa Natiuit. |
| xxiiij | d | vi | 27 | *Ioannis Apostoli & Euangelistæ*, duplex. cum comm. Octa. |
| xxiij | e | v | 28 | *Innocentum martyrum.* dupl. cum comm. octauarum. |
| xxii | f | iiii | 29 | Thomæ Cantuar. Episc. & mart. semid. cum com. octau. |
| xxi | g | iii | 30 | De Dominica infra octau. Natiuit. vel de oct. cum comm. octauarum. |
| 19 xx | A | Pr. Kal. | 31 | *Siluestri Papæ & Confess.* duplex. cum comm. octauarum. |



Digitized by Google

# CANON
# IN CALENDARIVM GREGORIANVM
# ANNI CORRECTIONIS
## M D LXXXII.

ANNO Domini M D LXXXII. vtendum est antiquo Calendario, quo ad hanc vsque diem Ecclesia Romana vsa est, vsq. ad iiij. Nonas Octob. hoc est, vsque ad festum S. Francisci inclusiue: Deinde vero assumendum est fragmentum hoc Calendarij continens tres vltimos menses, quorum October mutilus etiam est, cum dies duntaxat 21. complectatur. Quoniam enim, vt Aequinoctium vernum ad diem 21. Martij, quo ipsum Patres Concilii Nicæni deprehenderunt, & à quo iam decem circiter dies versus initium Martii recessit, restituatur, sancitum est à Gregorio XIII. Pontif. Max. vt post iiii. Non. Octob. omittantur x. dies; transiliendum statim erit à iiii. Non. Octob. ad Idus Octob. ita vt celebrata festiuitate S. Francisci, dies sequens dicatur Idus Octob. siue dies Quintusdecimus Octob. in eoque celebretur festum SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii Martyrum, cum commemoratione S. Marci Papæ & Confess. & SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apulei Mart. Die vero proxima, quæ est 16. Octob. diciturque xvii. Cal. Nouemb. dies festus agatur S. Calisti Papæ & Mart. Die deinde sequenti, quæ est 17. Octob. diciturque xvi. Cal. Nouemb. dicatur officium, & Missa de Dominica xviii. post Pentecosten, quę erit Dominica tertia Octobris, mutata litera dominicali G. in C. Decimooctauo vero die Octob. siue Quintodecimo Cal. Nouemb. celebretur festum S. Lucæ Euangelistæ; & ab hac die inclusiue reliqui festi dies agantur, vt sunt in Calendario descripti, vsq; ad finem anni M D L XXXII. post quem, fragmentum hoc Calendarii nullum vsum amplius habebit, sed Calendarium Perpetuum ascisc endum erit, in quo omnes 12. menses integri descripti sunt. Quod etiam intelligas de aliis annis, in quibus correctio hæc fiet.

ITAQVE post detractionem x. dierum de mense Octobri anni M D L XXXII. litera Dominicalis erit C. Epacta autem erit xxvi. & litera Martyrologii erit G, maiusc. vt in propriis Canonibus Calendarii, & Martyrologii docetur: adeo vt vbicumque in hoc fragmento Calendarii reperitur litera C, ibi dies Dominicus celebretur. Vbicumque autem Epacta xxvi. posita est, ibi fiat Nouilunium, seu Luna i. Denique vbicumque in Martyrologio litera G, maiusc. extiterit, ibi sub ea ætas Lunæ deprehendatur. Anno autem M D L XXXIII. iam emendato adhibendi erunt canones Calendarii Gregoriani perpetui. Erit enim tunc litera dominicalis b. Epacta autem vii. & litera Martyrologii g, minusc.

QVID autem faciendum sit in regionibus remotioribus, in quibus correctio fieri non potest anno M D LXXXII. sed vel annno M D L XXXIII. vel M D LX XXIIII. vel M D L XXXV. dicetur post finem huius fragmenti Calendarii.



Digitized by Google

# OCTOBER.

Cui desunt decem dies pro correctione Anni Solaris.

| Cyclus Epact. Anni correction. MDLXXXII | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Kal. | 1 | Remigii Episcopi & Confess. |
| xxj | b | vi | 2 | |
| xx | c | v | 3 | |
| xix | d | iiij. No. | 4 | *Francisci Confess.* duplex. |
| viij | A | Idib. | 15 | Dionysii, Rustici, & Eleutherii martyrum. semiduplex. cum commemoratione S. Marci Papæ & Confessoris, & SS. Sergii, Bacchi, & Apuleii martyrum. |
| vij | b | xvii | 16 | Calixti Papæ, & mart. semiduplex. |
| vj | c | xvj | 17 | |
| v | d | xv | 18 | *Lucæ Euangelistæ.* dupl. |
| iiij | e | xiiij | 19 | |
| iij | f | xiij | 20 | |
| ij | g | xij | 21 | Hilarionis Abbatis. & comm. SS. Vrsulæ & sociarum virg. & mart. |
| j | A | xj | 22 | |
| ✳ | b | x | 23 | |
| xxix | c | ix | 24 | |
| xxviij | d | viij | 25 | Chrysanti, & Dariæ marty. |
| xxvij | e | vij | 26 | Euaristi Papæ & mart. |
| xxvi | f | vj | 27 | Vigilia |
| 25 xxv | g | v | 28 | *Simonis & Iudæ Apostolorum.* dup. |
| xxiiij | A | iiij | 29 | |
| xxiij | b | iij | 30 | |
| xxii | c | Pr. Kal. | 31 | Vigilia |



Digitized by Google

# NOVEMBER.

## ANNI CORRECTIONIS.

| Cyclus Epact. Anni correction. MDLXXXII | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxj | d | Kalend. | 1 | *Festum omnium Sanctorum* dupl. |
| xx | e | iiij | 2 | *Commemoratio omnium fidelium defunctorum.* dupl. & de oct. omnium SS. |
| xix | f | iij | 3 | De octaua. |
| xviij | g | Prid. | 4 | De octaua. & comm. SS. Vitalis & Agricolæ mart. |
| xvij | A | Non. | 5 | De octaua. |
| xvj | b | viij | 6 | De octaua. |
| xv | c | vij | 7 | De octaua. |
| xiiij | d | vj | 8 | Octaua omnium SS. dupl. & comm. SS. Quatuor Coronatorum mart. |
| xiij | e | v | 9 | *Dedicatio Basilicæ Saluatoris.* dup. & comm. S. Theodori mart. |
| xij | f | iiij | 10 | Tryphonis, Respicii, & Nymphę martyrum. |
| xj | g | iij | 11 | *Martini Episcopi & Confess.* dupl. & comm. S. Mennæ martyris. |
| x | A | Prid. | 12 | Martini Papæ, & mart. semidupl. |
| ix | b | Idib. | 13 | |
| viij | c | xviij | 14 | |
| vij | d | xvij | 15 | |
| vj | e | xvj | 16 | |
| v | f | xv | 17 | Gregorii Thaumaturgi Epis. & Conf. |
| iiij | g | xiiij | 18 | *Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli.* duplex. |
| iij | A | xiij | 19 | Pontiani Papæ & Martyris. |
| ij | b | xij | 20 | |
| j | c | xj | 21 | |
| ✳ | d | x | 22 | Cæciliæ virg. & mart. semidupl. |
| xxix | e | ix | 23 | Clementis papæ & mart. semid. & comm. S. Felicitatis martyris. |
| xxviij | f | viij | 24 | Chrysogoni mart. |
| xxvij | g | vij | 25 | *Catherinæ virg. & mart.* duplex. |
| 25 xxvj | A | vj | 26 | Petri Alexandrini Episc. & mart. |
| xxv xxiiij | b | v | 27 | |
| xxiij | c | iiij | 28 | |
| xxij | d | iij | 29 | Vigilia & comm. S. Saturnini mart. |
| xxi | e | Prid. | 30 | *Andreę Apostoli.* duplex. |



Digitized by Google

# DECEMBER.

## ANNI CORRECTIONIS.

| Cyclus E-pact. Anni correction. MDLXXXII | Lit. Do-mi-nic. | | Dies Men sis. | |
|---|---|---|---|---|
| xx | f | Kalen. | 1 | |
| xix | g | iiii | 2 | Bibianæ virg. & mart.commem. |
| xviij | A | iii | 3 | |
| xvij | b | Prid. | 4 | Barbaræ virg. & mart. commem. |
| xvj | c | Non. | 5 | Sabbæ Abbatis. commem. |
| xv | d | viii | 6 | Nicolai Episcopi & Confess. semid. |
| xiiij | e | vii | 7 | *Ambrosii Episcopi Confess. & Ecclesiæ Doct.* duplex. |
| xiij | f | vi | 8 | *Conceptio beatæ Mariæ* dupl. |
| xij | g | v | 9 | |
| xj | A | iiii | 10 | Melchiadis Papę & mart. comm. |
| x | b | iii | 11 | Damasi Papæ & Confessoris.semid. |
| ix | c | Prid. | 12 | |
| viij | d | Idib. | 13 | *Luciæ virginis & martyris.* duplex. |
| vij | e | xix | 14 | |
| vj | f | xviii | 15 | |
| v | g | xvii | 16 | |
| iiij | A | xvi | 17 | |
| iij | b | xv | 18 | |
| ij | c | xiiii | 19 | |
| j | d | xiii | 20 | Vigilia |
| ✳ | e | xii | 21 | *Thomæ Apostoli.* duplex. |
| xxix | f | xi | 22 | |
| xxviij | g | x | 23 | |
| xxvij | A | ix | 24 | Vigilia |
| xxvj | b | viii | 25 | *Natiuitas D. N. Iesu Christi.* dupl. |
| 25 xxv | c | vii | 26 | *Stephani Prothomartyris.* duplex. & comm. octa Natiuit. |
| xxiiij | d | vi | 27 | *Ioannis Apostoli & Euangelistæ*, duplex. & comme. Octau. |
| xxiij | e | v | 28 | *Innocentum martyrum.* dupl. & comm. octauarum. |
| xxii | f | iiii | 29 | Thomæ Cantuar. Episc. & mart. semid. & comm. octau. |
| xxi | g | iii | 30 | De Dominica infra octau. Natiuit. vel de octau. & comm. aliarum Octauarum. |
| 19 xx | A | Prid. | 31 | *Syluestri Papæ & Confess.* duplex. & comm. octauarum. |



Digitized by Google

# QVID OBSERVANDVM SIT, SI correctio Calendarij non fiat anno MDLXXXII.

IDEM prorsus fragmentum Calendarij anni correctionis MDLXXXII. assumendum est, quocumq; anno fiat correctio, & à iiii. Non. Octob. statim ad Idus Octob. transeundum, vt dictum est: sed festa inter diem S. Francisci, & diem S. Lucæ Euangelistæ celebranda erunt, vt sequitur.

Si correctio instituatur anno M D L XXXIII. dies festiuitati S. Francisci succedens dicatur Idus Octob. siue dies 15. Octob. & in eo celebretur festum SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii Mart. cum comm. S. Marci Papæ & Confess. & SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleij Mart. Die vero proxima, quæ est 16. Octob. diciturque xvii. Cal. Nouemb. fiat officium & Missa de Dominica xx. post Pentecosten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera dominicali F, in B. Die deinde sequenti, quæ est 17. Octob. diciturque xvi. Cal. Nouemb. dies festus agatur S. Calisti Papæ & Mart. Die vero 18. Octob. siue xv. Cal. Nouemb. celebretur festum S. Lucæ Euangelistæ; & ab hac die inclusiue reliqui festi dies agantur, vt in Calendario sunt descripti. Itaque anno M D L XXXIII. post detractionem x. dierum de mense Octobri erit litera Dominicalis b, Epacta autem vii. & litera Martyrologii g, minusc.

Si vero correctio instituatur anno M D L XXXIIII. Bissextili, in quo literæ Dominicales sunt E, D, primus dies festum S. Francisci insequens dicatur Idus Octob. siue dies 15. Octob. & in eo celebretur festum Sancti Marci Papæ & Confess. & comm. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleij martyr. Die vero proxima, quę est 16. Octob. diciturque xvii. Cal. Nouemb. dies festus agatur SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii martyrum. Die autem sequenti, quæ est 17. Octob. diciturque xvi. Cal. Nouemb. celebretur festum S. Calisti Papę & mart. Die vero 18. Octob. siue xv. Cal. Nouemb. celebretur festum S. Lucæ Euangelistę. Sequenti deinde die 19. hoc est, xiiii. Cal. Nouęb. dicatur officium, & Missa de feria vi. Dominicę xvii. post Pentecosten. quæ est secunda Octob. Et die insequenti, id est, xiii. Cal. Nouemb. fiat officium, & Missa de B. Virgine, vt in Sabbato fieri solet. Die autem 21. Octob. dicatur officium, & Missa de Dominica xviii. post Pentecosten, quę erit Dominica tertia Octobris, mutata litera Dominicali D, in G, vna cum commem. S. Hilarionis Abb. & SS. Vrsulæ, & sociarum Virg. & mart. &c. Itaque anno M D L XXXIIII. post detractionem x. dierum de mense Octobri erit litera Dominicalis G, Epacta autem xviii. & litera Martyrologii t.

QVOD si correctio instituatur anno M.D.L X X X V. primus dies post festum S. Francisci dicatur Idus, vel dies 15. Octob. & in eo celebretur festum S. Marci Papæ & Confess. cum comm. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleii, Mart. Die vero 16. Octob. dies festus agatur SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii Martyrum. Et die 17. Octob. fiat festum S. Calisti Papæ & martyris. Die vero 18. festum S. Lucæ Euangelistæ celebretur. At die 19. officium, & Missa dicatur de B. Virgine, quia sabbatum est. Die autem 20. fiat officium, & Missa de Dominica xix. post Pentecosten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera Dominicali C, in F, & cet. Itaque anno M D L X X X V. post detractionem x. dierum ex mense Octobri litera Dominicalis erit F, Epacta autem xxix. & litera Martyrologii N, maiusc.

EX his facile intelligetur, quid faciendum sit in quolibet alio anno, in quo fiet correctio, si diligenter obseruetur dies Dominica, & litera Dominicalis, quæ assumenda est. Anno vero, qui annum correctionis insequetur, vtendum erit Calendario Gregoriano Perpetuo, & adhibendi quoque Canones eiusdem Calendarii.

FINIS.

ROMA-

Digitized by Google

# ROMANI CALENDARII A GREGORIO XIII. P. M. RESTITVTI EXPLICATIO.

## CLEMENTIS VIII. P. M. IVSSV EDITA.

AVCTORE

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV.

## CAPVT PRIMVM.

*Quid in Sacris literis de Paſchæ celebratione præcipiatur, & quid de eadem à SS. Patribus, & Concilijs ſancitum ſit.*

PRAEMISSO Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarium ad Principes Chriſtianos miſſo, vnà cum Calendario Gregoriano perpetuo, accedamus iam ad ipſius Calendarii emendati atque correcti rationes explicandas: ac primum accuratè doceamus, quid in ſacris literis de Paſchæ celebratione præceptum ſit, & quid de eadem SS. Patres, & Concilia decreuerint. Non pauci enim, quòd rem hanc non ſatis intellexerint, ſine vlla cauſa correctionem iſtam Gregorianam reprehendere non ſunt veriti. Phaſe igitur ſiue Paſcha Hebræis præcipitur in Exodo cap. 12. his verbis: *Dixit quoque Dominus ad Moyſen, & Aaron in terra Aegypti. Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dicite eis: Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas,* & paulo infra: *& ſeparabitis eum vſque ad quartamdecimam diem menſis huius, immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam.* & poſt pauca: *Eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini.* & infra: *Habebitis autem hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam ſolennè Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno,* & paulo poſt: *Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſque ad diem vigeſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam.* Deinde Leuitici cap. 23. *Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperam Phaſe Domini eſt, & quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt.* Item Numerorum

Præceptum de Paſchæ celebratione ex Scriptura ſacra.

Digitized by Google

rorum cap. 9. *Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo, postquam egressi sunt de terra Aegypti, mense primo, dicens: Faciant filij Israel Phase in tempore suo, quartadecima die Mensis huius ad vesperam iuxta omnes ceremonias, & iustificationes eius.* & aliquanto post: *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam.* Numerorum quoque cap. 28. habentur hęc verba: *Mense autem primo, quartadecima die Mensis, Phase Domini erit, & quinta decima die solennitas.* Ex hisce omnibus locis manifestum est, præceptum à Deo fuisse Hebræis, vt Phase, siue Pascha celebrarent die quartadecima primi mensis ad vesperam.

Iudæi quando Pascha celebrabant ex præcepto diuino.

2 IS autem mensis Lunaris (mensibus enim Lunaribus Hebræi vtebantur) primus est, cuius dies xiiii. Lunæ (numerato etiam ipso die Nouilunii, siue Neomeniæ) cadit vel in diem æquinoctii verni, vel post æquinoctium primo occurrit. Colligitur hoc non obscure ex antiquioribus, & doctioribus Hebræis, qui semper Pascha secundum Cyclum Lunarem in Luna xiiii. cadente in æquinoctium, vel ipsum proxime sequente celebrandum esse tradiderunt. Cuius rei testis locupletissimus est Iosephus Iudæus lib. 3. Antiquitatum Iudaicarum, cap. 13. sic scribens: *Mense vero Xanthico, qui apud Nos Nisan appellatur, & est anni principium, quartadecima Luna, Sole opposito in Ariete, quo mense liberati sumus à seruitute Aegyptiorum, sacrificium, quod tunc egredientes ex Aegypto fecerunt, immolare nos annis singulis, (quod Pascha dicitur) celebrareque præcepit: & vtique celebramus illud per Tribus nostras, nihil immolatorum in crastinum reseruantes.* Quibus verbis aperte docet, quartamdecimam Lunam primi Mensis, qua Iudæi Pascha celebrabant, esse eam, quæ vel in æquinoctii diem cadit, vel quæ proxime æquinoctium consequitur: nimirum cum Sol est vel in principio, vel in aliquo Arietis gradu.

Mensis primus Iudæorũ quis.

IDEM sensisse Philonem Iudæorum doctissimum, & alios Iudæos antiquiores, clarissimis verbis docet Anatolius Laodiceæ vrbis Syriæ Episcopus, qui circa annum Domini 280. annis ferme 45. ante Concilium Nicænum floruit, qui postquam docuerat, (vt auctor est Eusebius, lib. 7. historiæ Ecclesiasticæ cap. 29.) annum, quod ad Paschæ celebrationem attinet, ab æquinoctio verno esse inchoandum, hęc subiungit. *Et ideo non parum delinquere dicimus eos, qui ante initium hoc noui anni* (id est, ante vernũ æquinoctium) *Pascha putant esse celebrandum. Sed nec à Nobis primum exordium sumit hæc ratio, sed ab antiquis Iudæis fuisse comprobata demonstratur, & ante aduentum Christi obseruata; sicut euidenter docet Philo, & Iosephus, sed & horum antiquiores Agathobulus, & ab eo eruditus Aristobulus ex Paneade, qui vnus ex illis 70. senioribus fuit, qui missi fuerant à Pontificibus ad Ptolemæum Regem Aegypti, Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem: quiq. multa ex traditionibus Mosi proponenti Regi, percunctantiq. responderunt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt, Pascha non prius esse immolandum, quam æquinoctium vernale transiret. Aristobulus vero etiam hoc addidit, in die Paschæ non solum obseruandum esse, vt Sol æquinoctium vernale transcendat, verum & Luna. Cum enim duo sint æquinoctia, Veris scilicet, & Autumni, æquis spatijs dirempta, & quartadecima Mensis primi sit statuta solennitas post vesperam, quando Luna Soli opposita deprehenditur è regione, sicut etiam oculis probare licet, inuenitur vtiq. vernalis æquinoctij partem Sol obtinens, Luna vero e contrario autumnalis. Legi in eorũ libris, & alijs multa de his validissimis assertionibus exposita, quæ euidenter ostendunt, Paschæ solennitatem omni genere post æquinoctium celebrandam.* Hæc Eusebius de Anatolio refert. Ex quibus liquet, vetustiores Hebræos, ac peritiores sumpsisse ex traditione Moysis, eam Lunam xiiij. primi mensis, quæ vel in æquinoctium incidit, vel ipsum proxime sequitur: ita vt Luna xiiij æquinoctium antecedens reiecta semper fuerit, vt inutilis, & quæ ad vltimum potius mensem anni, quam ad primum spectaret. Atque hæc in sacra & diuina scriptura, & à doctioribus Hebræis de Pascha Mosaico sancita sunt.

Ecclesia cur maluerit Pascha mobile esse quã fixum.

3 IAM vero tempore gratiæ post Legẽ Mosaicam, Ecclesia Catholica, etsi Ceremonialibus illis præceptis obstricta non erat, propterea quod legalia omnia per mortem & resurrectionem Iesu Christi cessauerunt, atque vim suam amiserunt, vt inter Sacros Doctores conuenit: voluit tamen Pascha Christianum, cuius Pascha Hebræorum figura fuit, atque vmbra, vagum quoque esse, ac mobile, non autem statum ac fixum; in eoque celebrando eadem, quæ Hebræi, obseruare, hoc est, æquinoctium vernum, & Lunam xiiij. primi mensis, propter sacramentum, & recondita mysteria, quæ in eiusmodi celebratione Paschæ resurrectionis Dominicæ includuntur, vt copiose à S. August. lib. 2. ad inquisitiones Ianuarii

Digitized by Google

rii cap. 1. & 2. ſcriptum eſt. Quare non audiendi ſunt, qui exiſtimant, (& ſane non defuerunt hoc tempore, qui ita ſentirent) Eccleſiam debere ſolẽnitatem Paſchę peragere ſtato ſemper die inſtar aliarum celebritatum, quæ fixę nuncupantur, atque immobiles, nulla habita ratione Lunæ primi menſis; hoc potiſſimum adducti argumento, vt Eccleſia ſe à difficultatibus & controuerſiis, quæ in Nouiluniis Paſchalibus oriri ſolent inter ſcriptores, liberet omnino, atque expediat. Non ſunt, inquam, audiendi, qui ita cenſent, (quamuis Eccleſia id ſuo iure vtens libere facere poſſet, & nemo eam ob id poſſet reprehendere, cum illud Paſchę præceptum ſit ceremoniale, quod iam ceſſauit, vt dictum eſt.) quia nunquam eo ritu celebrandi Paſcha Eccleſia Catholica vſa eſt, ſed ſemper in eo celebrando motum Lunæ ac Solis obſeruauit, ſancitumque ita fuit ab antiquiſſimis, ſanctiſſimiſque Pontificibus Romanis, necnon à Concilio primo Nicæno confirmatum, & aliis quamplurimis, vt mox dicemus. Quam ob rem conſuetudo hæc tam vetuſta nullo modo ſine graui aliqua cauſa infringenda videtur.

Dominica prima poſt Lunam xiiij. primi mẽſis Paſcha chriſtianum celebrandum eſſe.

4 CAETERVM in hoc Eccleſia à Iudæorum more diſceſſit, quod Paſcha non in ipſa quartadecima Luna primi Menſis, vt Hebræi, ſed in Dominica, quæ quartamdecimam Lunam primi menſis proximè conſequitur, celebrari iuſſit, propterea quod prima Dominica poſt Iudæorum Paſcha Dominus à mortuis reſurrexit. Quocirca quemadmodum Iudęi Paſcha celebrabant in decima quarta Luna, propter immolationem Agni, qui mortem Chriſti præfigurabat, ita nos in Paſcha reſurrectionis Chriſti memoriã, quę Dominico die contigit, celebramus. Veruntamen quoties dies xiiii. Lunæ primi menſis in diem Dominicum cadit, toties ſolennitatem Paſchæ trãsferri præcipit in ſequentem diem Dominicum, in quem nimirum Luna xxi. primi menſis incidit. Cuius rei duæ potiſſimum cauſæ à Patribus, & Scriptoribus afferuntur. Primum, ne in Luna xiij. ieiunium Quadrageſimale ſoluatur, aut (ſi tunc non ſoluatur, ſed in xiiij. Luna, vt Patres antiqui volebant) ne die Dominico ieiunare cogamur cum Hęreticis Manichæis, & ſequenti die Lunæ feſta Paſchalia incipiant. Non licuiſſe autem ante Lunam xiiij. primi menſis ſoluere ieiunium, liquido conſtat ex Euſebio lib. 5. Eccleſiaſticę hiſtoriæ cap. 23. vbi ſic ait. *In Prouincijs Aſiæ quæſtio non minima exorta eſt, velut ex antiqua eorum conſuetudine deſcendens, quod quartadecima Luna putarunt omni modo Paſcha celebrandum, quando videlicet Iudæis præcipitur agnus immolari, veluti neceſſario confirmantes, quacunque die ſeptimanæ quartadecima Luna veniſſet, ſolui debere ieiunium, cum talis conſuetudo in nullis prorſus alijs vnquam obſeruata fuiſſet Eccleſiis.* Idem docet B. Ambroſius in Epiſtola ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitutos, his verbis. *Vnde ſi inciderit, ſicut futurum eſt proxime, quartadecima Luna menſis primi die Dominica, quia neque Dominica ieiunare debemus, neque tertiadecima Luna, die ſabbati incidente, ieiunium ſoluere, (quod maxime die Paſſionis eſt exhibendum) in alteram hebdomadam celebritas Paſchæ eſt differenda.* Venerabilis etiam Beda libro de temporum ratione cap. 57. de eadem re ita ſcribit. *Conuenit itaque diligenter aduertere, vt quoties xiiij. Luna in Dominicum incurrit diem, in ſequentem ſeptimanam Paſchalem diem potius differamus, duplici hoc modo. Primum quidem, ne in xiij. Luna inuenta in ſabbati die ſoluamus ieiunium, quod conſequens non eſt, quod nec ipſa lex præcipit: deinde ne Dominica die Luna xiiij. coſtituta ieiunare cogamur, indecentem rem, illicitamque facientes. Hoc enim Manichæorum ſectæ conſuetudo poſſedit. &c.* Deinde ne vnquam cum Iudæis Paſcha celebremus, aut cum Quartadecimanis Hæreticis congruamus, qui legem Moſaicam cum Euangelio obſeruandam eſſe docebant.

Decretum S. Pij Papæ Mart. de celebratione Paſchæ die Dominico.

5 AT vero Paſcha celebrandum eſſe die Dominica, eaque prima poſt Lunam xiiij. primi menſis, nimirum poſt Paſcha Iudęorum, multis SS. Patrum auctoritatibus, & Conciliis Decretiſque confirmari poteſt. Primum quidem, celebrandum id non eſſe Luna xiiij. cum Iudæis, ſed Dominica die, ſtatuit Sanctus Pius Papa, & Martyr, decimus à B. Petro circa annum Domini 159. in Epiſtola Decretali, his verbis, vt habetur de Conſecr. Diſtin. 3. c. Noſſe. *Noſſe vos volumus, quod Paſcha Domini die Dominico annuis temporibus ſit celebrandum.* & paulo poſt. *Vnde & nos Apoſtolica auctoritate inſtituimus, omnes idem ſeruare debere, quia & nos idem ſeruamus: nec debetis à capite quoquo modo diſcedere.*

Decretum S. Victoris Papæ de Paſchæ celebratione die Dominico poſt Lunam xiiij. primi menſis.

ET S. Victor Papa item & Martyr, quartusdecimus à B. Petro, circa annum Domini 198. in Epiſtola ad Theophilum Cæſarienſem Epiſcopum, quæ habetur Diſtinct. 3. de conſecr. cap. Celebritatem, decernit clarius, Paſcha celebrari debere non qualibet die Dominica, ſed ea, quæ Lunam xiiij. primi menſis ſequitur, ita ſcribens. *Celebritatem ſancti Paſchæ die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem*

die

Digitized by Google

*die ſolemniter celebrare mandamus: quia non decet, vt membra à Capite diſcrepent, aut aliter gerant. A quarta decima vero Luna primi menſis vſque ad vigeſimam primam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas.*

AD hęc, idem à varijs Concilijs confirmatum eſt, atque ſancitum. Nam in Concilio primo poſt Apoſtolos, quod S. Victoris ſummi Pontificis, cuius proxime mentionem fecimus, hortatu in Cæſarea Palæſtinæ à compluribus Epiſcopis celebratum eſt, cui præfuerunt Theophilus eiuſdē vrbis Epiſcopus, Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorū, & Caſſius Eccleſiæ Tyri Epiſcopus, ita decretum eſſe, legimus apud Euſebiū lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, c. 23. *Conuentus Epiſcoporum, & Concilia per ſingulas quaſque Prouincias conuocantur, prorogatiſque ad ſe inuicem Epiſtolis de ſingulis quibuſq. locis, vnum omnes Eccleſiaſticum dogma confirmant. Ne liceat aliquando, niſi in die* Dominica, *in qua* Dominus *ſurrexit à mortuis,* Dominicum *Paſchæ celebrare myſterium, & in hac ſola ſoluendum eſſe Paſchale ieiunium.* De hoc decreto idem Theophilus in Epiſtola ſynodali, vbi explicat apertius Paſcha eſſe die Dominica poſt Lunam xiiij. celebrandum, ita ſcribit. *Conſtitutum eſt in illa ſynodo, vt ab xi. Calend. Aprilis vſque ad xij. Calend. Maij Paſcha deberet obſeruari, & nec antea, nec poſtea cuicunque limites tranſgrediendi ſit facultas. Similiter & de Luna præceptum Diuinum teneatur: mandatum per Moſen ſit vobis obſeruatum, à decima quarta Luna vſque ad vigeſimam primam. Has ergo ſeptem Lunas in Paſcha ſimiliter tenendo conſtat fuiſſe conſecratas. Quando ergo ſit inter illum limitem, ab xi. Calend. Aprilis vſque ad xij. Maij dies Dominicus, & Luna ex illis ſeptem ſanctificatis, conuenit nobis Paſcha, vt iuſtum eſt, obſeruare in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Ex hac conſtitutione patet, eo tempore Paſcha celebrari ſolitum à die 22. Martij, vſque ad 20. Aprilis, cui tamen tempori additi poſtea ſunt quinque alij dies, primo menſe id neceſſario exigente: ita vt Paſcha celebrari poſſit vſque ad 25. Aprilis incluſiue. Primus enim menſis non eſt ille, in quo Sol totum Arietem percurrit, vt videntur voluiſſe Patres in illa ſynodo Cæſarienſi, ſed cuius Luna xiiij. cadit in aliquem dierum à 21. Martij incluſiue, in quo Aequinoctium fit, vſque ad 18. Aprilis incluſiue. Ex quo ſequitur, vt Paſcha rite celebrari poſſit die 25. Apr. vt paulo poſt dicemus.

Decretum concilij Cæſariēſis in Palæſtina de celebratione Paſchæ poſt Lunam xiiij. primi Menſis.

DEINDE in celeberrima illa ſynodo Nicæna, trecentorum octodecim Epiſcoporum ſanctitate, & innocentia vitæ inſigniū, pręſentibus Sedis Apoſtolicę Legatis à Syluestro Papa eo miſſis, & Conſtantino Magno, cuius ſumptibus eſt celebrata, ſolenni ritu decretum idem eſt, ſiue potius confirmatum, atque renouatum communi omnium conſenſu. De qua re in Epiſtola ab eadem ſynodo ad Eccleſiam Alexandrinam, & ad fratres Aegyptum, Libyam & Pentapolim incolentes miſſa, hæc extant verba, vt refert Socrates lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 6. atque Theodoretus lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 9. *Quod autem ad omnium conſenſum de ſacratiſſimo feſto Paſchatis celebrando attinet, ſcitote quòd veſtris precibus controuerſia de ea re ſuſcepta prudenter, & commode ſedata eſt: ita vt omnes fratres, qui Orientem incolunt, quique Iudæorum conſuetudinem ante in eo feſto obſeruando imitari ſolebant, iam Romanos, nos, & omnes vos, qui eundem morem, quem nos, in illo recolendo à primis temporibus tenuiſtis, ſint conſentientibus animis in eodem celebrando deinceps ſedulo ſecuturi.* Ipſe quoque Imperator Conſtantinus Magnus elegantem Epiſtolam de eodem argumento ad Eccleſias ſcripſit, quæ quidem ab eiſdem ſcriptoribus affertur locis citatis.

Epiſtola Concilij Nicæni de Paſchæ celebratione.

DENIQVE idem fuit poſtea ſtabilitum, & ſub pœna anathematis præceptum in ſynodo Anthiochena, & in Concilio Chalcedonenſi 630. Epiſcoporum, quod ſub Leone Magno celebratum eſt, & in pleriſque alijs Concilijs.

Cōfirmatur decretum Concilij Nicæni de Paſchæ celebratione à Concilio Antiocheno, Chalcedonēſi, & alijs.

ETSI autem verba illa Nicæni Concilij expreſſe non explicant, quo die ſacroſanctum Paſcha celebrandum ſit, ſed ſolum cum Iudæis non eſſe obſeruandum, indicare videntur; non obſcure tamen ex his intelligi poteſt, conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ ſanctionemque Pij, ac Victoris Romanorum Pontificum, qua Paſcha die Dominico à Luna xiiij. ad xxi. vſque celebrandum præcipitur, confirmatam eſſe, atque renouatam: quippe cum aperte ſignificent, omnes orientales, qui prius cum Iudęis Luna xiiij. Paſcha celebrabant, conſentientibus animis Romanorum morem, qui Dominico die poſt Lunam xiiij. idem perpetuo obſeruant, amplexatos eſſe. Atque hanc eſſe magni illius Concilij de Paſchæ celebratione ſententiam, immo in eodem Canonem ea de re editum eſſe, innumerabiles pœne rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores docuerunt, è quibus Venerabilis Beda cum pluribus locis, tum pręſertim lib. 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum cap. 25. diſertis verbis idem confirmat, cum in quadam de Paſcha recte celebrando diſceptatione introducit Vuilfridum quendam, qui iuſſus à Rege dicere ſic exorſus eſt.

Concilium Nicænum confirmaſſe potius quam inſtituiſſe, Paſcha celebrandum eſſe die Dominica poſt Lunā xiiij.

PAS-

Digitized by Google

*PASCHA quod facimus (Loquitur autem de Paſcha celebrando die Dominico poſt xiiij. Lunam, vt ex ſequentibus liquet) vidimus Romæ, vbi B. Apoſtoli Petrus & Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt, & ſepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia, &c.* Deinde paulo poſt. *At vero Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima Sabbati reſurrexit à mortuis, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit, ita Paſcha faciendum intellexit, vt ſecundum conſuetudinem, ac præcepta Legis, xiiij. Lunam primi menſis, æque ſicut Ioannes, orientem ad veſperam ſemper expectaret: & hac exorta, ſi Dominica dies (quæ tunc prima ſabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipſa veſpera Paſcha Dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodie facere ſolemus: ſin autem Dominica non proximo mane poſt Lunam xiiij. ſed xvi. aut alia qualibet Luna vſque ad xxi. eſſet uentura, expectabat eam, & præcedente Sabbato veſpere ſacroſancta Paſchæ ſolemnia inchoabat, ſicque fiebat, vt Dominica Paſchæ dies non niſi à xv. Luna vſque ad xxi. ſeruaretur. Neque hæc Euangelica & Apoſtolica traditio Legem ſoluit, ſed potius adimplet, in qua obſeruandum Paſcha à xiiij. Luna primi menſis ad veſperam, vſque ad xxi. Lunam eiuſdem menſis ad veſperam præceptum eſt: in quam obſeruantiam imitandam, omnes S. Ioannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum eius, & omnis per orbem Eccleſia conuerſa eſt: & hoc eſſe verum Paſcha, hoc ſolum fidelibus celebrandum, Nicæno Concilio non ſtatutum nouiter, ſed confirmatum eſt, vt Eccleſiaſtica docet hiſtoria.*

Sententia Bedæ. Concilium Nicænum renouaſſe Eccleſiaſticũ Decretũ de Paſchæ celebratione poſt Lunã xiiij. primi mẽſis Dominico die.

BEATVS quoque Ambroſius in Epiſtola 83. ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitutos de eadem ſolennitate Paſchali ſic ſcribit. *Non mediocris eſſe ſapientiæ, diem celebritatis definire Paſchalis, & Scriptura diuina nos inſtruit, & eruditio Maiorum, qui conuenientes ad ſynodum Nicænam inter illa fidei, vt vera, ita admiranda Decreta, etiam ſuper celebritate memorata, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum ἐνναεσκαιδεκαετηρίδα nuncuparunt; ſequentes illud, quod non debeamus vana quádam opinione ſuper celebritate huiuſmodi fluctuare, ſed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbique ſacrificium pro reſurrectione Domini deferatur.* Infra autem clarius exponens, quę in Nicæna ſynodo decreta ſunt, hæc ſubiungit. *Duo autem ſunt obſeruanda in ſolemnitate Paſchæ, quartadecima Luna, & primus menſis, qui dicitur nouorum.* Et aliquanto poſt, cum docuiſſet, Dominico die Paſcha eſſe celebrandum, ita rurſus ait. *Incipit autem menſis non ſecundum vulgarem vſum, ſed ſecundum conſuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies eſt xij. Calend. Aprilis, &c.*

Sententia B. Ambroſij de celebratione Paſchæ ex decreto Concilij Nicæni.

IN hac Epiſtola duo pręcipuè declarat S. Ambroſius; primum, Paſcha ex decreto Concilij Nicæni celebrandum eſſe Dominica die poſt xiiij. Lunam primi menſis, qui ab æquinoctio incipit. Quibus verbis explicat, primum menſem eſſe eum, cuius Luna xiiij. in æquinoctium incidit, id eſt, in diem xxj. Martij, vel proximè ſequitur. Cum enim dicit, primum menſem ab æquinoctio incipere, & non ante, non vult Nouilunium primi menſis ab æquinoctio ſumi debere, ſed Lunam xiiij. Alioqui nunquàm Paſcha celebrari potuiſſet ante diem 4. Aprilis; quippe cum hac ratione Luna xiiii. Paſchalis omnium prima in diem 3. Aprilis incideret: cum tamen apertè in eadem epiſtola doceat, ſuo tempore ex Concilii Nicæni ſententia, Paſcha menſe Martio eſſe celebratum. Voluiſſe autem eum, aſſumendum eſſe Dominicum diem poſt xiiii. Lùnam, perſpicuum eſt. Nam in eadem epiſtola aſſerit, Paſcha in ſequentem hebdomadam differendum eſſe, quando Dominica dies in Lunam xiiii. incidit, vt ſupra ex eadem hac Ambroſii epiſtola tradidimus. Secundo loco docet, Patres Nicæni Concilii decreuiſſe, Lunam xiiii. primi menſis inquirendam eſſe per Cyclum Aurei numeri decennouennalem: quippe qui eius diſpoſitionem in Calendario peritiſſimis in calculandi arte, nimirum Euſebio Epiſcopo Cęſarienſi, & Alexandrinis Aegyptiis commiſerint.

Euſebio Cæſarienſi, & Alexãdrinis curam à Nicæno Concilio datam eſſe Cycli aurei numeri.

QVOD Idem planius Beda profitetur libro de temporum ratione, cap. 42. vbi in hunc modum ſcribit. *Decennouennalis circuli ordinem primus Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, ob quartasdecimas Lunas feſti Paſchalis, ipſumque diem Paſchæ inueniendum compoſuit, eo quod Luna cuiuslibet ætatis poſt tantum temporis ad eundem redeat anni Solaris diem: non quod Aegyptus, vel cætera per Orientem Chriſti Eccleſia verum eatenus Lunæ curſum, vel diem neſcierit rite inuenire Paſchalem, ſed quia ea, quæ ipſis temporibus annuatim cum labore inueſtigata, & per Orbem mandata, ſæpius in quæſtionem uenire ſolebant, facilius præfixa ſemel regula circulari, ſemper obſeruari, & ſine ſcrupulo ambigendi poterant ediſci.* Huc accedit, quod idem Beda lib. de ratione Computi cap. 16. docet, Cycli



Digitized by Google

decennouēnalis ordinem primum Euſebium Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopum compoſuiſſe: Idemque repetit lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſt. gentis Anglorum cap. 22. ex Epiſtola Ceolfridi Abbatis ad Regem Naitanum, vbi hęc verba habentur. *Itaque per æquinoctialem Solis exortum, poſt completam diem primi menſis quartamdecimam, quę cuncta ex lege obſeruanda accepimus, expectamus adhuc, monente Euangelio, in ipſa hebdomada tertia tempus diei Dominicę, & ſic demum uotiua Paſchæ noſtri feſta celebramus, ut indicemus, nos non cum antiquis excuſsum Aegyptiæ ſeruitutis iugum uenerari, ſed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Chriſti autem reſurrectione completa eſt, deuota fide ac dilectione colere, ut de reſurrectionis etiam noſtræ, quam eadem die Dominica futuram credimus, ſpe nos certiſſima gaudere ſignemus. Hic autem, quem uobis ſequendum monſtramus, computus Paſchæ decennouennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc eſt, ipſis Apoſtolorum temporibus iam ſeruari in Eccleſia cępit, maxime Romæ, & Aegypti, ut ſupra diximus, ſed per induſtriam Euſebij, qui à B. Martyre Pamphilo cognomen habet, diſtinctius in ordinē compoſitus eſt, ut quod eatenus per Alexādriæ Pontificem ſingulis annis per omnes Eccleſias mandari conſueuerat, iam deinde congeſta in ordinem ſerie Lunæ quartædecimæ, facillime poſſet ab omnibus ſciri.* Ex his omnibus teſtimoniis liquido conſtat, Paſcha ex Eccleſię præcepto non alia die celebrandum eſſe, niſi Dominica prima poſt Lunam xiiii. primi menſis.

Morem celebrandi Paſcha die Dominico poſt Lunā xiiij. primi menſis temporibus Apoſtolorum incepiſſe, eſſeque traditionem Apoſtolicam.

6 IAM vero hoc non eſſe nouum aliquod Pontificum, Conciliorumque Decretum, ſed ab exordio naſcentis Eccleſię morem hunc perpetuo viguiſſe Romæ, & apud pleraſque alias Eccleſias, vt non cum Iudæis Luna xiiii. ſed die Dominico Paſcha celebraretur, atque adeo ab Apoſtolis ita traditum eſſe, ſatis perſpicue ex nonnullis auctoritatibus, quas adduximus, colligi poſſe videtur: quippe cum in Epiſtola Nicæni Concilii diſertis verbis contineatur, morem illum celebrandi Paſcha Romanos, Alexandrinos, atque Aegyptios à primis temporibus tenuiſſe. Clarius id ex locis Bedę intelligitur, cum dicat B. Petrum, cum Romæ prædicaret, Paſcha, ita eſſe faciendum intellexiſſe; eſſeque hanc conſuetudinem, Euangelicam & Apoſtolicam traditionem: necnon ita ſeruari cępiſſe in Eccleſia ipſis Apoſtolorum temporibus, maxime Romæ, & in Aegypto. Clariſſime vero idem affirmat Ceolfridus Abbas apud eundem Bedam lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum cap. 22. vbi ſic habetur. *Si ergo fieri poſſet, vt ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in Lunam xv. Dominica dies incurreret, vno ſemper eodemque tempore cum antiquo Dei populo, quanquā ſacramentorum genere diſcreto; ſicut vna, eademque fide, Paſcha celebrare poſſemus. Quia vero dies ſeptimanæ non æquali cum Luna tramite procurrit, decreuit Apoſtolica traditio, quæ per B. Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam, & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo ueſpera diei quartædecimæ, expectetur etiam dies Dominica à quintadecima vſque ad uigeſimamprimam diem eiuſdem menſis.*

EVSEBIVS quoque lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 22. teſtatur cęteras Eccleſias, Aſianis exceptis, per vniuerſum Orbem terrarum diſperſas conſuetudinem tenuiſſe, vt non alio die, quàm eo, quo Saluator à mortuis reſurrexit, ieiunia diſſoluerentur. Præterea S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in omnibus ſermonibus Heortiſticis, qui plurimi ſunt, & in quibus ſolenne ieiunium quadrageſimale, diem feſtum Paſchæ, & Pentecoſtes populo indicebat quotannis, pronunciat ſemper Paſcha celebrari tali die menſis in Dominica, ſecundum Euangelicas, vel Apoſtolicas traditiones. Rurſus idem S. Cyrillus in Epiſtola ad Innocentium Papam I. (quam citant Ioannes Stoſlerinus in Calendario Romano, propoſ. 32. ſub initium, & Albertus Pighius libro de ratione Paſchalis celebrationis, & Calendarii reſtitutione, propoſ. 8.) ſic ait. *Sanctum Paſchæ myſterium, eiuſque ſacra ſolennitas, ſicut eſt à Saluatore noſtro, & ab Apoſtolis tradita, illibata manſiſſet, ſi eam quorundam inſipientium peruerſitas inter cętera fidei ſacramenta minime contaminaſſet, &c.* Dubitandum autem non eſt, quin de Paſcha poſt Lunam xiiii. primi menſis in Dominica celebrando loquatur, cum ita celebrandum eſſe, conſtanter ſemper aſſeruerit, ex doctrina Theophili patrui ſui, & prædeceſſoris in Epiſcopatu Alexandrino, vt ex ſermonibus Heortiſticis patet, in quibus perpetuo Paſcha Dominico die celebrandum populo proponit.

POSTREMO euidenter hoc confirmatur ex Epiſtola Protherii Præſulis Alexandrini ad B. Leonem Papam I. qui per Martianum Imperatorem procurauerat, vt Epiſcopus Alexandrinus Cyclum Paſchalem Theophili accuratius explicaret. Ita enim ea in Epiſtola legi-

Digitized by Google

*tasdecimas vero Lunas Paschæ à duodecimo Calendarum Aprilium vsque in decimumquartum Calendas Maias: Porro diem Paschæ Dominicum ab vndecimo Calendarum Aprilium vsque in septimum Calendarum Maiarum; & hoc in Luna xv. vsque in xxi. esse quærendum.* Quibus verbis aperte primam Lunam xiiii. Paschalem Beda in die æquinoctii collocat, & vltimam in die 18. Aprilis; ac proinde vult primum mensem, id est, Paschalem esse eum, cuius Luna xiiii. cadit vel in diem æquinoctij, vel ipsum proxime sequitur. Idem apertius declarat cap. 43. eiusdem libri in hunc modum. *Qui vtrique (anni scilicet communes & emboliſmici) ſicut ſupra dictum eſt, ab exordio primi menſis, quem Hebræi Niſan vocant, hoc eſt, ab accenſione Lunæ Paſchalis initium ſumunt, cuius exordium menſis hac regula debet obſeruari: ut nunquam Luna Paſchæ xiiij. uernum præcedat æquinoctium, ſed uel in ipſo æquinoctio, hoc eſt, duodecimo Calendarum Aprilium, uel eo tranſgreſſo, legitima procedat. Vnde fit, ut ab octauo Iduum Martiarum die vſque in Nonarum Aprilium diem Lunaris anni ſint quærenda primordia. Ipſa autem Luna xiiij. cum primum xij. Calendas Apriles, cum nouiſſime xiiij. calendas Maias occurrendo, diem feſti Paſchalis ab xi. Calendas Aprilis vſque in vij. Calendas Maias faciat inquirendum.* Idem repetit cap. 57. his verbis. *Nam quæ poſt xiiij. Lunam Dominica dies occurrit, ipſa eſt Paſchalis Dominicæ Reſurrectionis dies, quæ quidem xiiij. Luna primum in æquinoctio, id eſt, xij. Calendarum Aprilium, vltimum vigeſimo nono ab hinc die, id eſt, xiiij. Calendarum Maiarum ſub veſpere proceſſum terris oſtendit.* Denique cap. 60. hoc modo loquitur. *Cuius primi menſis, ſeptemque eius dierum azymorum nunc regula talis eſt, vt quæ poſt æquinoctium xv. Luna occurrerit, primi menſis intelligatur, & hæc quemcunque ſeptem dierum, vſque ad xxi. Dominicum acceperit, Paſchalis feſti gaudijs aptum porrigat.*

9 ITAQVE eum tria, ex decretis SS. Pontificum, & Conciliorum, vt diximus, in recta Paschæ celebratione, vnde cætera mobilia festa pendent, obseruet Romana, & Catholica Ecclesia: Aequinoctium vernum: Lunam xiiij. primi mensis, & primam Dominicam post illam Lunam xiiij. declarandum iam est, quam rationem Ecclesia secuta sit, vt v biuis locorum eodem tempore à fidelibus sacra Paschę solennitas perageretur, hoc est, vt tria illa, quæ ad eius celebrationem necessaria esse diximus, ab omnibus eodem modo, inquirerentur, ita vt nulla prorsus discrepantia in eis existeret.

Tria in celebratione Paschæ obseruanda ex decretis Pontificum & Conciliorum.

10 PRIMVM igitur, ne cuiuis libera concederetur potestas errandi in æquinoctio, & die xiiij. Lunæ primi mensis, ac Dominico die ad celebrandum Pascha definiendo, statutum est à Patribus Concilij Nicæni, vt æquinoctio verno tribueretur dies 21. Martij, quo die tunc, aut circiter, æquinoctium fiebat. Ex quo fit, vt illa dies xiiij. Lunæ, quæ antecedit diem 21. Martii, censeatur pertinere ad vltimum anni mensem, non autem ad primum, ac proinde apta non sit ad Paschæ celebritatem: quæ vero dies xiiij. Lunæ in diem 21. Martij cadit, vel si non eum in diem incidit, quæ post diem 21. Martij primo loco occurrit, legitima sit ad Pascha celebrandum. Ex his perspicuum est, omnia Nouilunia, ac sola, quæ ab 8. die Martii vsque ad 5. Aprilis contingunt inclusiue, esse Paschalia, quæ sunt numero 29. nimirum 24. in posterioribus 24. diebus Martii, & 5. in prioribus 5. Aprilis diebus, quamuis ante anni restitutionē in 29. illis diebus Ecclesia vsurpauerit tātummodo nouendecim Nouilunia, quod nouemdecim aurei numeri, quibus vtebatur, dies solum 19. occuparent. Nunc vero post emendationem Calendarii, Epactę in singulis illis 29. diebus Nouilunium accidere posse ostendunt. Esse autē omnia illa 29. Nouilunia, ac sola Paschalia, liquido constat, cum illorum 29. mensium Lunarium nulla dies xiiii. Lunæ diem 21. Martii, in quo æquinoctium constitutum est, antecedat, sed cuiusque dies xiiii. æquinoctii diem, quem diximus, consequatur, primo Nouilunio excepto, cuius dies xiiii. in ipsum diem 21. incidit: cuiusuis autem alterius Nouilunij diem 8. Martij antecedentis dies xiiij. æquinoctium præueniat, diem denique xiiij. Nouilunij cuiuslibet, quod diem 5. Aprilis subsequitur, altera iam dies xiiij. Lunæ anteceſſerit Paschalis, vt perspicuum est. Quæ cum ita sint, liquet Pascha semper posse, ac debere celebrari in aliquo dierum à 22. Martij vsque ad 25. Aprilis: adeo vt primum Pascha ac citimum celebrari possit die 22. Martij, postremum vero atque vltimum die 25. Aprilis: totaq. solennitas Paschalis latitudinem habeat 35. dierum, quorum priores 10. ad finem Martij, posteriores autem 25. ad principium Aprilis pertineant. Nam quando dies 21. Martij est dies Sabbati, & in eundem dies xiiij. Lunæ cadit, quæ prima Paschalis est, erit sequenti die Dominico, id est, die 22. Martii, solennitas Paschæ, atque ante hunc diem Pascha celebrari ritè non potest, neque vnquam ad hanc diem post Concilium Nicænum celebratum est. Quando item dies

Aequinoctio verno diem 21. Martij à Nicæno Concilio tributum esse.

Quot diebus anni, & quibus Pascha celebrari possit ex Nicæni Concilij decreto.

18. Apri-

Digitized by Google

18. Aprilis est dies Dominicus, & in eundem dies xiiii. Lunæ incidit, quæ postrema Paschalis est, celebrabitur Pascha proximè sequenti die Dominico, nimirum die 25. Aprilis, post quem diem Pascha ex decreto Concilij Nicæni sine flagitio celebrari non potest. Atque hosce terminos Paschales Concilii Nicæni auctoritate constitutos accepimus, qui ex collocatione æquinoctii in 21. die Martii necessario colliguntur, vt diximus.

11 DEINDE vt in Nouilunijs, atque adeo in diebus xiiij. Lunæ nulla inter Christianos amplius dissensio oriretur, quemadmodum à Concilio Nicæno vsque ad tempora ferme Iustiniani Imperatoris acciderat, sed omnes eisdem diebus primam diem Lunæ pronunciarent, dispositi fuere a Dionysio Abbate 19. aurei numeri ab Alexandrinis accepti per dies in Calendario tali artificio, vt quilibet ei diei cuiusuis mensis præfigeretur, in quo Nouilunium accidebat illo anno, quo aureus ille numerus præfixus in vsu erat. Itaque currente aureo numero 1. fiebat toto eo anno Nouilunium in illa die cuiusque mensis, cui præfixus erat aureus numerus 1. Currente vero aureo numero 2. fiebat Nouilunium eo die, qui aureum numerum 2. præfixum habebat; atque ita de cæteris: Ita vt Nouilunia in diuersos semper dies cuiusuis mensis inciderent, quemadmodum & omnes 19. aurei numeri diuersis diebus mensium ascripti erant; donec 19. anni essent transacti, post quos iterum aureus numerus erat 1. Nouiluniaque propterea ad eosdem redibant dies, &c. Sed hac de re plura reperies, vbi de anno Lunari disputabimus.

Nouilunia per aureos numeros in Calendario dispositos inuestigata esse ante correctionē anni, vt omnes ijs dē diebus Næomænias celebrarent.

POSTREMO vt omnibus constaret, quando esset dies Dominica, institutus fuit Cyclus Literarum Dominicalium continens 28. annos, vt litera Dominicali cuiusuis anni cognita, nulla esset in diei Dominicæ, atque adeo in solenitatis Paschalis celebratione diuersitas apud Christianos.

cyclum literarum Dominicalium esse inuentum, vt in Dominico die celebrando nulla esset dissensio.

# CAPVT II.

## *Calendarium cur corrigi debuerit, & in quo eius correctio consistat.*

Aequinoctium, Nouiluniaq. tēpore, quo Calendarium à Gregorio corrigebatur, non eisdem diebus contigisse, quibus tempore Concilij Nicæni fiebant.

IMNIA, quæ in Paschæ celebritate à fidelibus obseruanda esse diximus, recte sane ac sapienter auctoritate Nicęni Concilij definita sunt, & ab alijs Concilijs, summisque Pontificibus confirmata. Verum quia æquinoctium vernum nostra tempestate non amplius contingebat die 21. Martij, sed 11. ferme die. Nouilunia item non recte per aureos numeros in Calendario collocatos indicabantur, sed quatuor diebus, & amplius, serius, quam oportebat, (cuius rei causam suis locis aperiam) factum est, vt Pascha sæpenumero contra sanctionem Concilij Nicænj vsque ad hoc tempus celebratum sit. Nam quoniam, vt supra diximus, primus mensis Lunaris, atque adeo Paschalis est ille, cuius dies xiiij. Lunæ vel in diem æquinoctij Verni cadit, vel ipsum proxime sequitur; æquinoctium autem Vernum hoc tempore ante correctionem Calendarij circa diem 11. Martij contingebat: sequitur, vt omnes Lunæ xiiij. à die 11. Martij vsque ad 20. fuerint ex prescripto Concilij Nicæni Paschales, hoc est, primi mensis, quas tamen, tanquam eas, quæ ad vltimum mensem spectarent, & æquinoctium antecederent, Ecclesia semper respuit; propterea quod æquinoctium Vernum diei 21. Martij cum Concilio Nicæno affixit. Ex quo factum est, vt quotiescunque Lunæ dies xiiij. diem 10. Martij sequebatur, & 21. diem antecedebat, (quod quidem accidit, quotiescunque in vsu fuit aliquis ex his aureis numeris 3. 6. 8. 11. 14. 19.) hac nostra tempestate ante Calendarij restitutionem, Pascha mense secundo celebratum sit. Atque hic error in dies obscure serpens longius progressus esset, nisi remedium per anni correctionem esset adhibitum: adeo vt progressu temporis, omnes Lunæ xiiij. Paschales reiectæ essent, tanquam inutiles, semperque Pascha in secundo mense, immo tandem in tertio, quarto, &c. atque in ipsa æstate fuisset celebratum: quod fuisset sane absurdissimum, & Patrum decretis omnino contrarium. Eueniisset autem hoc successu temporis, quia æquinoctium perpetuo versus mensium initium ascendisset per vnum diem spatio 134. annorum, vt paulo post docebimus. Hinc enim effectum esset, vt quando æquinoctium à die 21. Martij diebus 29. recessisset, aut pluribus, nimirum post annum 4100. nullum Pascha in primo mense fuisset celebratum.

Quælunationes ex Conc. Nic. Paschales reiectæ fuerint, tanquam non Paschales ante correctionem Calendarij, propter errorē æquinoctij.

Quādo Pascha in mense secundo ante correctionē celebratum sit, propter æquinoctij errorem.

Nisi Calendarium fuisset correctum, accidisset post aliquot annos Pascha semper in secūdo mense, tertio quarto, &c. celebrari, propter æquinoctij versus initia mensium ascensum.

2 DEINDE propter quatuor illos dies, & amplius, quibus Nouilunia, vt diximus,

Digitized by Google

Campanus aperte teſtatur, ac docet, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xiiij. à Nouilunio Cycli.

EX his igitur omnibus conſtat, Paſcha recte ac legitime celebrari poſſe, immo vero ex decretis Patrum celebrandum omnino eſſe Luna xv. hoc eſt, in oppoſitione Luminarium, ſi tunc dies Dominicus ad fuerit. Atque hanc conſuetudinem videmus ſemper in Eccleſia tam orientali, quam occidentali conſeruatam eſſe. Semper namque primo Dominico die poſt Lunam xiiii. Paſcha ad noſtram vſque ætatem celebratum eſt. quod quoties à temporibus Niceni Concilii vſque ad Gregorianam correctionem factitatum ſit, paulo infra percenſebimus.

7 VERVM enimuero auctoritates omnes, quas attulimus, intelligendas eſſe de Luna xiiii. à Nouilunio Cycli numeranda, vt Campanus docet, (hoc enim ſolum perfugium aduerſariis relinquitur, vt dicant, Lunam xiiii. numerandam eſſe poſt diem Nouilunii, quem Cyclus offert) liquido conſtat ex aureo numero in Calendariis Eccleſiaſticis inſcripto per Dionyſium Abbatem, quo ſemper vſa eſt Eccleſia vſque ad annum 1582. quo Calendarium eſt emendatum; & ex terminis Paſchalibus prefinitis, qui omnes cadunt in Lunæ diem xiiii. ab aureo numero propoſiti anni incluſiue ſupputatum. Ita inter aureum numerum xvi. qui diei octauo Martii præfixus erat, (Infra capite 9. cum de aureo numero in Calendario deſcribendo agemus, reperies Calendarium uetus cum aureis numeris, quo ante annum correctum vſa eſt Eccleſia) & diem 21. eiuſdem, in quem cadit ex vſu Eccleſię eius numeri aurei quartadecima, vides interiectos eſſe dies 12. atque à die 8. incluſiue vſque ad diem 21. incluſiue numerari dies 14. Eademque ratio eſt de cæteris aureis numeris. Quis ergo tam proiectus erit ad audendum, vt nouo more atque inſtituto, à Nouilunio Cycli ad terminum Paſchalem præcipiat numerari dies 15.? Certe hoc eſſe contra Canones, Decreta Pontificum, & doctrinam Patrum, ex eo manifeſtiſſime conuincitur, quod cum à Concilio Niceno ad hæc vſque tempora, primum nouilunium Paſchale diei octauo Martii tributũ ſit, vt perpetuus Eccleſiæ vſus docet, ſi Paſcha poſt Lunam xv. à Nouilunio putatam, vt aduerſarii contendunt, celebrandum foret, nunquã potuiſſet celebrari die 22. Martii, cum hic dies ſit ab illo nouilunio quintusdecimus; cum tamen à Concilio Nicæno ad correctionem vſque anni, decem Paſchata die 22. Martii celebrata ſint, ex centum ſeptuaginta quinque, quæ Luna xv. celebrata ſunt, vt paulo poſt oſtendam: Neque illud dicere poſſunt, nouilunium primum Paſchale collocandum eſſe in die 7. Martii, quia nemo vnquam hoc aſſeruit, neque vero ſeptimo diei vllus aureus numerus fuit affixus, vt per eum Nouilunium ibidem indicaretur. Iam cum vltimum Nouilunium Paſchale in vſu Eccleſiæ ſemper inciderit in diem 5. Aprilis, ſi ab eo quindecim dies eſſent numerandi, ſtatuendus eſſet terminus Paſchalis ipſius in 19. Aprilis, ac proinde, ſi is foret Dominicus, transferendum eſſet Paſcha in 26. Aprilis, quod inauditum eſt ac nouum. Videtis igitur, (vos nouos Legislatores appello) quando Luna xiiij. vno die preuenit plenilunium, quod in Dominicum diem incidat, Paſcha in ipſo plenilunio celebrari ab Eccleſia, neque vnquam, hoc eſſe prohibitum, conuincetis: immo ſæpiſſime id factitatum eſſe à Concilio Nicæno vſque ad correctionem Gregorianam, reperietis. Id quod diſcere etiam facile potuiſſetis ex tabula antiqua feſtorum mobilium. Cum enim in ea præcipiatur Paſcha celebrandum in proxima Litera Dominicali ſub aureo numero, qui quidem Lunam xiiij. indicat, ſiue Paſcha Iudæorum; quis non videt, ſi Dominicalis litera infra aureum numerum proxime reperiatur, (quod non raro euenit) Paſcha celebrari Luna xv. hoc eſt, in plenilunio? Ac ne in cuiuſque animo vel minimus ſcrupulus reſideat, atque tota res luce clarior ſit, collegi in Tabula, quam mox ſubijciam, 175. annos, quibus Paſcha celebratum eſt ſtatim poſt Lunã xiiij. à Nouilunio numeratã, à quibus nonnullos annos reperies, in quibus Paſcha plenilunium anteceſſit præſertim prope Concilij Nicæni tempora, annis videlicet 326. 330. 346. 350. 370. 441. 475. 495. nimirum in ſpatio 170. annorum, quod infra cap. 18. numero 5. oſtendam, cum de Luna xiiij. verba faciemus. Neque vero Eccleſia de hiſce qualibuſcunque erroribus magnopere laborauit, quamuis eos viderit. Id modo cauit, vt Canon Concilii vbiuis terrarum æquabiliter ſeruaretur, quo Paſcha poſt Lunam xiiii. celebrari præcipitur, licet interdum, ſed raro, propter Cycli diſpoſitionem, ante Plenilunium ageretur. Ex quo efficitur, Cyclum, quoad eius fieri poteſt, ita ordinandum eſſe in Calendario, vt Lunæ xiiii. Paſchales vno tantum die, nunquam autem duobus, niſi rariſſimè, (cum id nullus Cyclus vitare poſſit, vt ſuo loco monſtrabo) anteuertant plenilunium. Id quod Cyclus Epactarum in Calendario Gregoriano

Quo pacto Cyclus in Calendario diſponẽdus ſit, vt rectè xiiij Lunam oſtẽdat.



Digitized by Google

riano exquisitissime prestat, cum in eo in 551. annis post correctionem anni 1582. numerandis, nimirum anno 2133. semel tantum Pascha ante plenilunium medium celebretur, & in annis 3418. quindecies solum, vt cap. 18. Num 7. & cap. 22. num. 4. trademus, vbi fusius hac de re scripturi sumus; cum tamen hoc ipsum in Cyclo aurei numeri Concilii Nicæni octies contigerit spatio 170. annorum, vt paulo ante dixi, atque id quidem prope eius Concilii tempora, quando Cyclus ille approbatus est: quanquam quatuor ex illis annis attigerint in die Paschæ aliquo modo plenilunium medium, cum id ante Solis occasum contigerit, vt ex tabella, quam cap. 18. num. 5. proponemus, liquet. quod quidem non esse absurdum, cum id nullus Cyclus vitare possit, cap. 22. numero 4. docebimus.

SED ecce vobis annos 175. quibus Pascha Luna xv. celebratum est, vt exemplo etiam cognoscatis, quam temere conati sitis conuellere statum Paschatis Christiani, quod mouere non possetis. Ac ne de huius tabulę fide quisquam addubitet, conflata ea est ex Cyclo magno Dionysiano 532. annorum, & ex antiqua Tabula festorum Mobilium: Apposui autem eisdem annis aureos numeros, literasque Dominicales respondentes, vt cuiuis planum fiat, tum Pascha Luna xv. secundum Canones esse celebratum. Litera porro A, Aprilem; M, Martium significat, iuxta diem Paschæ descripta.

| Anni Domini. | Aurei numeri. | Literæ Dominicales. | Pascha | Anni Domini. | Aurei numeri. | Literæ Dominicales. | Pascha. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 326 | 4 | B | 3 A | 570 | 1 | E | 6 A |
| 330 | 8 | D | 19 A | 584 | 15 | B A | 2 A |
| 340 | 18 | F E | 30 M | 587 | 18 | E | 30 M |
| 346 | 5 | E | 23 M | 588 | 19 | D C | 18 A |
| 350 | 9 | G | 8 A | 590 | 2 | A | 26 M |
| 370 | 10 | C | 28 M | 594 | 6 | C | 11 A |
| 374 | 14 | E | 13 A | 604 | 16 | E D | 22 M |
| 394 | 15 | A | 2 A | 614 | 7 | F | 31 M |
| 398 | 19 | C | 18 A | 618 | 11 | A | 16 A |
| 401 | 3 | F | 14 A | 638 | 12 | D | 5 A |
| 414 | 16 | D | 22 M | 658 | 13 | G | 25 M |
| 425 | 8 | D | 19 A | 662 | 17 | B | 10 A |
| 441 | 5 | E | 23 M | 665 | 1 | E | 6 A |
| 445 | 9 | G | 8 A | 682 | 18 | E | 30 M |
| 465 | 10 | C | 28 M | 685 | 2 | A | 26 M |
| 469 | 14 | E | 18 A | 689 | 6 | C | 11 A |
| 475 | 1 | E | 6 A | 709 | 7 | F | 31 M |
| 489 | 15 | A | 2 A | 713 | 11 | A | 16 A |
| 493 | 19 | C | 18 A | 733 | 12 | D | 5 A |
| 495 | 2 | A | 26 M | 743 | 3 | F | 14 A |
| 496 | 3 | G F | 14 A | 753 | 13 | G | 25 M |
| 499 | 6 | C | 11 A | 757 | 17 | B | 10 A |
| 509 | 16 | D | 22 M | 760 | 1 | F E | 6 A |
| 519 | 7 | F | 31 M | 763 | 4 | B | 3 A |
| 520 | 8 | E D | 19 A | 767 | 8 | D | 19 A |
| 523 | 11 | A | 16 A | 777 | 18 | E | 30 M |
| 536 | 5 | F E | 23 M | 780 | 2 | B A | 26 M |
| 540 | 9 | A G | 8 A | 783 | 5 | E | 23 M |
| 543 | 12 | D | 5 A | 784 | 6 | D C | 11 A |
| 560 | 10 | D C | 28 M | 787 | 9 | G | 8 A |
| 563 | 13 | G | 25 M | 804 | 6 | G F | 31 M |
| 564 | 14 | F E | 13 A | 807 | 10 | C | 28 M |
| 567 | 17 | B | 10 A | 808 | 11 | B A | 16 A |



Digitized by Google

| Anni Domini. | Aurei numeri. | Literæ Dominicales. | Pascha. |
|---|---|---|---|
| 811 | 14 | E | 13 A |
| 828 | 12 | E D | 15 A |
| 831 | 15 | A | 2 A |
| 835 | 19 | C | 18 A |
| 838 | 3 | F | 14 A |
| 848 | 13 | A G | 25 M |
| 851 | 16 | D | 22 M |
| 852 | 17 | C B | 10 A |
| 858 | 4 | B | 3 A |
| 862 | 8 | D | 19 A |
| 872 | 18 | F E | 30 M |
| 878 | 5 | E | 23 M |
| 882 | 9 | G | 8 A |
| 902 | 10 | C | 28 M |
| 906 | 14 | E | 13 A |
| 926 | 15 | A | 2 A |
| 930 | 19 | C | 18 A |
| 933 | 3 | F | 14 A |
| 946 | 16 | D | 22 M |
| 953 | 4 | B | 3 A |
| 957 | 8 | D | 19 A |
| 973 | 5 | E | 23 M |
| 977 | 9 | G | 8 A |
| 997 | 10 | C | 28 M |
| 1001 | 14 | E | 13 A |
| 1007 | 1 | E | 6 A |
| 1021 | 15 | A | 2 A |
| 1025 | 19 | C | 18 A |
| 1027 | 2 | A | 26 M |
| 1028 | 3 | G F | 14 A |
| 1031 | 6 | C | 11 A |
| 1041 | 16 | D | 22 M |
| 1048 | 4 | C B | 3 A |
| 1051 | 7 | F | 31 M |
| 1052 | 8 | E D | 19 A |
| 1055 | 11 | A | 16 A |
| 1068 | 5 | F E | 23 M |
| 1072 | 9 | A G | 8 A |
| 1075 | 12 | D | 5 A |
| 1092 | 10 | D C | 28 M |
| 1095 | 13 | G | 25 M |
| 1096 | 14 | F E | 13 A |
| 1099 | 17 | B | 10 A |
| 1102 | 1 | E | 6 A |
| 1116 | 15 | B A | 2 A |
| 1119 | 18 | E | 30 M |
| 1120 | 19 | D C | 18 A |
| 1122 | 2 | A | 26 M |
| 1126 | 6 | C | 11 A |
| 1136 | 16 | E D | 22 M |
| 1146 | 7 | F | 31 M |
| 1150 | 11 | A | 16 A |
| 1170 | 12 | D | 5 A |
| 1190 | 13 | G | 25 M |
| 1194 | 17 | B | 10 A |
| 1197 | 1 | E | 6 A |
| 1214 | 18 | E | 30 M |
| 1217 | 2 | A | 26 M |
| 1221 | 6 | C | 11 A |
| 1241 | 7 | F | 31 M |
| 1245 | 11 | A | 16 A |
| 1265 | 12 | D | 5 A |
| 1275 | 3 | F | 14 A |
| 1285 | 13 | G | 25 M |
| 1289 | 17 | B | 10 A |
| 1292 | 1 | F E | 6 A |
| 1295 | 4 | B | 3 A |
| 1299 | 8 | D | 19 A |
| 1309 | 18 | E | 30 M |
| 1312 | 2 | B A | 26 M |
| 1315 | 5 | E | 23 M |
| 1316 | 6 | D C | 11 A |
| 1319 | 9 | G | 8 A |
| 1336 | 7 | G F | 31 M |
| 1339 | 10 | C | 28 M |
| 1340 | 11 | B A | 16 A |
| 1343 | 14 | E | 13 A |
| 1360 | 13 | E D | 5 A |
| 1363 | 15 | A | 2 A |
| 1367 | 19 | C | 18 A |
| 1370 | 3 | F | 14 A |
| 1380 | 13 | A G | 25 M |
| 1383 | 16 | D | 22 M |
| 1384 | 17 | C B | 10 A |
| 1390 | 4 | B | 3 A |
| 1394 | 8 | D | 19 A |
| 1404 | 18 | F E | 30 M |
| 1410 | 5 | E | 23 M |
| 1414 | 9 | G | 8 A |
| 1434 | 10 | C | 28 M |
| 1438 | 14 | E | 13 A |
| 1458 | 15 | A | 2 A |
| 1462 | 19 | C | 18 A |
| 1465 | 3 | F | 14 A |
| 1478 | 16 | D | 22 M |
| 1485 | 4 | B | 3 A |
| 1489 | 8 | D | 19 A |
| 1505 | 5 | E | 23 M |
| 1509 | 9 | G | 8 A |
| 1529 | 10 | C | 28 M |
| 1533 | 14 | E | 13 A |
| 1539 | 1 | E | 6 A |
| 1553 | 15 | A | 2 A |
| 1557 | 19 | C | 18 A |
| 1559 | 2 | A | 26 M |
| 1560 | 3 | G F | 14 A |
| 1563 | 6 | C | 11 A |
| 1573 | 16 | D | 22 M |
| 1580 | 4 | C B | 3 A |

Digitized by Google

NEC vero id proprium Ecclesiæ Latinæ, siue occidentalis fuit, vt statim post Lunam xiiii. à Nouilunio putatam Pascha celebraret, si proxime insequens dies sit Dominicus: eundem perpetuo morem tenuit ac tenet Orientalis Ecclesia, quod patet ex tabulis, & regulis inueniendorum festorum mobilium, quibus orientales vtuntur, & quas tempore Gregorij xiij. Ignatius Patriarcha Antiochenus Romam attulit, nobisque omnibus, qui ad Calendarium corrigendũ congregati eramus, inspiciendas obtulit. Age vero, quis non videt, (id quod paulo etiam ante diximus) si Pascha non posset celebrari Dominico die, qui in plenilunium, siue Lunam xv. incidit, illud celebrandum esse Luna xxij.? & quidẽ si dies 19. Aprilis foret Dominicus incidens in plenilunium Paschale, differendum esse & in Lunam xxij. & in diem xxvi. Aprilis.? Atqui hoc nunquam est auditum, & prorsus Canonibus contrarium est, vt ex ijs, quæ diximus, liquet. Toto igitur cœlo errant, qui asserunt, in plenilunio Pascha non posse celebrari.

8 HIS ita constitutis, Pascha dominico die post Lunam xiiij. primi mensis celebrandum esse, explicandum paulo diligentius est, primum Mensem esse eum, cuius Luna xiiij. in æquinoctii diem incidit, vel eundem proxime consequitur, vt supra asseruimus. Non enim desunt, qui primum mensem aliter definiendum censeant, (quod quidem illis per imprudentiam potius excidisse puto, quam vt mordicus sententiam suam tueri velint.) eum videlicet mensem appellantes primum, cuius Nouilunium diei æquinoctii propinquius est. Sed hi maxime decipiuntur. Nam cum fieri possit, vt duo Nouilunia æqualiter ab æquinoctij die distent, vnum quidem ante, alterum vero post, ambigi posset, ac merito, vtrum illorum pro Paschæ celebritate eligendum foret. Constituto enim, verbi gratia, æquinoctio in 21. die Martij, si plenilunium medium, siue oppositio Luminarium media (Medijs enim motibus potius, quam veris, hoc in negotio vtitur Ecclesia, vt cap. 4. ostendemus.) incidat in meridiem diei 21. Martii, tanto interuallo à meridie diei 21. aberit Nouilunium medium, quod diem æquinoctij præcedit, quanto ab eodem distat Nouilunium Medium, quod eundem diem æquinoctii subsequitur; cum vtrumque à medio plenilunio absit diebus 14. horis 18. min. 22. sec. 2. fere, vt suo loco exponemus. Quocirca iure optimo ambigere quis possit, vtrum ex duobus illis Nouiluniis ad primum mensem spectet. Manifestius hoc ex Cyclo decennouennali aurei Numeri intelligetur, quo Ecclesia Catholica à Concilio Nicæno vsque ad hanc Calendarii correctionem vsa est. In eo namque aureus Numerus 8. positus erat & ad diem 6. Martij, & ad diem 5. Aprilis. Quare cum vterque dies æquali spatio à die 21. Martii remotus sit, quod tam inter diem 6. & 21. Martij, quam inter diem 5. Aprilis, & 21. Martii dies 14. interijciantur, ambiguum erit, num Nouilunium diei 6. Martii Paschale sit, an potius illud, quod die 5. Aprilis contingit.

Error quorundam in primo mense definiendo.

IDEM quoque apparet ex Cyclo Epactarum noui Calendarii, quem quidem recte in eo distributum esse per mensium dies, postea demonstrabimus. Cum enim Epacta xxv. ordinaria apposita quoque sit & ad diem 6. Martii, & ad 5. Aprilis, orietur necessario eadem ambiguitas de primo mense Paschali eligendo: maiorque difficultas existet, quando Epacta xxiiii. in vsu est, quod eius Nouilunium die 7. Martii contingens sit æquinoctio, hoc est, diei 21. Martii propinquius, quam Nouilunium eiusdem, quod die 5. Aprilis accidit: quippe cum inter diem 7. Martii, & 21. interponantur tantum dies 13. inter diem autem 5. Aprilis & 21. Martii interiecti sint dies 14. Ex sententia ergo eorum, qui ex Nouilunio primum Mensem arbitrantur esse metiendum, foret Nouilunium illud diei 7. Martii Paschale, aliud vero in diem 5. Aprilis incidens reijciendum esset, tanquam non Paschale. quod omnino falsum est, & contra vsum vetustissimum Ecclesiæ Catholicæ, quæ Nouilunium diei 7. Martij respuit, atque sequens, quod die 5. Aprilis accidit, Paschale statuit, non aliam ob causam, nisi quod prioris dies 14. cadat in diem 20. Martij ante æquinoctium, atque ob id ad vltimum mensem anni referendum sit.

Mensem primũ recte dici eum, cuius Luna xiiij in diem æquinoctij incidit, vel eum proxime sequitur.

RECTIVS ergo primus mensis describitur per Lunam xiiij. quæ vel in æquinoctii diem incidit, vel eum proxime consequitur, vt & à nobis factum est, & ante nos à cõpluribus scriptorib. Ecclesiast. comprobatũ, præsertim à Venerabili Beda hac in re exercitatissimo cũ aliis in locis, tum in his paucis, quæ in confirmationem nostræ sententiæ adducenda censuimus. Libro ergo de temporum ratione cap. 49. aduersus Victorium quendam, qui aliter primum mensem, & Lunas quartasdecimas Paschales supputabat, ita scribit, *Nos Aegyptiam calculandi disciplinam, quæ & tuo iudicio, (Alloquitur autem Victorium) & vniuersalis Ecclesiæ consensu verior apparet, omnibus sequendam nouimus: Initiam videlicet primi Mensis ab octauo Iduum Martiarum vsque in Nonarum Aprilium diem: quar-*

*tas*

Digitized by Google

legitur, vt refert Venerabilis Beda libro de temporum ratione, cap. 42. & in libello de æquinoctio ad Vuichenredum ipso initio, & Ioann. Stoflerinus, atque Albertus Pighius locis citatis. *Lætificauerunt me literæ dilectionis tuæ, quas frater Coepiscopus noster Victorius pio apportauit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrinæ Ecclesiæ Præsule talia scripta ad sedem Apostolicam mitterentur, quæ ostenderent, magisterio B. Petri Apostoli Paschalis festi computum ab initio per Beatum Marcum eius discipulum didicisse Aegyptios, quod etiam constat didicisse Romanos, &c.* Clarissimum autem est, in hac Epistola verba fieri de Paschæ celebratione post Lunam xiiij. primi mensis: quippe cum ita celebratum semper sit Romæ, & Alexandriæ. Quare cum dicat Protherius, id Romanos quidem à Sancto Petro, Alexandrinos vero à S. Marco didicisse, liquet eum asserere, Pascha hoc modo obseruandum esse, ex traditione Apostolica.

Pascha semper celebratum esse & celebrari debere Dominica prima post Lunam xiiij. etiamsi ea Dominica in Lunam xv. incidat: contra quosdã, qui id negant.

SED vt magis confirmatum relinquatur, Pascha celebratum esse semper, præsertim in Ecclesia Romana, ac celebrari debere Dominica proxima post Lunam xiiij. primi mensis, etiamsi ea Dominica in Lunam xv. incidat: quod nonnulli obstinate hoc tempore, nescio quo consilio adducti, negare ausi sunt, considerandas adhuc proponimus sequentes auctoritates. Venerabilis Beda libro de temporum ratione, cap. 58. postquam docuit Dominicam diem, quæ post xiiij. Lunam occurrit, esse Paschalem Dominicæ Resurrectionis diem, paulo post subiungit. *Et si fieri posset, vt eadem omnibus annis Sabbati die Luna xiiij. contingeret, nihil nostræ Paschalis obseruantiæ tempus à Legali differeparet. Nam & ipsi iuxta Legis edicta semper xiiij. Luna primi mensis ad vesperam immolantes, & comedentes agni immaculati carnem, sanguinemque illius ad repellendum exterminatorem nostris postibus aspergentes, id est, aquam Baptismi, & Paschalium celebrantes solennia Missarum, spiritalem superaremus Aegyptum, atque illucescente mane, in Luna xv. eiusdem mensis primum Azymorum diem intraremus, septemque dies eiusdem celebritatis legitimos à mane quintidecimi diei vsque in vesperum vigesimiprimi mensis ipsius, id est, à Dominico Paschæ vsque in Dominicum octauarum Paschæ debita cum veneratione compleremus. Sed quoniam Lunæ dies eadem diuersas septimanæ deuoluitur in ferias, inde fit, vt qui propter Resurrectionem nostri Redemptoris in Dominicum diem Paschæ initium referua re docemur, aliquoties nostra festiuitas septimo post Legalium azymorum exordium die sumat ingressum.* Nonne vident hoc loco contrarium sentientes, Bedam apertissime docere Dominicum diem Paschæ cadere posse in Lunam xv. atque tunc quidem rectissime Pascha celebrari?

IDEM clarissime tradit cap. 60. vbi sic ait. *Nam cum in veteri Testamento tribus argumentorum indicijs Paschale tempus sit obseruari præceptum; videlicet, vt post æquinoctium, vt mense primo, vt tertia eius septimana, id est, à vespera xiiij. Lunæ, quod est initium xv. vsque in vesperam, id est, terminum xxi. celebretur; quarta in eiusdem obseruatione regula est nobis à tempore Dominicæ resurrectionis imposita, vt cum æquinoctio transcenso, Lunam primi mensis xiiij. vesperi ortum facere viderimus, non statim ad faciendum Pascha prosiliamus, sed Dominicum diem, quo ipse Pascha, id est, transitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de poena ad gloriam resurgendo facere dignatus est, expectantes, in ipso tandem congrua Paschæ solennia celebremus.* Et paulo post. *Quoties ergo diem Dominicum mox, aduentante xiiij. Luna, habemus, nil nostrum tempus Paschale à Legali dissonat, quamuis alijs sacramentorum generibus eiusdem Paschæ solennia colimus. Quoties vero secundo, uel tertio, uel quarto, uel quinto, uel sexto, uel septimo ab hinc die idem Dominicus occurrerit, ne sic quidem Legem, aut Prophetas soluimus, sed Euangelicæ potius gratiæ sacramentis adimplemus.* Quam quidem Ecclesiæ consuetudinem ex Theophilo Alexandrino Episcopo quoque confirmat: Idemque cap. 61. & 62. & alijs sæpe repetit, atque inculcat. Quin etiam lib. 4. cap. 5. hist. Eccles. tradit, decretum esse in Anglicano quodam Concilio coram Rege, vt die Dominico post Lunam xiiij. primi mensis Pascha celebraretur. Nec vero id decretum tunc solum, sed etiam omnibus deinceps seculis obseruatum est.

B. ISIDORVS Hispalensis, qui floruit anno Domini circiter 630. lib. 1. de Ecclesiast. off. cap. 31. id ipsum ostendit, cum ait. *In tertia hebdomada Lunæ Pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit Dominicus à quintodecimo in uigesimum primum.* Ecce quam aperte docet, Pascha celebrandum esse die Luna xv. si Dominica est. Si n. quis proterue affirmare velit, celebrandum esse Pascha, ex sententia B. Isidori, Dominico die post Lunam xv. vsque ad Lunam xxi. cogetur omnino fateri, eo anno, quo dies Dominicus in



Digitized by Google

Lunam decimamquintam incidit, aut nullum haberi Pascha, cum vsque ad Lunam xxi. inclusiue nullus alius dies Dominicus occurrat, aut certè Pascha celebrandum esse Luna xxij. quod non admittit B. Isidorus: quippe, qui Dominicam Paschæ vltra Lunam xxi. non extendat.

RABANVS deinde Archiepiscopus Moguntinus, qui vixit anno circiter 855. lib. 2. de instit. Cler. cap. 39. eadem prorsus illa verba Isidori repetit, enumeratque omnes terminos Paschales, quos hodieque in Ecclesia à Concilio Nicæno acceptos obseruari cernimus, hisce verbis. *Initium primi mensis obseruandum est ab octauo Iduum Martiarum, usque in Nonarum Aprilium diem: quartadecima uero Luna Paschæ à duodecimo Calendas Aprilis usq. in decimumquartum Calendas Maÿ quærenda est. Porro dies Paschæ Dominica, ab undecimo Calendas Aprilis, usq. in septimũ Calendas Maÿ: & hoc à Luna quintadecima, usque ad uigesimamprimam. Nunquam ergo contingere potest, ut Luna quartadecima primi mensis ante uernale Aequinoctium, quod fit in xÿ. Calendas Aprilis, eueniat.* Videsne Rabanum docere, Pascha agi posse vndecimo Calendas Aprilis, hoc est, die xxij. Martij, post primam xiiij. Paschalem, quam in die xxj. Martij collocat, ac proinde Luna xv.? Et paulo infra recitat idem Rabanus illa verba Venerabilis Bedæ, quæ nos paulo ante recensuimus ex lib. de temporum ratione cap. 58. & 60.

RVPERTVS Abbas Tuitiensis, qui scripsit anno fere 1124. lib. 6. de Diuin. off. cap. 27. loquens de Paschate Christianorum habet hæc verba. *Diuinæ namque auctoritatis est, & ex antiqua Lege Moysi traditum, ut non celebretur ante primi mensis plenilunium, uidelicet ubi primum plena Luna post uernale occurrit Aequinoctium.* Vbi à Paschæ celebratione solum excludit Lunam xiiij. primi mensis, non autem Lunam xv. siue plenilunium.

GVLIELMVS Durantus in Rationali Diuinorum officiorum lib. 8. c. 12. diligenter exponit omnes 29. Lunas xiiij. Paschales non semel, sed sæpius, non vno, sed pluribus modis docens, in Ecclesia primã Lunam xiiij. Paschalem esse xij. Calend. Aprilis, & vltimam xiiij. Calen. Maij: post quas semper Pascha celebrari oporteat Dominico die; vbi etiam disertis verbis affirmat, Pascha Hæbreorum semper celebrari in xiiij. Luna, & in sequenti Dominica adesse nostrum Pascha. Nunquam ergo excludit Lunam xv. si fuerit Dominica, quin in ea Pascha possit peragi. Libro quoque 6. cap. 78. asserit iussu Domini Pascha celebrandum esse in plenilunio, hoc est, non quidem ante plenilunium, sed in aliquo septem dierum tertiæ hebdomadæ, quæ incipit post Lunam xiiij. primi mensis in Luna xv. siue Plenilunio.

POSTREMO hoc ipsum cõmuni consensu omnes Computistæ, quotquot de Paschę celebratione scripserunt, constãter asseuerant, vt Io. de Sacrobosco in Cõputo Ecclesiastico: Io. Stoflerinus in Calendario Romano: Cãpanus in Computo Maiori: & Paulus Middelburgensis Episcopus Forosempronienſis in sua Paulina (Ita. n. inscripsit immensum illud volumen de recta Paschę celebratione, & de vero die Passionis D. Nostri) pluribus locis, sed prȩcipue non longe à principio lib. 12. hunc in modum scribit. *Nos ergo in supputatione Lunæ Paschalis, diem oppositionis Luminarium uocabimus Lunam xv. quæ si in die Dominico inciderit, eodem die Pascha celebrandum annotabimus, iuxta Canonem à SS. Patribus in Nicæna synodo institutum, quo Pascha celebrari præcipitur die Dominico à xiiij. Luna usque ad xxi. hoc est, die Dominico primo post xiiij. Lunam.* quo quid poterat dici clarius? Cum enim oppositionem Luminarium siue plenilunium, vocet Lunam xv. Solis luce clarius est, eum Lunam xiiij. non appellare plenilunium. At videant, qui Lunam xv. à solennitate Paschali conantur excludere, quanta inter Patres & alios scriptores sit consensio. Apud neminem eorum reperient, Pascha celebrandum esse die Dominico post Lunam xv. primi mensis, sed semper post Lunam xiiij. Et erit quisquam qui existimet, plus paucos hosce aduersarios, (ne dicam obtrectatores) quam omnes illos eruditissimos viros vidisse, qui à nascentis Ecclesiæ primordijs ad nostra vsque tempora per manus quasi traditam ab Apostolis de Paschæ celebratione doctrinam diligentissime conseruarunt? Nam Campanus, qui vnus ex omnibus Computi scriptoribus quartãdecimam Paschalẽ appellat plenilunium, id propterea facit, quia finis Lunę xiiij. quando Iudęi Agnum comedere iubebantur, principium est Lunæ xv. siue Plenilunij, vel quia plerunque Luna xiiij. ex cyclo inuenta in diem Plenilunij incidit, propterea quod cyclus debet Lunam indicare primam, siue nouã, vno die post Nouiluniũ cęleste: id quod diligentissime in Calendario Romano (quantum Cyclus permittit) obseruandum curauimus. Argumento est, quod deinde idem

Cam-

Digitized by Google

mus, ſerius, quam res poſtulabat, per aureos numeros in Calendario indicabantur, ſæpe accidebat, vt Paſcha celebraretur Luna xxv. quando nimirum Luna xiiij. per aureum numerum inuenta, quæ verius erat Luna xviij. incidebat in diem Dominicum, ac proinde Paſcha in ſequentem Dominicum diem differebatur. Hoc autem manifeſte repugnat Decretis ſummorum Pontificum, & Concilij Nicæni, quæ ſemel, atque iterum inculcant, Paſcha celebrandum eſſe à Luna xiiij. primi menſis excluſiue, vſque ad xxj. eiuſdem incluſiue. Sane ab anno 1500. vſque ad annum 1582. quo correctum eſt Calendarium, hoc eſt, in ſpatio 83. annorum, feſti dies Paſchæ 54. fuerunt non rite celebrati, & tantum 29. rite. Et niſi reſtitutum eſſet Calendarium, in reliquis 17. annis vſque ad annum 1600. duodecies Paſcha perperam celebratum eſſet, quinquies duntaxat recte. Atque eiuſmodi error, niſi remedio aliquo ei eſſet occurſum, maior deinceps euaſiſſet: Ita contigiſſet, vt ſacroſanctum Paſcha Luna xxx. atque adeo in Nouilunio ipſo, ſiue Luna j. & Luna ij. iij. &c. celebraretur. Quæ res quantum incommodi ſecum allatura fuerit, & quam abſona atque abſurda, ne dicam ridicula, fuerit euaſura, nemo eſt, qui non videat.

Quando Paſcha ante correctionem celebratũ ſit Luna xxv. ob Nouiluniorum per aureos numeros inuentorum errorem.

Niſi correctum fuiſſet Calendarium, Paſcha celebrari contigiſſet, Luna ij. iij. &c. ob errorem Nouiluniorũ, quæ per aureos numeros inquirebantur

EX hoc errore æquinoctij verni, & Lunæ xiiij. factum eſt, vt Paſcha ſæpiſſime celebratum ſit 7. aut 28. aut 35. diebus tardius hoc ſeculo, quam Decreta Patrum præcipiunt. Id quod vſuuenit hiſce annis, 1565. 1568. 1576. 1579. Idemque euenisſet, ſi emendatum non fuiſſet Calendarium, annis 1595. 1598. 1603. 1606. 1614. & pleriſque alijs, in quibus omnibus erratum eſſet in Paſchæ celebratione diebus 35. & eo amplius, vt annos omittam, in quibus vel vigintiocto, vel ſeptem dierum error commiſſus eſſet. quod perſpicue apparebit ex capite 22. vbi Paſchæ ſolemnitates, aliaque feſta mobilia annorum 3401. ab anno 1600. ad annum vſque 5000. ſupputauimus, cum erroribus, qui ſecundum vſum Eccleſiaſticum commiſſi eſſent, ſi Calendarium vetus retentum fuiſſet; ex quibus omnibus feſti dies Paſchæ tantum 265. ſecundum Calendarium antiquum reperiuntur legitimi, alij vero 3136. contra Patrum Decreta celebrati, & quidem 581. cum errore 35. dierum, ac 881. cum errore 42. dierum & 49. cum errore 49. dierum: vt illa Paſchata omittam, quæ errorem habent 7. 14. & 28. dierum, quæ plurima ſunt. Immo (quod abſurdius eſt) poſt annum 2698. nullum amplius Paſcha legitimum reperitur, qui quidem error in plures dies progreſſu temporis excreuiſſet, niſi correctum eſſet Calendarium.

Ob errorẽ æquinoctij, & Lunæ xiiij. ex aureis numeris inuentæ, ſæpe in celebritate Paſchæ contigiſſe errorem 7. aut 28. aut 35. dierum ante emendationem Calẽdarij.

Committi contigiſſet in Paſchæ celebratione poſt multos annos errorem 42. dierum & amplius, niſi correctum eſſet Calendarium.

4 PRAETER hæc incommoda, & abſurda in Paſchæ ſolemnitate peragenda, multa alia in alijs rebus fuiſſent conſecuta, ſi Calendarij emendatio inſtituta non fuiſſet. Primum enim Natalis dies Redemptoris noſtri, qui à primis Patribus prope ſolſtitium hyemale celebrabatur, ad æquinoctium vernum; Incarnationis autem dies eiuſdem, qui die 25. Martij prope æquinoctium vernum celebratus ſemper fuit, relicto æquinoctio verno, ad ſolſtitium æſtiuum; dies denique Natalis S. Ioannis Baptiſtę, qui prope æſtiuum ſolſtitium à veteribus colebatur, ad autumnale ę quinoctium prolapſurus fuiſſet. quæ omnia abſurda ſunt, & abſona. Nam quod præcurſor filij Dei tempore ſolſtitij æſtiui natus ſit, & quod ipſe filius Dei carnem ſumere voluerit æquinoctij verni tempore, & prope hyemale ſolſtitium naſci; myſterio carere putandum non eſt, ſed ex ordinatione diuina ita ab æterno ſtatutum fuiſſe, omnino eſt exiſtimandum: id quod multi ex SS. Patribus affirmant, eleganterq. docent. Solẽnitates igitur quæ in harum rerum memoriam Eccleſia Catholica inſtituit, iiſdem anni temporibus peragendæ ſunt, quibus diuina voluntate prę-ordinatę fuerint. Noſtra vero ætatę, antequam Calendarium corrigeretur, longe aliter celebrabantur: ſiquidem omnes dies feſti, quos immobiles appellamus, decem diebus integris à locis, in quibus à primis Patribus fuerunt collocati, recefferant: quot nimirum diebus æquinoctia, atque ſolſtitia ſedes ſuas à Concilio Nicæno ad noſtra vſque tempora in Calendario anteuerterant.

Incõmoda Hiſtoriarum, temporum, & præcipuarum anni celebritatum, ſi Calendarium emendatum non eſſet.

HVC accedit, quod noſtris temporibus ante anni reſtitutionem Nouilunia, ætaſque Lunæ in Eccleſijs nunquam recte fuerit pronunciata, propter aurei numeri imperfectionẽ, quod ferendum non erat; cum in primitiua Eccleſia menſium Lunarium magna ſemper habita fuerit ratio: quippe cum in Martyrologio vna cũ die menſis Solaris etiam dies Lunaris menſis, (qui mos adhuc in Eccleſia laudabiliter conſeruatur) conſueuerit pronũciari.

POSTREMO propter imperfectam Solaris anni magnitudinem, qua Eccleſia ſemper vſa eſt, menſes omnes in Calendario retrocedebant, hoc eſt, tempus illud anni, quod nunc nomine menſes Iunij intelligitur, & in quo ſolſtitium æſtiuum continetur, pedetentim verſus menſem Maium prorepebat, ita vt, retrocedente menſe Iunio, ſolſtitium æſtiuum progreſſu temporis futurum fuiſſet in menſe Maio: dies Caniculares in Iunio, qui

nunc

Digitized by Google

nunc in Iulio reperiuntur. Ver, quod nunc est in Martio, in Februario: solstitium denique hybernum, quod in Decembri nunc contingit, in Nouembri. Deinde durante adhuc isto errore, æstiuum solstitium prolapsurum fuisset in Aprilem; Dies caniculares in Maium; Ver in Ianuarium; hybernum denique solstitium in Octobrem; & sic deinceps omnia hæc in alios atque alios menses fuissent progressa. Ex quo sequeretur, non solum celebritates dierum festorum à suis sedibus, vt diximus, deturbari, verumetiam omnem ordinem Ecclesiasticum in diuinis officijs persoluendis hactenus obseruatum, mirum in modum subuerti atque immutari. Sunt enim ita ordinata, ac distincta diuina officia, vt certis anni temporibus certæ quædam lectiones, historiæue in horis canonicis ex sacra scriptura recitentur, quę quidem per certos etiam menses quosdam sunt dispositæ. Cum ergo menses omnes ex vna in aliam, atque aliam anni partem, nullo puncto temporis intermisso, migrarent, vt dictum est, si Calendarium mansisset non correctum, atque emendatum, quis non videt, Lectiones, historiasque ex Scriptura sacra alio anni tempore recitandas fuisse, quam quo institutæ reperiuntur? Quod etiam multo magis de quibusdam Prophetijs, quales potissimum sunt illæ, quæ in quatuor temporibus in sacrosancto Missæ sacrificio leguntur, dicendum est. Omitto, si Calendarium non fuisset restitutum historias, tam diuinarum, quam humanarum rerum, & Chronographias, obscurandas fuisse, quę tanta cura, diligentiaque à nostris Maioribus conscriptæ fuerunt, & quarum cognitio non parum adiumenti commoditatisque publicè priuatimque afferre solet. Non minus quoque perturbarentur eæ, quæ in Antiquorum libris de Agricultura, & Nautica scripta sunt. Non raro enim præcipitur, hoc in isto mense esse factitandum, & illud in alio, his aut illis diebus anni instituendam esse nauigationem, in alijs vero nauigationem esse periculosam; quæ omnino amplius non seruarentur, cum menses, vt dictum est, mutassent anni partes, quæ quidem omnes ad æquinoctium, quod in Martio fiebat, referuntur. Eadem ratione falso sextus mensis à Martio nominaretur Sextilis, & insequentes, September, October, Nouember, ac December: quippe cum amplius ordinem istum ab æquinoctio Verno, quod primo mensi debetur, & quod à Martio recessisset, non seruarent.

Necessitas correctionis Calendarij.

5 IGITVR vt incommoda hæc omnia, atque absurda, quæ recensuimus, vitarentur, & ne in maiora incideret posteritas, necessarium omnino fuit, vt annus & Calendarium emendaretur, hoc est, vt æquinoctium vernum in pristinam suam sedem à Patribus Concilij Nicæni ei tributam, nimirum in diē 21. Martij restitueretur, Nouiluniaque per numeros in Calendario dispositos ita monstrarentur, vt eorum plenilunia (maior enim ratio pleniluniorum, quam Nouiluniorum, habetur ab Ecclesia, propter Paschæ solemnitatem, vt suo loco dicetur) ab illis, quæ calculus Astronomorum secundum medium motum exhibet, quoad eius fieri potest, non discreparent. Quoniam vero æquinoctium in suam sedem restitui non potuit, nisi per aliquot dierum exemptionem, factum est, vt cyclus Solaris, siue Literarum Dominicalium ad hoc vsque tempus in Ecclesia Dei vsitatus necessario interrumpendus fuerit: quod etiam eueniet, quotiescunque ad æquinoctium in sua sede retinendum dies ex anno demetur. Oportuit ergo Cyclum hunc ita quoque innouare, vt per eum quocunque anno proposito Litera Dominicalis non secus post correctionem Calendarij, atque ante, posset inueniri, licet ex anno nonnunquam dies eximatur. Itaque in his tribus, æquinoctij restitutione, & in propria sede retentione; Nouiluniorum emendatione, atque innouatione Cycli Solaris, totum negotium correctionis Calendarij consistit. Quæ recte à Gregorio XIII. instaurata esse, & qua ratione id factum sit, in ijs, quæ sequuntur, planum faciemus.

In tribus correctionem Calendarij consistere, & quæ illa sint.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT III.

*Aequinoctium Vernum cur ad diem 21. Martij potissimum, & qua ratione reuocatum sit.*

1 EORVM qui de Calendarij emendatione scripserunt, variæ de æquinoctij restitutione fuerunt sententiæ. Quidam enim illud relinquendum esse censebant eo die, quo correctionis tempore reperiebatur, die videlicet 11. Martij. Alij autem ad diem 25. eiusdem mensis reuocandum esse asseuerabant, hoc est, ad diem Dominicæ incarnationis: propterea quod arbitrabantur, incarnationem æterni filij Dei æquinoctio verno factam esse. Plerique demum prudentiori consilio restituendum contendebant ad diem 21. Martij, vbi Nicæni Concilij tempore ferè deprehendebatur. Atque horum opinionem merito Gregorius XIII. amplexus est, quippe quæ minus nouitatis, ac mutationis contineat. quod ex incommodis aliarum sententiarum perspicuum fiet. Nam si æquinoctium circa diem 11. Martij relictum esset, vbi ante correctionē erat, aut ad diem 25. Martij esset reuocatum, aut ad alium quemcunque diem, à die 21. Martij diuersum, oportuisset Ecclesiam immutare omnes terminos Paschales auctoritate Concilij Nicæni constitutos, omniaque Breuiaria ac Missalia renouare; cum omnia hæc ita sint digesta, atque ordinata, ac si æquinoctium vernum die 21. Martij perpetuò contingeret: quæ res quantam perturbationem allatura fuerit fidelibus, si vidissent, Pascha, & alia festa mobilia alijs diebus nunc, quàm olim ab antiquis Patribus, celebrari, nemo est, qui dubitet: præsertim verò, cum non exiguum detrimentum hominibus Ecclesiasticis importaret, propter innumerabilium fermè librorum Ecclesiasticorum iacturam, & immensos sumptus, qui coemendis nouis libris ad Dei cultum pertinentibus necessarij essent. Habent enim pleræque Ecclesiæ, ac Monasteria horum librorum bibliothecas multis aureorum millibus æstimatas, quæ omnes inutiles factæ essent. Huc accedit, quod cum omnes Ecclesiæ Orientales, quæ numerosæ sunt, & quarum ratio maximè habenda erat, Canonem de Pascha celebrando in Concilio Nicæno confirmatum religiosissimè custodiant, non potuit vernum æquinoctium maiore omnium Ecclesiarum commodo ad alium diem reuocari, quàm ad diem 21. Martij, vbi tempore Nicæni Concilij reperiebatur. Hac enim ratione Decretum de celebratione Paschæ à Patribus in eo Concilio sancitum permansit intactum prorsus, atque illæsum. Postremò quoniam cum maior pars Martyrum, Doctorum, Confessorum, ac Virginum, quorum solennitates grata memoria piè veneratur Ecclesia, circa tempora Nicæni Concilij floruerit; Martyrum quidem paulo ante sub Decio, & Diocletiano crudelissimis Ecclesiæ Dei persecutoribus, Confessorum verò ipso Concilij tempore, vel paulò post, temporibus Basilij, Gregorij Nazianzeni. Ioan. Chrysostomi, Damasceni, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Leonis, Gregorij Magni, & quando solitudines Aegypti, ac Palestinæ innumera Monachorum, & Anachoretarum multitudine sub Paulo, Antonio, atque Hilarione, sanctissimis Eremitis, refertæ erant; non potuit æquinoctium ad magis conueniens tempus reuocari, quam ad Concilij Nicæni tempora, vt festi Sanctorum dies congruis temporibus quotannis recurrerent, ac celebrarentur, hoc est, non longe ab illis, quibus in terra vix erunt, Ecclesiamq. Catholicam exemplis ac doctrinis illustrarunt. Nam si vel ad tempus Incarnationis Dominicæ reductum esset, vel eo in loco, vbi ante correctionem deprehendebatur, retentum, fuissent omnium illorum Sanctorum tempora confusa, atque perturbata.

Sententiæ variæ de æquinoctij restitutione.

Quam sententiam in restituēdo æquinoctio Greg. xiij. secutus sit.

Incommoda aliarum opinionum de æquinoctij restitutione.

Aequinoctium vernum qua ratione ad diem 21. Martij restitutum sit.

2 RESTITVTVM porrò est æquinoctium à Gregorio XIII. Pont. Max. ad diem 21. Martij per exemptionem decem dierum ex mense Octobri anni 1582. (qui propterea annus correctionis dicetur, celeberrimusque inter annos existet apud posteros) ita vt post quartum diem Octobris, qui B. Francisco sacer est, loco diei quinti assumptus fuerit statim quintusdecimus, decem interiectis eo anno prorsus omissis. Hac etenim ratione factum est, vt vernum æquinoctium anno 1583. insequenti contigerit, & alijs deinceps futurum sit, decem diebus serius, quam ante hanc correctionem, ac proinde cum ipsum antea fie-

Ann. 1582. dicē dū ēe annū correctionis, ppterea quòd in eo facta est correctio Calendarij à Gregor. xiij.



Digitized by Google

ret circa diem 11. Martij, idem nunc prope diem 21. accidere cernatur, quemadmodum Concilij Niceni temporibus.

Cur decē dies simul exempti sint ex anno 1582. non autē singuli ex singulis annis, aut mensibus.

3 FACTA quoque est hęc restitutio per ablationem decem dierum simul ex vno mense, nimirum ex Octobri, non autem per omissionem decem dierum intercalarium in 40. annis, aut per detractionem eorundem 10. dierum ex 10. mensibus, detrahendo singulos dies ex mensibus singulis, quod nonnulli optabant; tum quia multa occurrere potuissent in 40. annis, quæ correctionem impedirent, præsertim propter frequentem Summorum Pontificum in tot annorum spatio mutationem; tum etiam quia sæpius Cyclus Dominicalium literarum interrumpendus fuisset, quod incommodum extitisset, qui tamen in hac nostra restitutione semel tantum, sed necessario, interruptus est.

Aequinoctium cur sedem suā anticipet in Calendario.

SI quis porro roget, vnde factum sit, vt æquinoctium sedem suam pristinam, hoc est, diem 21. Martij deseruerit, & ad diem 11. eiusdem mensis ascenderit, intelligat huius rei causam esse, quod Iulius Cæsar, quem Ecclesia Catholica Romana est secuta, plus æquo vnius anni magnitudini tribuerit. Constituit enim annum Solarem dierum 365. & horarum 6. Et quia in anno Ciuili ac Politico, qui dies duntaxat integros complectitur, (neque enim in eo horę describi possunt, quæ post dies supersunt, ne varium semper anni initium fieret) omittebat sex illas horas, quæ in quatuor annis diem integrum efficiunt, decreuit, vt quarto quouis anno dies vnus ex 24. horis conflatus intercalaretur, fieretque tunc annus dierum 366. quem Bissextilem appellarunt. Annus autem Solaris verus, quem Tropicum vocant, tantus non est, sed aliquot horæ minutis minor, complectēs secundum Tabulas Alphonsi Hispaniæ Regis dies 365. & horas tantū 5. min. 49. sec. 16. quæ quidem anni magnitudo media quodammodo est inter maximam, & minimam anni magnitudinem. Nam vt cap. 6. fusius decimus, Astronomi peritiores obseruarunt annos Solares esse inæquales; & maximum quidem annum fuisse Hipparchi, ac Ptolemæi temporibus affirmant, minimum vero ætate Albategnij, & medium quodammodo circa Alphonsi Regis tempora extitisse, atque nunc iterum ad maximam fere peruenisse magnitudinem. Itaque annus Romanus, qui apud Ecclesiam in vsu est, superat Alphonsinum annum, quem medium ferme inter maximum & minimum esse diximus, minutis 10. & secundis 44. vnius horæ. Ex quo fit, vt totidem minutis secundisque quolibet anno Iuliano æquinoctia, solstitiaque sedes suas anticipent; quia quando Sol proprio motu, secundum tabulas Alphonsinas, ad idem punctum æquinoctij, aut solstitij, à quo recesserat, reuertitur, desunt ad annum Iulianum complendum illa, quæ diximus, min. 10. & sec. 44. vnius horæ. Quocirca secundum easdem tabulas, æquinoctia, solstitiaq. in annis ferme 134. vno die integro, & in annis 402. diebus circiter tribus sedes suas præcurrent. Quod si anni magnitudo, qua vtitur Ecclesia, omni ex parte congrueret motui Solis annuo, nulla cerneretur æquinoctiorum solstitiorumq. anticipatio, sed eisdem anni diebus recurrerent.

Anni magnitudo secundū Alphonsinos.

Annus quando fuerit maximus & quando minimus, & quando medio se habuerit modo.

Annus Romanus siue Ecclesiasticus quanto maior sit anno Alphonsino.

In quot annis æquinoctiū anticipet vnū diē secundum annum Alphonsinum.

Correctio Calendarij cur in anno 1582. & in Octobri potius instituta sit.

QVOD si quis scire etiam cupiat, cur exemptio illa decem dierum est anno 1582. in mense Octobri facta sit, & non potius ex aliquo anno centesimo, vel ex aliquo allo Bissextili, non quidē in Octobri, sed in quouis alio mense; (hoc enim curioso alicui facessere posset negotium) ratio in promptu est. Potuerunt quidem decem illi dies ex quocunque anno eximi, atque etiam ex quolibet mense, sed delectus est præcipue annus 1582. quia tunc omnia ad correctionem necessaria fuerunt primum expedita, atque absoluta. Responsa enim Imperatoris, omnium Regum, Principum, Rerumque publicarum, & præcipuarum Vniuersitatum ad Summum Pontificem iam allata fuerant, & à Mathematicis ad emendationem conuocatis quam diligentissime examinata. Quare ne diutius restauratio Calendarij, quam omnes Principes Christiani, & Respub. mirifice collaudarant, atque approbarant, differretur, visum est Pontifici Max. annum 1582. correctioni tantopere expetitæ destinare.

QVOD autem in Octobri potius factum id fuerit, quam in alio mense, causa nulla fuit alia, neque aliud hac in re mysterium quærendum est, quam quod is mensis ad negotiū hoc aptissimus iudicatus est, quippe qui plures dies Sanctorū celebritatibus vacuos haberet. Ex quo factum est, vt decem dies ex eo exempti minorem perturbationem, confusionemque in Diuinis officijs persoluendis apud homines Ecclesiasticos pepererit. Nam licet in Februario, Martio, & Aprili pauci etiam festi Sanctorum dies celebrentur, tamen quia in eos menses incidunt Septuagesima, Quadragesima, & tempus Paschale, iudicatum est eos non esse decem diebus priuandos, vt tempora illa, quæ summa religione ab Ecclesia celebrantur, continuato ordine sine vlla interruptione percurrerentur, præsertim quia si, exempli causa, Septuagesima tunc celebrata esset secundum Calendarium nouum

die

Digitized by Google

die 14. Februarij, omissis decem præcedentibus diebus, extitissent tantum quatuor Dominicæ post Epiphaniam,& reliquæ duæ ante Aduentum non potuissent interponi,cum eo anno Dominicę solum 24. post Pentecosten futuræ fuissent.

6 QVIA vero nonnullę Prouinciæ ex Octobri anni 1582.nondum decem dies exemerant, quod ad eas tam cito exemplaria noui Calendarij perferri non potuerant, optimo consilio factum est, vt anno insequenti 1583. non expectato Octobri, decem dies ex Februario eximerentur, ne diutius populi illi in dierum numeratione ab Ecclesia Romana dissentirent. Etsi enim eo anno, qui nondum Calendarium emendauerant, eodem, quo nos, die Pascha celebraturi erant, tamen in dierum numero dissensissent, cum nos decimo die Aprilis, illi autem vltimo Martij agerent Pascha. Non est igitur, quod sollicitus quis sit, aut anxius in exquirenda causa, cur anno potissimum 1582.Summus Pontifex restaurationem Calendarij fieri voluerit mense Octobri, anno vero 1583. mense Februario.

Cur anno 1583 in Regionibus remotioribus correctio fieri iussa sit in Februario potius, quã in alio mense.

7 SVNT tamen nonnulli, qui intelligere se, & sapere plus, quam cęteros arbitrantes, vt correctionem hanc Gregorianam aliquo modo carpant, asserere non verentur,ideo factum fuisse exemptionem decem dierum ex Octobri anni 1582.& nõ ex Februario: quia si eo anno ante Pascha facta fuisset Calendarij restitutio, celebratum fuisset Pascha contra Patrum decreta, & sanctiones: Ac ne hoc in initio statim correctionis ab omnibus animaduerteretur, dilatam fuisse emendationem in Octobrem. Qua in re mirum in modum decipiuntur, & toto (quod dicitur) aberrant cælo. Nam secundum Calendarium nouum, si ante Pascha incepisset, legitimè Pascha secundum Canones fuisset celebratum, quod in veteri Calendario contra Patrum decreta celebratum fuit. Quoniam enim anno 1582. aureus numerus fuit 6. qui Epactam exhibuisset xxvj.si decẽ dies ex Februario fuissent ablati; quæ terminum Paschalem, id est, Lunam xiiij. in die 17.Aprilis reponit,nimirum in Sabbato. Quare sequenti die Dominica in diem 18. incidente, Pascha celebratum fuisset post plenilunium tàm medium, quàm verum; cum medium plenilunium ex tabulis Ioan. Magini factum tunc fuerit, die 17.Aprilis hor.8. fermè post meridiem,verum autem eodem die hor. 15. fere post meridiem: quæ omnia Canonibus consona sunt. At eo ipso anno ante correctionem Pascha celebratum est Luna xxij. hoc est, quarta hebdomada,contra Patrum Conciliorumq. Sanctiones: quod secundum nouum Calendarium Luna xv. cycli, hoc est, in principio tertiæ hebdomadæ, in qua sola legitime potest Pascha celebrari, peractum fuisset, vt diximus.

Calẽdarium nouum si an. 1582. in Feb. correctũ fuisset, exhibuisset rectius Pascha, quàm vetus.

---

# CAPVT IIII.

*Ecclesia cur posthabitis motibus veris apparentibus ve, medios tantum, siue æquales, aut potius cyclos in mobilium solemnitatum celebratione vsurpet.*

1 RESTITVTO in pristinam sedem æquinoctio,in qua à Concilij Nicæni Patribus deprehensum,& collocatum est, præscribenda quoque fuit ratio, ac via, qua idem æquinoctium in sua sede, quoad eius fieri potest, retineretur, ne vt antea, locum suum deserens, versus mensium initia pedetentim, sensimque progrediatur, atque adeo Calendarium in eosdem errores conijciat. Quæ ratio, vt planior fiat, paulo diligentius explicandum erit prius, quales motus Ecclesia consideret,atque in celebritatum mobilium cultu adhibeat. Hoc enim exposito,liquido constabit, quàm temerè & sine causa nonnulli veros motus in Ecclesiam inuehere conati sint. Ecclesia namque posthabitis veris Lunæ, ac Solis motibus, quippe qui ad Astronomos magis pertineant, solos medios, & æquales, siue potius cyclos constanti, æquabiliq. ordine progredientes considerat. Cuius rei multiplex ratio afferri potest.

Ecclesiã medios duntaxat motus considerare, ob multas causas.

1.Causa. Quia medij motus sunt æquales & vniformes ac proinde ad captum vulgi ac commodati: veri autem motus inæquales sunt, & irregulares.

PRIMVM quia motus veri inequales sunt, modò velociores, modo tardiores; medij autem motus sunt semper æquales, atque vniformes: ac proinde hi facili negotio in cyclum redigi possunt, non autem illi. Cum ergo ad inuestigationem æquinoctij, Nouilunij, ac Plenilunij Paschalis, tradendæ sint regulæ faciles, quæ sine magno labore à quolibet, Astronomiæ etiam omnino rudi, & ignaro, percipi, ac teneri possint sine cognitione tabularum



Digitized by Google

larum Astronomicarum, ne vniuersus populus Astronomiam cogatur perdiscere, quod nouum, atque inauditum est, & factu prorsus impossibile; recipiendi fuerunt motus medij potius, quàm veri, præsertim quia facilius in veris, apparentibusq. motibus, quam in medijs, & æqualibus error potest admitti. Neque verò magni refert, veros motus re ipsa in cælestibus corporibus existere, medios autem cogitatione tantum, atq. arte esse excogitatos ab Astronomis, vt videlicet veros per medios inuestigent. Nam Ecclesia obstricta non est, neq. vnquam fuit, exquisitis astrorum legibus, motibusque; sed satis est illi, si Solis aut Lunæ motus pingui quadam (vt aiunt) Minerua assequatur, dummodò non multum à vero recedat. Id quod antiquissimus vsus à primitiua Ecclesia ad nostram vsque ætatem continuatus, atque perductus euidenter demonstrat.

2. Causa. Ne seminarium perpetuum rixarum & discordiarum excitetur in Ecclesia si veri motus obseruarentur, ob tabularũ Astronomicarum varietatem.

2 DEINDE quia, si veris motibus Ecclesia vti vellet, perpetuum extaret seminarium discordiarum, atque rixarum inter Christi fideles in Sacrosancti Paschæ celebratione, propter tabularum Astronomicarum varietatem, & discrepantiam, diuersasq. motuum hypotheses; cum alij has, alij illas tabulas sequendas esse contenderent: sicut hodie videmus alios tabulas Alphonsinas, alios verò Prutenicas ex Nicolai Copernici doctrina erutas, in motibus astrorum disquirendis vsurpare. Ex quo efficeretur, vt diuersi diuersa æquinoctia, Nouiluniaque obseruarent, atque adeo Pascha non eodem tempore celebrarent, quod valde absonum foret, & absurdum, ne dicam pernicioſum.

3. Causa. Quia nullæ tabulæ ad hanc vsque diem extructæ sunt, quæ veros motus sine errore exhibeãt ad multos annos.

3 TERTIO quoniam ad hanc vsque diem nullæ tabulæ conditæ sunt ab Astronomis, per quas veri stellarum motus ad omne tempus certò, & sine vllo errore inquiri possint, & cognosci; sed quilibet obseruationibus sui temporis congruentes tabulas semper confecit, quæ longo deinde tempore elapso deficere à vero deprehensæ sunt: propterea quòd ne vnius quidem motus cælestis periodus exquisitè, ac penitus cognita adhuc sit, & explorata. Nam Ptolemæus Astronomorum Dux, & princeps, ac solertissimus cœlestium motuũ indagator confecit sane ante annos 1470. plus minus, tabulas suis obseruationibus congruentes, quibus eo tempore motus cœlorum certissimè, & sine vlla dubitatione supputabantur. His deinde, quoniam experientia docuerat, eas non amplius motus cœlestes accuratè exhibere, successerunt tabulæ aliæ dictæ Alphonsinę, quod sumptibus, ac cura, diligẽtiaq. Alphonsi Regis Hispanię ante annos circiter 360. ab Astronomis conditæ sint, quibus ea tempestate certius, quàm per tabulas Ptolemæi motus inueniebantur. In harum tandẽ locum repositę sunt nostro hoc tempore tabulæ Nicolai Copernici, quę Prutenicæ vulgò appellantur, propterea quod omnium ferè Astronomorum consensu cum phænomenis cælestibus longe exquisitius conueniunt, quàm Alphonsinæ. Atque ita fortasse post multa secula posteri nostri alias motuum cœlestium periodos deprehdẽent suis obseruationibus, nouasq. propterea hypotheses conficient, atque adeo prò tabulis Prutenicis nouas alias substituent. Quis enim pro certo affirmare audeat, tabulas Prutenicas omni tempore cœlorum motibus consensuras esse, cum videat tabulas Ptolemæi præstantissimi Astronomi, & qui merito omnibus antefertur; mancas nunc esse, & imperfectas, quæ illis tamen temporibus fuerunt absolutissimæ? Præsertim cum Prutenicæ tabulæ incertis admodum hypothesibus, nedum absurdis, & à communi hominum opinione abhorrentibus, ac quibus omnes Philosophi naturales repugnant, fundatæ sint? Huc accedit, quod nondũ vna integra periodus anomaliæ præcessionis æquinoctiorum, in qua Copernicus omnem inæqualitatem Solaris anni fundat, perfecta est, atque absolutæ vt merito dubitare quis possit de veritate tabularum ex illa anomalia extructarum, & an, absoluta vna periodo, altera sequens præcedenti sit omni ex parte respondura. Quę cum ita sint, quis erit tam impudens, & audax, qui Dei Ecclesiam astringere velit tam incertis ac fallacibus Astronomorum pręceptis, ac tabulis? Certe opinor, nemo; nisi forte quis dicere velit, Ecclesiam debere nunc has, nunc illas amplecti tabulas, prout hoc, vel illo tempore motibus cælorum eas congruere animaduerterit: quod nihil aliud esset, quam omnia in dubium reuocare; quippe cum vix inter Astronomos constaret, quibusnam tabulis magis fidendum esset: quemadmodum hac etiam ætate videmus, excellentissimos esse Mathematicos, qui in motu Solis ac Lunæ Alphonsinis tabulis magis credendum esse censent, quàm Prutenicis.

Prutenicæ tabulæ quæ hodie ab omnibus vsurpãtur, cur incertæ iudicari possint.

MEMINI sanè, insignem quendam Mathematicum propria obseruatione per exquisita instrumenta deprehendisse anno 1586. (adhibita accurata diligentia) æquinoctium vernum, hoc est, ingressum Solis in Arietem accidisse die 10. Martij hor. 9. min. 2. post meridiem, secundum verus Calendarium: quod tabulæ Alphonsinæ fex propemodum horis citius exhibent. Prutenicæ verò tabulæ horis fere 13. tardius: vbi manife-

manifesto apparet, Alphonsinum calculum ad obseruationem supradictam propius accedere, quam Prutenicum, siue Copernianum. Ex Calendario nouo incidit idem æquinoctium obseruatum in diem 20. Martij hor. 9. post meridiem, ac proinde sequenti diei 21. ascriptum fuit, vt vel hinc liquido etiam appareat, præclare cum hac Calendarij correctione actum esse, vt decem dies ex anno 1582. eximerentur ad æquinoctium in diem 21. Martij restituendum. Ille idem Mathematicus in lib. 1. suorum progymnasmatum Astronomiæ instaurandæ affirmat, ex Hipparchi, & aliorum vetustiorum inuentis colligi posse, ipsissimam anni æquinoctialis quantitatem, vniuersaliter considerando, continere dies 365. hor. 5. min. 49. fere, vt Alphonsini asserunt.

Recte ad restituendum æquinoctium in diem 21. Martij, exemptos fuisse 10. dies, confirmatur obseruationibus cuiusdã recentioris Mathematici.

VT ergo dissidium hoc Astronomorum, atque discordia tolleretur è medio, prudentissimo consilio Ecclesia tabulas verorum motuum curiositati Astronomorum relinquens semper respuit, atque motus medios, qui æquales, & vniformes sunt, aut potius Cyclos medijs motibus maxime consentientes ad mobilium festorum dierum solemnia adhibendos esse iudicauit.

NEC vero hæc à me ideo allata sunt, quod putem, tabulas Astronomicas omnino reijciendas esse, tanquam falsas & futiles: omni enim laude dignos semper existimaui Astronomos, qui varijs temporibus maximo labore, ac studio astrorum motus obseruarunt, atq. ad eosdem facile supputandos, licet non omnino exquisite, ita tamen, vt parum à vero absint, tabulas varias mira industria elaborarunt, atque posteris transmiserunt. Sed hoc solum contendo, Ecclesiam non esse ad curiosas Astronomorum subtilitates alligandam, cum eædem tabulæ diu durare nequeant, sed aliæ atque aliæ pro temporum varietate sint adhibendæ, vt diximus. Neque hoc dignitati, ac præstantiæ Astronomiæ nobilissimæ scientiæ quicquam detrahit, immo eam potius mirifice commendat, quod tam accurate tantam motuum varietatem nobis ob oculos proposuerit, vt quam proxime veritatem ipsam attingamus. Et quid mirum, Astronomos non posse perfecte motus cœlorum tanto interuallo à nobis dissitorum intelligentia consequi, cum ne vnius quidem substantiæ, quamuis minimæ, in hisce inferioribus absolutam cognitionem philosophi hactenus adipisci potuerint?

Tabulas Astronomicas magni faciendas esse, etiamsi longo tempore durare nequeant.

Tabularũ Astronomicarum incõstantia, vnde proueniat.

ET certe videtur mihi Deus Opt. Max. cœlorum, atque stellarum architectus sapientissimus de industria planetarum, stellarumque motus tantis voluisse difficultatibus inuoluere, quas nemo mortalium suo ingenio expedire, & explicare possit, (quis enim ab orbe condito ad nostra vsque tempora tam excellens in Astronomia repertus est, qui periodos cœlestium motuum ita definierit, vt post aliquot annorum secula à vero nihil discederent, propter minutias quasdam in cuiuslibet planetæ periodo abundantes, aut deficientes, quę in magno temporis interuallo non leuem errorem inducunt?) vt nimirum semper inueniamus, quod in tàm admirabili nobilissimorum corporum artificio, & in tam constanti eorum motuum harmonia, & concordia admiremur, perpetuisque laudibus eorum conditorem, atque motorem celebremus: vt potissimum propter cœlorum immensam molem, eorumque ordinem, ac motus, in quibus semper superesse videtur, quod summa diligentia à solertissimis rerum cœlestium perscrutatoribus inquiratur, scriptum esse possit existimari ab Ecclesiaste c. 3. *Et mundum tradidit disputationi eorum.* ne videlicet aliquando, si perfecte cœlorum numerum, ordinem, & motum intellexissent homines, desinerent opera Dei inquirere, & admirari, atque adeo ingenia, sublata exercendi causa, cessatione quodammodo torperent.

4. causa Quia etiamsi Astronomicæ tabulæ exarent absolutissimæ, frustra tamen veri motꝰ adscscerentur, ob Meridianorum varietatem.

4 QVARTO Ecclesia veros motus negligit, assumitque medios, seu potius Cyclos, quoniam etiamsi tabulę Astronomicę extarent absolutissimæ, & ab omni errore purgatissimæ, ita vt omni vitio carerent, frustra tamen, & sine vlla necessitate, aut vtilitate in diebus festis mobilibus celebrandis exquisita illa, & curiosa supputatio horarum, ac minutiarum secundum veros motus adhiberetur. Nam quanquã accuratissime & æquinoctium vernum, & Plenilunia Paschalia ex motibus veris supputarentur, regionum tamen, ac Meridianorum varietas efficeret, vt labor ille inutilis ac vanus redderetur. Quando namque Romæ v. g. æquinoctium vernum cadit in meridiem diei 21. Martij, incidet idem qui bus dam orientalioribus populis in eundem diem 21. sub occasum Solis, alijs in mediam noctem sequentem eius diei; atque ideo sequenti diei 22. tribuendum erit, &c. Similiter si tunc Plenilunium verum contingat Romæ die 22. Martij circa meridiem, accidet idem apud priores populos orientaliores sub Solis occasum, apud posteriores vero circa mediam noctem, &c. Quare si eo anno dies 22. Martij fuerit Dominicus, cele-



Digitized by Google

brabitur quidem Romæ Paſcha ſecundum Patrũ & Conciliorum ſanctiones, apud orientaliores vero populos præſertim remotiores, ſi verum motum ſpectare debent, celebrari non poterit, propterea quod illis æquinoctium ſit die 22. & Plenilunij tempus nondum aduenit. Conſtat autem ex Patrum decretis, neque in ipſo die æquinoctij Paſcha legitimè celebrari poſſe, ſed neceſſarium eſſe, vt æquinoctij dies anteceſſerit, neque ante plenilunium, ne in Luna xiiij. aut ante xiiij. celebretur. Et quoniam in Concilio Niceno ſancitum eſt, vt omnes eo menſe, ac die Paſcha celebrent, quo id Eccleſia Romana obſeruat, idemque poſtea confirmatum eſt in Concilio Arelatenſi, & Carthaginenſi quarto, clariſſimeque à S. Ambroſio pluribus verbis in Epiſtola ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitutos aſſeritur: liquido colligitur, Eccleſiam in Paſchę celebratione rationem veri motus luminarium habere non poſſe.

5. Cauſa. Quia antiquiſſima Eccleſiæ cõſuetudo eſt in obſeruatione mediorum motuum, non autẽ verorum quæ ſine cauſa vrgenti mutari non debet.

5 QVINTO propter antiquiſſimam conſuetudinem, qua medij motus, ſeu potius Cycli, in Eccleſia, veris motibus neglectis, in vſu ſemper fuerunt, & quę ſine vrgenti aliqua neceſſitate mutari non debet. Nam Eccleſiam æquinoctium vernum ſecundum verum motum non obſeruaſſe, euidenter ex decreto SS. Patrum in Nicæno concilio edito demonſtratur, quo per vniuerſum terrarum orbem ſtatuerunt, die 21. Martij æquinoctium eſſe obſeruandum. Perſpicuum autem eſt, æquinoctium neque ſecundum verum motum, neque ſecundum medium, ad vnicum diem poſſe aſtringi, atque alligari. Si enim anno, qui biſſextilem proxime antecedit, id contingat die 21. neceſſe eſt, idem anno ſequenti biſſextili, propter diem intercalarẽ Februario additum, incidere in diẽ 20. Item ſi in anno biſſextili fiat æquinoctiũ circa meridiẽ alicuius diei, accidet idem neceſſario anno, qui biſſextilem proxime conſequitur, ſub occaſum Solis eiuſdem diei, & altero poſt biſſextilem anno ſub ortum Solis alterius diei, propter ſex illas horas, quę in ſingulis annis communibus omittuntur; quando quidem in illis dies duntaxat 365. integri numerantur; cum tamen ſex propemodum horę in quolibet anno ſuperſint. Ex quibus perſpicue concluditur, Decretum illud neque ad verum, neque ad medium motum poſſe referri, ſed ſolum ad diem 21. Martij, quo fere eo tempore æquinoctium fieri ſolebat, etſi ſecundum calculum Aſtronomicum interdum ante eum diem, vel paulo poſt contingere deprehenderetur; ne ſcilicet apud quoſdam æquinoctium obſeruaretur die 21. apud alios vero alio die, ſi Aſtronomicas tabulas conſulere vellent, ac proinde diuerſis temporibus Paſcha celebraretur, quod foret abſurdum.

Non multum referre, quod ad Paſchæ diem feſtum ſpectat, ſi æquinoctiũ non ſemper in ipsũ diem 21. Martij incidat.

NEQVE vero magni intereſt, (quod ad ſolennitatem Paſchalem attinet) ſiue æquinoctium in ipſum diem 21. Martij incidat, ſiue eum antecedat, ſiue ſubſequatur, dummodo ab eo non longe abſit. Non enim Eccleſia tam accuratis, ſubtilibuſque Aſtronomorum præceptis vnquam aſtricta fuit, cum neque Hebræis ipſis, quibus omnia ceremonialia erant, præceptum fuerit, vt verum, aut medium æquinoctium in Paſchæ ſolemnitate obſeruarent, ſed tantum tempus, quo dies, iudicio ſenſus, noctibus æquales fiunt: quod quidem triduum, aut quatriduum, ſine magna differentia, complecti ſolet.

Deum per Moyſen præcepiſſe obſeruationem primi menſis, & 10. diei, & 14 rustico, ſiue ſimplici quodam modo, & ad captũ vniuerſi populi Iſraelitici accõmodato.

COLLIGITVR hoc ſatis aperte ex ſacra ſcriptura. Præcepit. n. Deus per Moyſen Paſchæ celebritatem, Exod. 12. his verbis. *Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni, &c.* Et aliquanto poſt. *Et ſeruabitis eum* (agnum ſcilicet) *uſque ad quartam decimam diem menſis huius.* Vbi ſemper inculcantur voces hæ, *iſte, huius*. quibus ſignificari videtur, Deum noluiſſe immutare conſuetam anni, ac menſium Hebræorum formam, & numerationem, ſed mutationem tantum ſeptimi menſis in primum; ac ſi diceretur: menſis iſte, qui hactenus in Aegypto à vobis ſecundum vulgarem anni vſum, non autem ſecundum Aſtronomicum calculum, ſeptimus eſt habitus & nominatus, deinceps erit vobis primus totius anni, in eoque Paſcha celebrabitis. Neque dici poteſt, Moyſi inſtructo à Deo ignotam tunc fuiſſe veram vtriuſq. anni tam Solaris quam Lunaris magnitudinẽ, quia hoc ridiculum eſſet; ſed dicendum potius eſt, Moyſen locutum eſſe ad ſenſum vulgi Aſtronomię ignari, quandoquidem ad vniuerſum cætum filiorum Iſrael verba faciebat, appellaſſeque primum menſem more non Aſtronomico, quando videlicet Sol primum punctum Arietis ingreditur, ſed ritu, modoque admodum vulgari, & plane ruſtico, hoc eſt, Abib, Hebraice, & ἀβίβ Græce, quod latine ſonat menſem nouorum, ſiue frugum; quoniam vere no tempore nouę fruges in Aegypto colliguntur.

Eccleſiam non eſſe valde ſollicitam de veris aut medijs Nouilunijs, Plenilunijsque, cum in ijs inueſtigandis vſa ſemper ſit cyclis.

IAM vero neque in Nouilunijs, Plenilunijſque inueſtigandis Eccleſiam multum laborare de vero, aut medio motu, ex eo conſtare poteſt, quod in ijs perquirendis inde vſque à principio vſa ſemper eſt cyclis lunaribus, ſiue decẽnouẽnalibus, qui nullo modo poſ-

ſunt

sunt veris, aut medijs motibus, omni ex parte congruere; cum secundum cyclos, Lunationes complectantur dies integros, quæ tamen & secundum verum, & secundum medium motum, præter dies integros, horas aliquot, horarumque fragmenta continent. Adde quod in annis bissextilibus Lunationes vno die sunt tardiores in cyclo post diem intercalarem, cuius ratio haberi non potest, nisi pluribus iam annis elapsis, vt infra patebit, cum rationem cycli decēnouennalis aurei numeri exponemus. Ac quidē, quod ad cyclum Lunarē attinet, imitatur Ecclesia ea in re non solū Hebræos, Alexandrinos, & Romanos, verum etiam Chaldæos, Arabes, Athenienses, & omnium fere ętatum populos, qui omnes ad Nouilunia perquirēda Cyclis Lunaribus multo tempore ante Christi aduentum, ac post, vsi sunt, quos omnes Paulus Middelburgensis lib. 2. Paulinæ explicat.

Ecclesia in Cyclo Lunari vsurpando imitari omnem antiquitatem.

6 SEXTO denique confirmatur idem auctoritate multorum Astronomorum, omniumque, qui de rebus ad Romanum Calendarium pertinentibus ex Ecclesiæ consuetudine scripserunt, inter quos præcipuè est Campanus in principio sui Computi maioris, vbi asserit. *Computum esse scientiam numerationis, & diuisionis temporum (eius vtor verbis) secundum vulgares obseruantias.* Et cap. 15. docet, *Computistas veris Lunationibus, propter earum difficilem varietatem, Astronomis relictis, de medijs solum, propter earum vniformitatem, negotiatos esse.*

6. Causa. Quia idem faciendum esse testatur varij Scriptores, & Computistæ.

IOANNES quoque Stoflerinus in suo Calendario Romano propos. 34. litera Z. maiuscula, docet, vniuersalem Ecclesiam à Concilio Nicæno in hodiernum vsque diem, Cyclum aurei numeri ab Alexandrinis acceptum, qui eo prius vsi sunt, pro Paschæ celebratione vsurpasse. Et paulo infra affirmat, aureos numeros in Calendario inscriptos indicare dies mediocrium coniunctionum luminarium, &c. Et aliquanto post scribit, Orthodoxam Ecclesiam, præsertim Latinam, ante Nicænam Synodum, ad Pascha per Lunam xiiij. inquirendum, vsam esse cyclo Lunari consueto, & à Iulio Cæsare instituto. Idemq. pluribus alijs locis repetit.

PAVLVS item a Middelburgo Episcopus Forosempronienſis, in sua Paulina lib. 10. circa medium, paulo ante tabulam æquinoctiorum, post longam disputationem de anni magnitudine varia, & inæquali, scribit his verbis. *Hæc tamen diuersa quantitas anni Solaris non impedit operationem nostram pro norma Paschalis solennitatis conscribenda, quia Ecclesia Romana in Paschali supputatione non obseruat motus diuersos, vel extremos, propter ipsorum varietatem, sed medios duntaxat, & uniformes. Media autem anni quantitas inter maximam & minimam est dierum 365. hor. 5. min. 49. sec. 16.* Et mox subiungit. *Quamobrem omisso hoc scrupulo æquationis anni Solaris Astrologis necessario, describemus hic æquinoctia uernalia pro primo mense, & Paschali norma competentia, iuxta supputationem ex tabulis Alphonsinis deductam, &c.*

7 Ex his omnibus credo, satis esse confirmatum, neque diem verni æquinoctij, neque Lunas xiiij. Paschales examinari debere per Ephemerides, & Astronomicas veri aut medij motus tabulas, vt frustra nonnulli, nescio qua auctoritate nixi, contendunt, sed satis esse, si per regulas populares, perceptu faciles, & adhuc in Ecclesia vsitatas, cuiusmodi sunt cycli, inquirantur. Non negarim tamen, medios motus ex Astronomicis tabulis depromptos, non autem veros (quod hi inæquales sint, illi autem æquales) maximo esse vsui ad dijudicandum, quinam cyclus ex omnibus in Calendario dispositus rectissimè Lunas xiiij. Paschales exhibeat. Hæc quæ hoc capite exposita sunt, confutant, refelluntque omnia argumenta, quæ aduersus Calendarium nouum à nonnullis parum in Computo Ecclesiastico exercitatis obijci solent: quippe quę omnia Calendarium per veros motus, aut medios examinent. quod ad rem non facit.

Medios motus vtiles esse ad dijudicādum, quinā cyclus ex ijs tribus rectius Lunas xiiij. exhibeat in Calendario.



Digitized by Google

# CAPVT V.

*Quæ intercalandi ratio adhibita sit, vt æquinoctium prope diem 21. Martij, ad quem est reuocatum, retineatur.*

Quæ intercalandi ratio adhibita sit, vt æquinoctium prope 21 diem Martij cõseruetur.

1 NE æquinoctium vernum progressu temporis diem 21. Martij, ad quem restitutum est, iterum deserat, & versus principium mensis progrediatur, vt ante Calendarij correctionem, instituta est hæc intercalandi ratio, vt seruata quidem consueta ratione intercalandi vnum diem quarto quoque anno, non omnes anni centesimi in posterum bissextiles sint, (licet secundum consuetam annorum bissextilium rationem omnes bissextiles esse deberent) sed primi tres centesimi post annum 1600. fiant communes, dierum videlicet tantum 365. quales sunt anni 1700. 1800. 1900. quartus autem insequens centesimus, id est, 2000. bissextilis permaneat, dierum nimirum 366. Item tres centesimi proximi 2100. 2200. 2300. eodem modo communes fiant, & quartus centesimus proximus 2400. bissextilis persistat. Atque ita deinceps, eodem semper ordine seruato. Huius intercalationis ratio, quoniam à plerisque, etiam non vulgariter peritis rem minus diligenter, quàm par est, considerantibus, acriter oppugnatur, paulo plenius explicanda est hoc loco, maximè cum sit vnum ex præcipuis capitibus huius correctionis; vt omnes intelligant, nullam aliâ intercalandi rationem potuisse iniri commodiorem; ac proinde iniuria eam à nonnullis reprehendi. Quod vt planius fiat, dicenda prius pauca erunt de varia anni magnitudine diuersis temporibus ab Astronomis deprehensa. Atque vt hinc exordium sumatur; Annus Solaris duplex est, Astronomicus, & Ciuilis.

Astronomicus annus quid.

ASTRONOMICVS annus est spatium temporis, quo Sol proprio motu totum Zodiacum percurrit ab occasu in ortum, initio sumpto ab aliquo puncto certo, vt à principio Arietis, donec ad idem reuertatur. Quod quidem temporis spatium præter dies 365. integros cõplectitur 5. horas, & insuper aliquot horæ minuta, vt ex Astronomorum obseruationibus satis apparet, & mox docebimus.

Ciuilis, annus quid.

3 CIVILIS annus ex diebus tantum integris constat, modo ex 365. & appellatur communis, modo ex 366. & bissextilis, siue intercalaris dicitur. Neque aliter annus Ciuilis supputari potest, quàm per integros dies, neglectis horis, horarumq. fragmentis, cum ad vsum populi, ac vulgi, quòd non percipit anni numerationem per dies cum horis, & horarum minutijs, instituendus sit: & talis supputatio anni neque in Calendario possit disponi, neque idonea sit, aut accommodata ad mercimonia, aut commercia, aliaque ciuilia negotia peragenda, vel ad dies festos colendos, sacrasque Ecclesiæ ceremonias ritè obeundas; propterea quod annus ita dinumeratus modo à meridie, modo ab occasu Solis, modo à media nocte, modo à Solis ortu, & modo denique ab aliquo alio momento diei initium sumit; in Calendario autem neque horæ, neque minutiæ horarum, sed dies duntaxat integri collocantur. Exempli gratia. Annus 1600. si horarum, & minutorum ratio habeatur, incipit secundum Ephemerides Io. Antonij Magini, die 10. Martij hor. 8. min. 49. sec. 33. post meridiē. Annus deinde proximus 1601. die 10. hora 4. min. 45. sec. 36. post meridiem. Annus vero 1602. die 20. hor. 20. min. 41. sec. 20. à meridie. Annus autem 1603. die 21. hor. 2. min. 37. sec. 20. post meridiem. Annus denique 1604. initium iterum sumit à die 20. Martij, hor. 8. min. 33. post meridiē. Vbi vides, annum nunquam eodem temporis momento incipere, quæ res nullo modo potest ad vsum populi esse idonea, nisi omnes velimus Astronomia esse instructos: quod & ridiculum est, nec fieri vllo modo potest.

Annum Astronomicum non semper ab eodē momento eiusdem diei incipere.

Necessariam esse cognitionem anni Astronomici, vt annus Ciuilis æquetur.

4 ETSI autem hæc descriptio in dies, horas, fragmentaque horarum non possit, vt diximus, ad vsum vulgi transferri, necessaria tamen est eius cognitio, vt annus Ciuilis ex diebus integris constans possit interdum æquari modo per additionem, modo per detractionem vnius diei, qui ex omissis horis, earumque fragmentis conflatur, vt cum anno Astronomico, quantum fieri potest, congruat, & Sol ijsdem fere temporibus anni æquinoctia, ac solstitia conficiat.

HANC

Digitized by Google

HANC enim ob causam Ecclesia quarto quoque anno ex instituto Iulij Cæsaris vnum diem intercalarem ad annum adiungit, vt fiat dierum 366. cum alij tres antecedentes anni dies tantummodo 365. complectantur. Nam cum Ecclesia maxime receptam Iulij Cæsaris rationem secuta constituat annum Astronomicum dierum 365. & horarum 6. in anno autem Ciuili comprehendantur dies duntaxat 365. fit, vt primo anno Ciuili ad annum Astronomicum explendum desint horæ 6. in secundo 12. in tertio 18. & in quarto 24. quę vnum diem Naturalem constituunt. Quare necesse est, annum quartum, ne horę illę 24. negligantur, constituere dierum 366. alioquin æquinoctia, ac solstitia tunc vno die serius contingerent, quam in Calendario notantur, & post alios quatuor annos, duobus diebus tardius, & sic deinceps, ita vt in 120. annis vno mense integro, id est, totis diebus 30. versus finem anni prolaberentur, &c. atque ad priores sedes non reuerterentur, nisi post 1460. annos, in quo spatio temporis vernum æquinoctium per singulos menses, atq. adeo dies in orbem iret: quę res quantam temporum confusionem allatura esset, quis non videt?

Quartus quisq. annus cur bissextilis sit.

Æquinoctium, si omnes anni essent communes in 1460. annis percurreret omnes dies anni.

5 SED quoniam Solaris annus ab Astronomis aliquanto minor obseruatus est, quam dierũ 365. horarũ 6. efficitur, vt plus, quam oporteat, quarto quouis anno intercaletur, cum horę & fragmenta, quibus Astronomicus annus Ciuilẽ superat, in quatuor annis ad vnum diem integrũ non excrescant. Quare nisi fragmentorum illorum, quę in quoq. quadriennio ad diem integrum conficiendum desunt, ratio habeatur, ita vt quando ad integrum diem excreuerint, vnus dies ex anno eximatur, hoc est, ab intercalatione semel cessetur, progredientur paulatim æquinoctia, & solstitia versus principia mensium, quemadmodũ ante correctionem Calendarij contigit. quod ne in posterum eueniat, hoc remedium excogitatum est, vt annus aliquis, qui deberet esse bissextilis, fiat communis dierum tantum 365. non autem intercalaris dierum 366. vt fusius infra dicetur. Vt satis mirari non possim, quid in mentem Dioni historico venerit cum lib. 43. circa medium ait, si quarto quoque anno fiat intercalatio, necesse esse, spatio 1461. annorum vnum diem extra ordinem intercalare. Hoc enim verum non est, nisi annus statuatur dierum 365. hor. 6. min. 0. sec. 59. $\frac{47}{487}$ quam anni magnitudinem apud neminem me legisse memini. Vt autem statuere possimus, quot annorum spatio fragmenta horarum, quę ad sex horas complendas in quolibet anno Astronomico desunt, vnum diem integrum conficiant, atque adeo dies vnus intercalaris omitti, attente diligenterque cõsideranda sunt, quæ de anni magnitudine per celebriorum Astronomorum obseruationes memorię prodita sunt.

Intercalatio vnius diei quarto quoq. anno maior est, quam oportet, & quare.

Quid faciendum ne æquinoctiũ anticipet.

6 RELICTIS igitur vetustioribus Astronomis, Ptolemęus anno circiter 130. post Christum natum suis obseruationibus deprehendit anni magnitudinem dierum 365. horarum 6. minus parte trecentesima vnius diei, id est, vltra dies integros, hor. 5. min. 55. sec. 12.

Anni magnitudo ex Ptolemæo

ALBATEGNIVS circa annum Domini 880. nimirum annis 750. post Ptolemęum, inuenit annum continere dies 565. hor. min. 46. sec. 24.

Anni magnitudo ex Albategnio.

ALPHONSINAE tabulę, quę circa annum Domini 1250. conditę sunt, statuunt annum constare ex diebus 365. hor. 5. min. 49. sec. 16.

Anni magnitudo secundũ Alphonsinos.

HAE sunt celeberrimæ de magnitudine anni Solaris sententiæ, ex quibus constat, annũ Solarẽ esse modo maiorẽ, modo minorem, quandoquidẽ à peritissimis Astronomis diuersus, ac varius varijs tẽporibus est obseruatus. Ac veteres quidẽ Astronomi coniectura admodũ probabili ducebãtur ad suspicandum, annum Solarem non posse semper esse eiusdẽ magnidinis, tum propter apparentem motum Solis inæquabilem, & irregularem, tum vero ob irregularem motum octauę sphęrę: sed quoniam hęc res plene cognosci non potest, nisi multis seculis elapsis, nihil certi nobis de annorum Solarium inæqualitate reliquerunt.

7 VNVS post hominum memoriam Nicolaus Copernicus egregius nostræ ætatis Mathematicus, conferendo diligentissime suas obseruationes cum obseruationibus Hipparchi, Ptolemæi, Albategnij, & Alphonsinorum, ausus est, solertia sane incredibili, adhibitis nouis hypothesibus, incrementum hoc, & decrementum anni Solaris demonstrare, & anni inæqualitatem ad certam, definitamque normam redigere: inuenitque per calculum ex suis hypothesibus depromptum, annum Solarem, cum ad maximam magnitudinem excreuerit, paulo esse maiorem eo, quem Ptolemęus comperit, dierum nimirum 365. hor. 5. min. 55. sec. 57. ter. 40. cum vero maxime decreuerit, paulo minorem esse eo, quem Albategnius reperit, hoc est, dierum 365. hor. 5. min. 42. sec. 55. ter. 7. ita vt magnitudo anni Alphonsini media propemodum sit inter maximam, ac minimam anni magnitudinem. De qua annorum inæqualitate pluribus in sequenti scribemus.

Copernici de anni inæqualitate obseruationes.

QVAE

Digitized by Google

8 QVAE cum ita sint, difficile sane fuit Gregorio xiij. Pontifici prudentissimo statuere, quam intercalandi viam prescriberet, vt vernum æquinoctium in 21. die Martij, vel prope retineretur. Nam anni Ptolemaici magnitudo exigebat, vt trecentesimo fere quoque anno vnus dies intercalaris omitteretur; propterea quod annus ille trecentesima parte vnius diei minor sit, quam annus Iulianus, vel Ecclesiasticus dierum 365. hor. 6. atque idcirco trecentorum annorum spatio æquinoctium vno die à sede sibi in Calendario constituta ad initium mensis promoueatur. At secundum Albategnij annum, vnus ferme dies intercalaris omittendus esset centesimo quoque anno, quod in tanto annorum spatio æquinoctium, secundum magnitudinem illius anni, vno die sedem suam fere anticipet in Calendario. Denique si haberetur ratio anni Alphonsini, cessandum semel esset ab intercalatione vnius diei, spatio 134. fere annorum. Atque hæc varietas intercalandi in dies cresceret, prout anni magnitudo varia inter maximum ac minimum annum existeret. Quo igitur se verteret Pontifex, aut quam viam sibi proponeret sequendam?

In quot annis dies intercalaris omittẽdus esset secundum annum Ptolemæi.

In quot annis secundum Albategnij annum cessandum esset ab intercalatione.

In quot annis Alphonsinus annus requirat omissionẽ vnius diei intercalaris.

9 PROPOSITAE sunt ei à præstantibus Astronomis, qui huic negotio præerant, duæ potissimum viæ. Altera quidem, vt pro inæqualitate anni Solaris, modo maiori intervallo annorum, modo minori, dies intercalaris vnus eximeretur, prout annus maior, aut minor ex Copernici calculo (Hunc enim alijs præferendum censebant) existeret: Altera vero, vt posthabita anni inæqualitate, ratio intercalandi ad annum Alphonsinum, qui inter maximum & minimum medius quodammodo est, accomodaretur. Vtraque via in Compendio nouę rationis restituendi Calendarium ad Principes Christianos, Respublicas, atque Vniuersitates celebriores missa est anno Domini 1577. vt re diligenter, ac diu, multumque considerata deliberarent, vtra potissimum aptior, conuenientiorque videretur, vt eam summus Pontifex, velut totius Orbis Christiani consensum, sua auctoritate comprobaret. Compendium illud, de quo diximus, quia frequens eius mentio facienda est, & ne eius memoria pereat, initio huius operis eisdem prorsus verbis, quibus ad Principes missum est, nulla re mutata, proposuimus. Perlecto illo Compendio, matureque considerato, omnes, vno aut altero ad summum excepto, rem totam arbitrio Pontificis permiserunt, qui posteriorem tandem rationem, consilio Astronomorum delegit, has potissimum ob causas.

Duæ viæ intercalandi ad æquinoctium in die 21. Martij retinendum.

Quæ intercalandi ratio delecta sit.

1. Causa. Cur in correctione Calendarij media anni magnitudo assumpta sit.

10. PRIMVM quoniam Ecclesia in Paschæ celebratione regulare quid, & vniforme, quod statum sit, & à vero non longe absit, potius, quam accuratam Astronomorum supputationem sequi debet, cum annorum, mensium, aliorumque temporum dimensiones ad captum vulgi accommodatæ esse debeant. Quare prior via intercalandi nulla ratione adhibenda videtur, propterea quod incerta est, irregularis, atque inæqualis, quippe in qua vno tempore pluribus annis omitti deberet dies intercalaris, alio vero paucioribus; quod quid aliud esset, nisi conijcere populum Christianum vniuersum in laqueos inexplicabiles; cum perpetuo dubius, atque incertus futurus esset, quando intercalaris dies foret omittendus? Neque enim dici potest, Ecclesiam populo debere proponere tabulam intercalationis, in qua anni descripti sint, quibus intercalatione vtendum non sit: quia inter Astronomos excitaretur incendium discordiarum, seditionumque intolerabilium, cum quilibet suum calculum obtruderet in hoc negotio sequendum; quandoquidem, vt proximo cap. diximus, hic illas tabulas, ille vero has contendat esse assumendas. Quam enim obsecro aliam ob causam post Concilium Nicænum ad tempora vsque Iustiniani Imperatoris, tot dissidia, atque contentiones in Pascha celebrando inter Græcos, & Latinos extiterunt, nisi quod eo in Concilio Patres illi sanctissimi non proposuerunt certum aliquem cyclum, quem tota Ecclesia obseruaret, sed curam eam Eusebio Episcopo Cæsarienſi, atque Alexandrinis demandarunt? Hinc enim factum est, vt Latini secundum vnum Cyclum, & Græci secundum alterum contenderent Pascha esse celebrandum, donec tempore Iustiniani Senioris Dionysius Abbas Romanus Cyclum Alexandrinorum Calendario Romano inscriberet, quem omnes deinceps Ecclesiæ concordibus animis sequerentur: quod & factum est tum ab Ecclesia Orientali, tum Occidentali, vsque ad Gregorianam hanc correctionem. Nisi ergo Gregorius xiij. Pontifex prudentissimus æquabilem quandam, & regularem intercalationis formulam præscripsisset, sed Astronomis curam eam reliquisset liberam, vt ex vero motu tabulas conficerent, quæ annos descriptos continerent, quibus ab intercalatione cessandum esset: quis non videt, perpetuas rixas & dissensiones inter Astronomos futuras fuisse, cum suum quisque calculum Ecclesiæ obtruderet? Sed iam superiore cap. satis superque demonstrasse videor, motus veros ab Ecclesia non es-

Annum inæqualem aptum non esse ad intercalandi rationem instituendam.

se reci-

Digitized by Google

se recipiendos. Vna igitur ac definita magnitudo anni eligenda fuit, vt secundum eam ratio institueretur, qua intercalatio certo quodam annorum spatio intermitteretur. Ita namque & vulgo, ac rudi populo magis est consultum, & omnis materia discordiarum inter Astronomos è medio penitus sublata.

QVARE cum annus sit inæqualis, maximus, minimus, & mediocris, siue medius, non poterit ad hanc rem assumi maximus, quia nimis raro intercalatio omitteretur, id est, semel trecentesimo quoque anno. Et quamuis ratio hæc eo tempore, quo annus in maximam magnitudinem excreuisset, motui Solis exquisite responderet, plurimum tamen distaret à vero, cum idem annus minimam obtineret magnitudinem.

Maximus annus cur ad æquationē anni solaris nō sit idoneus.

EANDEM ob causam neque minimus huic rei idoneus esse potest, propterea quod nimis crebram omissionem diei intercalaris exposcit, & solum motui Solis responderet eo tempore, quo annus minimus circumageretur.

Minimus annus cur ad æquationē anni solaris aptus non sit.

SOLVS ergo annus inter maximum, & minimum medius, cuiusmodi est Alphonsinus, ad hoc munus aptus erit: quia siue maior aliquo tempore annus fuerit deprehensus, siue minor, quam mediocris, parum à vero aberrare poterimus, si pro magnitudine anni illius medij, mediocrisue, omissionem diei intercalaris instituamus, cum neque nimis raro, neque nimis crebro dies intercalaris è medio tollatur, sed media quędam semper ratio seruetur: adeo vt ratio hæc intercalandi seipsam emendet, atque corrigat. Nam quando æquo crebrius intercalaris dies omittitur vno tempore, compensatur hic error tempore alio, quando scilicet rarius dies intercalaris eximitur, & contra.

Medius annus, id est Alphonsinus cur solus ad annum solarem æquandum aptus sit.

Ratio intercalationis ad medium annū instituta quo pacto seipsam emendet.

ID quod perspicuum erit ex calculis annorum aliquot ad finem cap. 6. vbi luce clarius apparebit, ęquationem æquabilem ad solum annum mediocrem, non autem ad minimum, siue maximum posse institui: quippe cum horum annorum æquationes æquinoctium post aliquot annos longissime è propria sede, stationeue exurbent, æquatio vero illius anni, videlicet medij, idem circa 21. diem Martij, quæ est eius sedes propria, ita conseruet, vt ab eo non longe possit euagari, etiam ad plurima annorum millia.

NEQVE aliud incommodum (si incommodum dici potest) ex hac interçalationis omissione secundū mediam anni magnitudinē instituta sequi potest, quā quòd anno maximo citius quam opus est, diem intercalarem eximamus, atque idcirco æquinoctium aliquantulum à die 21. Martij versus finem mensis recedat, Ecclesiasticumque æquinoctium diei 21. affixum contingat ante verum: Anno vero minimo tardius, quam æquum est, diem intercalarē omittamus, ac proinde æquinoctium deferat diem 21. Martij, progrediaturque versus mensis initium, ita vt Ecclesiasticum æquinoctium post cæleste, seu verum accidat. Hoc autem non esse absurdum, sed potius consuetudini Ecclesiæ maxime consentaneum, ex ijs, quæ sequuntur, intelligetur.

Nihil incommodi, quod alicuius momenti sit, sequi ex intercalatione pro medio anno instituta.

2 DEINDE posterior hæc ratio magis probata est, quia vt proximo cap. pluribus argumentis probauimus, Ecclesia vsa semper est medijs motibus, seu potius cyclis, in Nouilunijs, & Lunis xiiij. ad rectam Paschæ celebrationem inuestigandis, veris motibus exquisitiori Astronomorum perscrutationi relictis; quod medij motus sint semper æquales & vniformes, veri autem inæquales ac difformes, modo medijs maiores, & modo minores. Aequum igitur, & consentaneum esse videtur, vt ad æquinoctium in sua sede retinendum, adhibeat quoque anni magnitudinem, quæ inter maximam, & minimam media est, cum par vtrobique ratio esse videatur. Nam quemadmodum coniunctiones Luminarium mediæ veras nunc antecedunt, nunc vero subsequuntur, ita etiam ęquinoctium, quod annus inter maximum & minimum medius exhibet, vno tempore præcedet, vero subsequente, alio autem tempore post verum accidet, vt paulo ante diximus.

2. causa cur in correctione Calendarij magnitudo anni medij assumpta sit.

Similitudo inter medias Luminarium coniunctiones, & æquationem ad annum mediū institutam.

QVOD si quis obijciat, ex eo, quod æquinoctium verum non semper in die 21. Martij, vbi illud Ecclesia statuit, sed interdū vel ante, vel post contingat, necessario effici, vt nonnullæ Lunæ xiiij. pertineant ad primum mensem, sintque Paschales, ex Decretis, & sanctionibus Patrum, & Concilij Nicæni, & tamen reijciantur tanquam non Paschales, & ad vltimum mensem spectantes; propterea quod ante diem 21. Martij, in quo putat Ecclesia æquinoctium fieri, Lunæ illæ xiiij. existunt, licet in ipsum diem æquinoctij, quod tum fortasis diem 21. antecedit, incidant, vel ipsum etiam subsequantur: Rursus vt nonnullę Lunę xiiij. non sint Paschales, secundum eadē Decreta, & sanctiones Patrū, ac Nicæni Concilij, ad vltimū mensem pertineant, quæ tamen ab Ecclesia legitimę ad Pascha celebrandum, & primi mensis censeantur; propterea quod in diem 21. Martij æquinoctio destinatum incidunt, vel eum subsequuntur, etsi æquinoctium vernum, quod tum fortasis post diem

Dubitatio quod interdum Paschā. reijciatur in secundū mensem, nonnunquā vero primū mensem præueniat, si æquatio pro medio anno instituatur.

21. con-

Digitized by Google

21. contingit, præcedant; quorum vtrumque abſurdum eſſe videtur, cum priores Lunæ xiiij. Paſcha in ſecundum menſem reijciant ex primo, poſteriores autem idem in duodecimo, atque vltimo menſe ante primum exhibeant celebrandum.

Solutio dubitationis, nouum non eſſe, vt interdum Paſcha celebretur vel in ſecundo mẽſe, vel in vltimo, propter annos communes & biſſextiles.

SI quis, inquam, ſic obijciat, reſpondendum eſt, hoc non eſſe abſurdum, neque nouum in Eccleſia Dei. Nam æquinoctium vno die non poteſt contineri, ſed duos ſibi depoſcit dies, propterea quod ſi in anno biſſextili aliquo contingat v.g. die 20. Martij circa meridiẽ, idẽ ſequenti anno accidet ſex horis tardius, nimirũ die 20. ſub occaſum Solis, propter ſex illas horas, quę in anno quolibet poſt biſſextum omittuntur. Deinde proximo anno, die 20. circa mediam noctem, & alio anno inſequenti, die 21. ſub ortum Solis, ac tandem ſequenti anno, qui iterum biſſextilis eſt, ad priorem diem 20. circa meridiem regredietur, propter diem intercalarem anno adiectum. Cum igitur æquinoctium duos dies requirat, Eccleſia autem vnicum diem æquinoctio ſemper aſſign auerit, videlicet 21. Martij, vt omnes Chriſti fideles eodem vbique die Paſcha celebrent, proxima ſcilicet Dominica poſt Lunam xiiij. quæ cadit vel in diem æquinoctio attributum, hoc eſt, in 21. Martij, vel eum proxime ſequitur, non autem antecedit, vt ſupra docuimus; non potuit vllo tempore, neque ipſius Concilij Nicæni temporibus, quando Canon Paſchalis primum confirmatus eſt, atque à generali Concilio editus, cuitari, quin interdum Paſcha celebraretur vltimo menſe, vel ſecundo. quod ita planum efficiam.

Paſcha neceſſario celebratum eſſe interdum & in ſecundo menſe & in vltimo, etiam ipſis Concilij Nicæni temporibus.

FAC æquinoctium circa tempora Concilij Nicæni, quod à Patribus in die 21. Martij conſtitutum eſt, contigiſſe verè die 21. & 22. Martij, quemadmodum id tabulæ Nicolai Copernici, ſiue Prutenicę nobis demonſtrant, ex quibus reperimus, æquinoctium anno Domini 324. biſſextili contigiſſe die 21. Martij circa meridiem, ac proinde anno tertio poſt biſſextum, anno videlicet 327. die 22. ſub ortum fere Solis. Hoc poſito, quotieſcunque tunc anno tertio poſt biſſextum Luna xiiij. incidit in diem 21. Martij, (quod quidem, currente aureo numero 16. ante Calendarij correctionem ſemper accidebat) celebratum eſt Paſcha vltimo menſe, cum Luna illa xiiij. æquinoctium præceſſerit, atque in ipſum æquinoctium Paſcha inciderit, ſi forte tunc dies 22. fuit Dominica. Ponamus deinde æquinoctium circa idem tempus Nicæni Concilij occupaſſe diem 20. & diem 21. Martij. quod cum Alphonſinis tabulis magis congruit, cũ eæ æquinoctium anno 324. biſſextili in die 20. Martij horis ferme 22. ante meridiem reponant. Hoc, inquam, ſi recipimus, quotieſcunque eo tempore Luna xiiij. in anno biſſextili in diem 20. Martij incidit, reiectum eſt Paſcha in menſem ſecundum, cum illa Luna xiiij. vere Paſchalis fuerit, propterea quod vel in æquinoctium incidit, vel ipſum ſecuta eſt, & tamen eam Eccleſia reſpuerit, tanquam vltimi menſis, non aliam vtique ob cauſam, quam quod diem 21. æquinoctio aſſignatũ anteceſſerit. Idem nunc poſt correctionẽ contingat quoque neceſſe eſt, quotieſcunq. Epactæ xxiiij. xxiij. ſunt in vſu. Nam cadente æquinoctio in diem 20. Martij, & currente Epacta xxiiij. eſſet Luna xiiij. huius Epactæ ſedem habens in die 20. Martij, Paſchalis, ex Decretis Patrum, & Concilij Nicęni, quę tamen reijcitur, & alia ſecundi menſis recipitur. Incidente autem æquinoctio in diem 22. Martij, & currente Epacta xxiij. ſumitur Luna xiiij. huius Epactæ in diem 21. cadens pro Paſchali, cum tamen ex Decretis Patrum ad vltimum menſem pertineat, propterea quod ante æquinoctium exiſtit.

Eccleſiam Decretis Patrum non repugnare etſi interdum Paſcha celebret vel in vltimo menſe vel in ſecundo, cum hoc nullo modo vitari poſſit.

12. EX his liquido apparet, nouum non eſſe in Eccleſia, vt Paſcha vel in vltimo menſe, vel in ſecundo celebretur, propter æquinoctium vni diei affixum, quod duos dies poſtulat. Neque vero in hoc Eccleſia à Decretis Patrum, & Concilij Nicæni diſcedere putanda eſt: quia Decreta illa non ita ſeuerè accipienda ſunt, vt velint Eccleſiam ex tabulis Aſtronomicis æquinoctium debere explorare; ſed ita ſolum ſunt intelligenda, vt Eccleſiam præcipiãt in Paſchę celebratione obſeruare debere diem æquinoctio aſcriptum, licet nonnunquam æquinoctium antecedat illum diem, vel ſubſequatur, dummodo non longe ab eo recedat.

Aequinoctium duplex, Aſtronomicum ſeu verum, & Eccleſiaſticum ſiue politicum.

13 QVOCIRCA recte dici poteſt, æquinoctium duobus poſſe modis accipi: vno, prout vere in rerum natura exiſtit, & ab Aſtronomis conſideratur; alio, prout in Calendario affigitur ad certum aliquem diem, & ab Eccleſia ad Paſcha rite celebrandum adhibetur. Illud Aſtronomicum, ſiue verum, hoc Eccleſiaſticum, ſiue Politicum dicatur. Et quamuis Eccleſiaſticum hoc æquinoctium debeat ad Aſtronomicum illud, ac verum, quantum fieri poteſt, referri, iuſtas tamen ob cauſas poteſt vnum ab altero diſcrepare. Iuſtiſſima autem cauſa, quare Eccleſiaſticum æquinoctium à naturali, ac vero interdum differat, eſt concordia fidelium, atque conſenſus, propter quem Eccleſia æquinoctium vnico diei aſcri-

Digitized by Google

aſcripſit, vt nimirum in orbe Chriſtiano vniuerſo eodem die coniunctis animis Sacroſanctum Paſchæ diem omnes agitarent: quæ ſanè concordia vix, aut ne vix quidem, retineri poſſet, ſi æquinoctium, habita ratione veri motus, ad duos, aut etiam plures dies alligaretur, vt ex ijs, quę diximus, conſtat. Itaque tametſi Eccleſia in Paſchę celebritate libere, ac ſponte (nullis etenim legibus ad hoc faciendum aſtringitur, vt ſupra cap. 1. diximus) æquinoctium, & curſum Lunæ ſibi obſeruandum proponat, ob maiorem nimirum myſteriorum, quæ in ſanctiſſima Paſsione, ac Reſurrectione Dominica continentur, explicationem: magis tamen cordi ei eſt pax fidelium, atque concordia: adeo vt ſi caſu aliquo detrimentum accipiendum ſit vel in æquinoctio, motuque Lunæ, vel in concordia fidelium, exoptet magis, Paſcha eodem die ab omnibus celebrari, etiamſi non perfectè æquinoctium, curſuſque Lunæ teneatur, quàm vel minimam conſenſionem fidelium in eo celebrando dirimi, aut perturbari. Quis enim merito Eccleſiam reprehendat, vel erroris inſimulet, ſi nonnihil à perfecta æquinoctij, atque Lunæ xiiij. obſeruatione deflectat, vt tranquillitas, & pax inter fideles in Paſcha omnium feſtorum dierum celeberrimo agendo conſeruetur? Aequinoctium enim & Lunam xiiij. liberè, & ſolum, propter congruentiam quandam, ac ſimilitudinem cum Paſcha Hebræorum in hoc negotio conſiderat, vt cap. 1. docuimus; pacem verò credentium, atque concordiam, ex præcepto diuino tueri, atque conſeruare debet.

Eccleſiam libere obſeruare æquinoctium, & Lunam in Paſchæ ſolemnitate; & cur obſeruet.

Eccleſiæ magis cordi eſſe pacé fidelium in Paſchæ celebratione, quàm ac curatam æquinoctij, & curſus Lunæ obſeruationem.

14 DENIQVE medium annum potiſsimum in hac re ſecuta eſt Eccleſia, quoniã etſi propter diei intercalaris intermiſſionem pro magnitudine anni media inſtitutam, poſt aliquot ſeculorum decurſum accideret, æquinoctium non perſiſtere in die 21. Martij, ſed vel verſus finem menſis prolapſum eſſe, vel progreſſum verſus initium, per nouas obſeruationes deprehenderetur, quod ob Aſtronomicarum tabularum inconſtantiam, mutabilitatemque contingere poſſe, non negamus; (quemadmodum enim tabulæ Ptolemæi, & Alphonſi Regis deprehenſæ iam ſunt à veris motibus nonnihil deflexiſſe, quamquam illis temporibus, quando conditę ſunt, eos rectiſsimè exhiberent, ita nobis tabularum Prutenicarum ex Copernici doctrina erutarum perpetuitatem polliceri non poſſumus.) Etſi, inquam, æquinoctium è ſua ſede diſceſsiſſe comperiretur, nullo tamen negotio ad diem 21. poterit reuocari, ſi ex Decreto Pontificis Romani, vnus aut alter dies, vel etiam plures, ſi opus ſit, extra ordinem in aliquo anno intercalentur, ſi forte verſus finem menſis prolapſum deprehenderetur: aut ex anno aliquo eximantur, ſi verſus initium menſis proceſsiſſet: pro multitudine ſcilicet dierum, quibus æquinoctium à die 21. receſsiſſe animaduerteretur. Hac enim ratione ad 21. diem reſtitueretur, nec quicquam in Epactis Calendarij propterea immutandum erit, ſed ſolum æquationes tabulæ expanſæ Epactarum paulo aliter erunt diſponendæ. quod qua ratione fieri debeat, ſuo loco, cum de Epactarum æquatione verba faciemus, declarabimus.

3. Cauſa. Cur in correctione Calendarij media anni magnitudo aſſumpta ſit.

Aequinoctium, ſi poſt aliquot annos diem 21. Martij omnino deſeruiſſet, quo pacto ad eundē poſſit reuocari.

15 ATQVE in hoc excellentia, ac perpetuitas Calendarij Gregoriani conſiſtit, quod ad quamcunque intercalandi formam, hoc eſt, ad quamuis anni magnitudinem accommodari poſſit, nulla Cycli Epactarum facta in Calendario mutatione: quæ res in nullum alium Cyclum Lunarem quadrare poteſt; cum mutata intercalationis ratione, Cycli quoque in Calendario diſpoſitio mutanda ſit neceſſario, vt infra, cum de Epactarum tabula expanſa agemus, copioſe explicabimus. Quod quidem plerique non intelligentes, temere inconſiderateque perpetuitatem Gregoriani Calendarij oppugnant. Non enim Calendarium Gregorianum ideo appellatur perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium, quod, vt falſo aduerſarij interpretantur, talis in eo intercalandi formula ſit præſcripta, vt per eam æquinoctium in 21. die Martij ita retineatur, vt ab eo non recedat. Hoc enim nunquam diximus, & quidem fieri nulla ratione poteſt, ſi annus Ciuilis ex diebus integris conſtans, & intercalandi modus facilis, ac regularis, vt decet, non autem Aſtronomicus annus ex diebus, horis, horarumque fragmentis conſtitutus, & irregularis intercalationis forma populo rudi proponenda ſit. Quis enim tam ſtupidus, atque hebes ſit, modo ſit rebus Aſtronomicis vel leuiter tinctus, qui hoc ſibi perſuadeat, cum experientia quotidiana nos doceat, ne in quatuor quidem annorum interuallo, propter ſex horas quotannis omiſſas, æquinoctium in eodem die poſſe conſiſtere? Sed eam ob cauſam perpetuum, nullique mutationi obnoxium diximus Calendarium hoc nouum, quòd etiamſi à poſteris alia anni magnitudo fortaſſis fuerit deprehenſa, ac proinde alia quoque intercalationis regula ſecundum eam inſtituenda ſit, (quod quidem poſſe accidere, ingenue fatemur, propter anni magnitudinem incertam, & inæqua-

Perpetuitas, ac perfectio Calēdarij Greg. in quo conſiſtat.

Calendariū nouum non dici perpetuum, quaſi nunquā a die 21. Martij æquinoctium recedere poſſit.

Fieri nō poſſe, vt æquinoctiū in eodem die perſiſtat, ob ſex horas quotannis omiſſas.

Quare Calendarium nouum dicatur perpetuū.



Digitized by Google

lem; (Ob hanc enim causam in Compendio restitutionis Calendarij, duę intercalandi formulæ Principibus Christianis, & Mathematicis propositę sunt.) Calendarium tamen ipsum, quod ad dispositionem Epactarum spectat, intactum prorsus sit permansurum. Id quod non contingeret, si aureus numerus, quocunque etiam modo per dies dispositus, in Calendario relictus esset, quod nonnulli optabant: quippe cum non solum, si alia, atque alia intercalatio pro diuersis anni magnitudinibus institueretur, sed etiam seruata eadem semper intercalandi forma, secundum annum Alphonsi num, à nobis proposita, tricies oportuisset aureum numerum in Calendario immutare, atque idcirco triginta Calendaria diuersa (quod esset intolerabile) condenda fuissent, propter anticipationem Lunæ, vt infra cap. 15. patebit.

16 ITAQVE cum in hoc correctionis negotio anni Alphonsini magnitudo delecta sit, secundum quam ad æquinoctium in eodem die conseruandum, forma intercalandi instituatur, tanquam magis vniformis, magisque ad sensum vulgi accommodata, explicemus iam, qua ratione omissio diei intercalaris centesimo quoque anno post annum 1600. quadringentesimo quoque excepto, de qua ad initium huius capitis dictum est, ad hanc anni magnitudinem quadret. Etenim cum, vt cap. 3. ostendimus, æquinoctium in annis 134. ferme vnum diem anticipet, ita vt si nunc diei 21. adhæreat, post 134. annos ad diem 20. progressurum sit, efficitur, vt si quouis anno 134. post annum 1600. dies intercalaris omittatur, constituendo modo annum 132. modo annum 136. (quoniam annus 134. bissextilis non est) communem, dierum scilicet 365. non autem bissextilem, vt fieri deberet, si annus Iulianus, siue Ecclesiasticus maior, minorue non esset, quam dierum 365. & horarum 6. Efficitur, inquam, vt æquinoctium ad diem 21. reuertatur, quemadmodum ex omissione decem dierum anno 1582. facta, quibus à 21. die versus principium mensis Martij discesserat, ad eundem 21. restitutum est. Sed quoniam varietas hæc, qua modo anno quolibet 132. modo quouis anno 136. intercalatio omitti deberet, facile obliuioni tradi posset, quod anni huiusmodi nulla insigni nota sint affecti, electi sunt ad hanc rem anni potius centesimi, cum hi magis sint conspicui, & non tam facile in illis negligentia aliqua, aut obliuio possit obrepere, præsertim quod omnes centesimi sint Iubilæis dedicati, vt propterea Ecclesiæ Catholicæ filijs sint notissimi, atque expectatissimi. Cum enim in annis 134. vt dictum est, æquinoctium anticipet vnum diem, anteuertet idem sedem suam in Calendario spatio 402. annorum, tribus diebus.

Cur anni centesimi ad æquandum annum Solarem sint delecti.

17 Quare si quolibet spatio quadringentorum annorum tres intercalares intermittantur, hoc seruato ordine; vt primi tres centesimi post 1600. annum. (annus enim 1600. æquatione nondum indiget, cum tunc propter vicinitatem anni 1582. quo Calendarium est correctum, æquinoctium diem integrum anticipare non potuerit, sed adhuc die 21. contingat) sint communes, & non bissextiles, quadringentesimus autem quisque bissextilis sit; conseruabitur æquinoctium circa diem 21. Martij, perinde ac si centesimo trigesimo quarto quoque anno dies intercalaris omitteretur.

Qua ratione omissio diei intercalaris in cẽtesimis annis, quadringentesimo quouis excepto, ad annum Alphonsinum quadret.

ITAQVE etsi in posterum quartus quisque annus (tribus in medio relictis) de more adhuc sit bissextilis, hi tamen anni 1700. 1800. 1900. bissextiles non censebuntur, (quamuis in bissextilium numero contineantur) sed communes, annus autem 2000. erit bissextilis. Eodemque modo anni 2100. 2200. 2300. communes fient, & annus 2400. bissextilis, atque ita deinceps eodem semper seruato ordine, donec compertum sit, æquinoctium ita à 21. die Martij discessisse, vt ad eum reuerti non possit, nisi extra ordinem intercalatio per Decretum Summi Pontificis fiat, aut omisio vnius, pluriumve dierum in aliquo anno, vt supra ostendimus. Nam quòd duos illos annos, qui vltra 400. supersunt neglexerimus, nemo mirari debet: quippe cum in multis annorum millibus, nimirum in annis 26800. propemodum vix vnius diei errorem possint efficere, etsi eorum ratio non habeatur: qui tamen error, si ad vnum diem excreuerit, facile per intercalationem extraordinariam vnius diei in aliquo anno communi corrigetur; quod tunc dies ille anno restituendus sit, qui sine necessitate exemptus est. Non censuimus tamen, habendam esse rationem duorum illorum annorum, ne ratio intercalandi redderetur obscurior: præsertim, quia posteri post annum Domini 28400. id est, circa annum 26800. post correctionem, si tamdiu mundus durabit, facilè æquinoctium in suam sedem restituent, vt diximus. Huc accedit, quòd ratio nostra intercalandi secundum annum Alphonsinum instituta est, de quo certi esse non possumus, num tanto tempore medium semper locum inter maximum, & minimum annum retenturus sit. Quare meritò hanc

In quot annis æquinoctiũ per vnum diem à 21. Martij versus finem mensis prolapsurum sit, si annus Alphonsinus semper medium locum teneret inter maximum, & minimum annum.

curam

Digitized by Google

curam posteris relinquimus, vt maturè considerent, quæ tunc æquatio sit instituenda, si forte alia anni magnitudo fuerit deprehensa. Hic autem numerus annorum 26800. ita colligitur. Si in 134. omittitur 1. dies intercalaris, in 2. annis deberent omitti $\frac{1}{134}$ id est, $\frac{1}{67}$ vnius diei: atque hac minutia præuenimus omissionem intercalationis in 400. annis. Igitur si $\frac{1}{67}$ vnius diei expoſcit 400. annos; dies 1. requiret 26800. annos. Atque hoc verum quidem est, si verè annus est D. 365. hor. 5. min. 49. sec. 16. Sed hac de re vide quoque, quæ cap. 14. Num. 1. scripsimus.

18 PORRO consideratione dignum videtur, rationem hanc intercalationis in centesimis annis institutam, persimilem esse consuetæ intercalandi formulæ quarto quoque anno, atque ideò facile à populo memoria posse retineri. Quemadmodum enim quartus quisque annus post Christum natum bissextilis semper fuit, & erit, (centesimis quibusdã exceptis) alij autem omnes anni communes, ita post annum 1600. quadringentesimus quisque annus bissextilis erit, reliqui verò omnes anni centesimi communes. Item quemadmodum inter annos non centesimos, ij tantum bissextiles sunt, quos quaternarius numerat, quales sunt anni 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 1588. 1592. 1596. 3416. 3420. 3424. &c. ita quoque post correctionem, ex annis centesimis ij duntaxat, quorum centenariorum numerum quaternarius numerat, bissextiles erunt, quales sunt anni 1600. 2000. 2400. 3600. 9200. &c. Nam omnes hos centenariorum numeros 16. 20. 24. 36. 92. quaternarius metitur, vt patet.

*Similitudo inter intercalationem quadringẽtesimo quoq. anno, & intercalationem quarto quoque anno consuetam.*

VERVM dicet aliquis. (& sane non pauci ita sibi persuadent) Hæc intercalaris diei omissio in annis centesimis, maximè quidem ad captum vulgi, & ad memoriam est accommodata, sed minus idonea ad æquinoctium in 21. die Martij conseruandum videtur. Nam cum ad retinendum æquinoctium in eodem die, omittendus sit vnus dies intercalaris, pro anni Alphonsini magnitudine, singulis quibusque 134. annis, vt supra ostensum est, fit, vt in æquatione, quæ per centesimos annos progreditur, in primo centesimo per omissionem diei intercalaris præueniatur iusta ac legitima æquatio annis 34. in secundo verò centesimo, annis 68. & in tertio centesimo, annis 102. quæ res non videtur æquinoctium in in sua retinere sede, sed ab ea potius deturbare.

*Dubitatio quod æquatio non reſtè videatur adhiberi in centesimis annis, quæ quouis ann. 134 fieri deberet.*

ATTAMEN si rem paulò attentius considerare quis velit, intelliget profectò, hac nostra æquatione, si anni magnitudo tanta vtique esset, quantam nobis tabulæ Alphonsinæ præbent, æquinoctium rectius in sua sede conseruari, quàm si quouis anno 134. ea fieret. quod ita planum erit. Statuamus æquinoctium, v. g. contingere aliquo anno in die 21. Martij, sex horis ante ortum Solis, hoc est, media nocte antecedente. Hoc posito, idem post annos $33\frac{1}{4}$. anteuertet eam mediam noctem sex horis, fietque circa occasum Solis diei 20. propterea quòd in annis 134. vnum diem anticipat, ideoq. annis $33\frac{1}{4}$. quartam partem diei, hoc est, sex horas. Post annos vero 67. eadem de causa, idem in meridie eiusdem diei 20. reperietur. Et post $100\frac{1}{2}$ annos, in ortu Solis eiusdem diei 20. Ita vt post spatium 100. annorum, æquinoctium à prima sibi assignata sede recesserit versus initium mensis per tres quartas partes diei, hoc est, per horas 18. Quòd si hoc anno centesimo dies intercalaris non eximatur, sed expectetur annus 134. vt nonnullis rem non recte perpendentibus placet, excrescet hic recessus versus mensis initium ad 24. horas, æquinoctiumq. ante diem 20. media nocte accidet, antequam dies anno 134. eximatur; semperq. hoc eueniet quolibet spatio 134. annorum. At si primo centesimo anno subtrahatur dies intercalaris, etiamsi anticipatio æquinoctij nondum ad integrum diem, sed ad horas duntaxat 18. excreuerit, deducetur æquinoctium ex ortu Solis diei 20. in ortum Solis diei 21. distabitque sex horis versus finem mensis à puncto primum assignato, non autem horis 18. versus principium mensis. Deinde in secundo centesimo, cum primum æquinoctium ad meridiem diei 20. peruenerit, restituetur idem, per subtractionem diei intercalaris, in meridiem diei 21. distabitq. horis 12. à prima sede. At verò in tertio centesimo, cum iam æquinoctium attigerit Solis occasum diei 20. reuocabitur idem, per alterius diei exemptionem, ad Solis occasum diei 21. atque à prima sede horis 18. distabit. Deinceps autem sensim distantia hæc imminuetur, donec in quarto centesimo per 18. horas imminuta sit, (quòd centesimo quoque anno æquinoctium horis 18. sedem suam anteuertat) atque idcirco in prima rursus sede, hoc est, in media nocte ante diem 21. existat, cum quarto illo centesimo dies intercalaris non omittatur, sed de more intercaletur.

*Solutio superioris dubitationis*

VIDES ergo, si dies vnus quolibet anno 134. excerperetur, (quod non paucis, vt diximus



Digitized by Google

ximus, visum est expedire) æquinoctium semper recessurum versus principium mensis à se de sibi assignata, vt recessus hic prope annum 134. ad diem ferè integrum excresceret. quod quidem ter in spatio quadringentorum annorum contingeret. Secundum verò nostram æquationem in centesimis annis institutam, non posse distantiam æquinoctij à prima sede sua continere vnquam 24. horas, sed ad summum 18. & hoc semel in toto quadringentorũ annorum spatio; atque idcirco rectius conseruari æquinoctium ad diem 21. si in centesimis annis fiat æquatio, quam si annus 134. expectetur.

Aequationem in cẽtesimis annis adhibitam eodẽ modo conseruare æquinoctium in eodem die, quo per intercalationem quarto quoque anno conseruatur.

19 ADDE quod nostra hæc æquatio in centesimis annis adhibita non solum, vt antea dictum est, ad solitam intercalandi rationem quadriennalem conformatur, sed eadem prorsus est ratio in vtraque, quod ad conseruationem æquinoctij in eadem sede attinet. Nam sicut primo anno post bissextum æquinoctium versus finẽ mensis prolabitur sex horis; secundo horis 12. & tertio horis 18. propter senas horas in singulis annis communibus omissas; anno denique quarto ob intercalationem vnius diei prope anni initium, non expectatis 24. horis expletis, in eandem sedem restituitur: ita in quolibet spatio quadringentorum annorum accidit, si primi tres centesimi fiant communes, & quartus intercalaris, vt ex dictis liquido constat. Itaque hæc iure reprehendi non potest, quin illa quoque damnetur.

Aequationem in annis centesimis adhibitam persimilem esse æquationi Arabum in anno Lunari.

20 QVID, quod eandem propemodum rationem intercalandi Arabes in anni Lunaris æquatione sequuntur? Nunquam enim expectant, donec ex horis omissis dies integer confletur, sed quotiescunque ex illis horis maior numerus, quam 12. componitur, instituunt annum intercalarem, adijcientes vnum diem anno Lunari dierum 354. quem Embolismum appellant. Qua de re legendus est Campanus in Computo maiori, & Paulus Middelburgensis lib. 2. suæ Paulinæ. Sed vt planius percipiatur, non potuisse commodiorem, & vero magis similem æquationis viam iniri, quam eam, quæ hoc cap. à nobis explicata est, afferemus in medium argumenta, seu potius cauillationes quorundam, aduersus eam æquandi Solaris anni rationem. Verum prius in sequenti capite explicanda paulo diligentius erit tota periodus Anomaliæ æquinoctiorum, & inæqualitatis annorum, secundum hypotheses Nicolai Copernici, quandoquidem hæ magis hodie sunt receptæ ab Astronomis. Hinc enim clarissime apparebit, & formulam æquationis præscriptam aptissimam esse, & aduersarios, quicunque illi sint, in ea oppugnanda frustra tempus terere.

# CAPVT VI.

## *De periodo anomaliæ Aequinoctiorum, & inæqualitatis annorum, ex Nicolai Copernici doctrina.*

1 QVONIAM ad funditus euertendam Solaris anni æquandi formulam proximo capite explicatam, temere affirmant nonnulli, qui se egregios Astronomos prædicant, æquinoctium vernum, si ea adhibeatur, ex die 21. Martij non ita post multa annorum millia ad 27. vsque prolapsurum, & ad diem 21. amplius non rediturum, addunt-que medium æquinoctium hoc tempore in diem 23. Martij incidere, atque æquinoctium verum à medio tum progrediendo, tum regrediendo, toto quatriduo discedere posse; operæ pretium me facturum existimo; si ad coarguendam horum vaticinatorum inscitiam, pro huius operis instituto, breuiter proponam hoc cap. ob oculos æquinoctia tam vera, quam media totius periodi anomaliæ æquinoctiorum, atque annorum Solarium inæqualitatis ex tabulis Prutenicis, quæ apud omnes ferè iam solæ in pretio sunt, & ex quibus aduersarij omnia sua argumenta confingunt, atque depromunt. Ita enim calumniæ eorum, quas in æquatione æquinoctiorum, quæ in nouo Calendario præscribitur, oppugnanda adhibent, omnibus fient manifestæ; planumque efficietur, æquinoctium vernum, adhibita nostra intercalandi formula, non tanto spatio à die 21. recessurum, quanto isti falso, ac temere ipsum digressurum vaticinantur.

2 ET quoniam Nicolaus Copernicus, ex cuius doctrina Prutenicæ tabulæ extructæ

sunt

Digitized by Google

sunt, statuit periodum anomaliæ præcessionis æquinoctiorum confici spatio 1717. annorum Aegyptiorum, qui constituunt annos Iulianos, quibus nunc vtimur, 1717. & dies 302. partiemur totum hunc orbem, & reuolutionem in 8. partes præcipuas, primum quidem in 4. quadrantes, singulos deinde quadrantes in binas partes æquales, vt tempus cuiuslibet harum 8. partium æqualium complectatur annos 214. dies 174. ac horas 15.

3 HABVIT autem hæc reuolutio anomaliæ suum initium annis 63. completis, & diebus 227. horis 20. ac min. 42. ante Christum natum: propterea quod tanto temporis interuallo æqualis siue medius motus eius anomaliæ conficit arcum à Copernico assignatum pro Epocha, siue Radice ipsius, ad initium annorum Domini: quæ Radix continet Sig. 0. Grad. 6. Min. 40. Sec. 27. Ter. 28. Quart. 6. Si igitur annis 63. & diebus 227. horis 20. ac min. 42. ante Christi ortum elapsis, adijciantur anni 1715. & dies 302. totius circuitus, ac rauolutionis, siue quod idem est, tempus illud ante Christum natum ex integra hac reuolutione subducatur, (non aliter, ac si quis vellet v. g. tribus diebus ante principium anni adiungere 10. dies, is conficeret 7. dies anni, subtrahendo nimirum 3. ex 10.) comperiemus eandem anomaliam denuo reuolutionem suam inchoare anno Domini 1653. labente, die 25. Martij secundum Calendarium nouum, cum prioris reuolutionis principium incidisset in 18. diem Maij, si tunc annus Iulianus fuisset in vsu. Hinc per additionem continuam annorum 1715. & dierum 302. colligentur anni, in quibus eadem reuolutio ad caput redibit. At vero per continuam additionem annorum 214. dierum 174. hor. 15. conflabuntur anni, in quibus eadem reuolutio illas octo partes totius periodi æquales occupabit, vt in subiecta formula factum est, in qua duæ reuolutiones integræ sunt descriptæ. Prima initium habet ab anno 63. expleto ante Christi Natiuitatem, finemque sortitur anno Domini 1653. labente: à quo anno altera periodus incipit, terminaturque anno Domini 3369. labente. In his autem ascripsimus quoque dies mensium, in quibus fere anomalia octo partes totius reuolutionis occupat.

Periodus Anomaliæ æquinoctiorum quando inceperit ante Christi ortũ.

Radix periodi anomaliæ æquinoctiorum.

Periodus anomaliæ æquinoctiorum quo anno Christi iterum inceptura sit.

| *Quando Anomalia æquinoctiorum in qualibet octo partium existat.* | *Anni Domini labentes.* | *Dies mensium.* |
|---|---|---|
| In principio reuolutionis, seu primi quadrantis. | 63. ante Christum natum expleto, & 1653. | 18. Maij. 25. Martij. |
| In medio primi quadrantis | 151. & 1867 | 8. Nouemb. 18. Septemb. |
| In fine primi quadrantis, & principio secundi. | 366. & 2082 | 2. Maij. 12. Martij. |
| In medio secundi quadrantis. | 580. & 2296 | 23. Octobr. 5. Septemb. |
| In fine secundi quadrantis, & principio tertij. | 795. & 2511 | 16. Aprilis. 28. Febr. |
| In medio tertij quadrantis. | 1009. & 2725 | 8. Octobr. 24. Augusti. |
| In fine tertij quadrantis, & principio quarti. | 1224. & 2940 | 31. Martij. 15. Febr. |
| In medio quarti quadrantis. | 1438. & 3154. | 22. Septemb. 11. Augusti. |
| In fine quarti quadrantis, seu totius reuolutionis, & principio nouæ reuolutionis. | 1653. & 3369 | 25. Martij. 2. Febr. |



Digitized by Google

Aequinoctium verum ac medium, quando simul fiant, & quãdo maxime inter se differant, & quando mediocris sit eorũ differentia.

4 AEQVINOCTIVM verum ac medium inter se non differunt, sed simul eodem tempore fiunt, quando anomalia est tam in principio suę reuolutionis, quam in fine secundi quadrantis, hoc est, in principio tam primi, quam tertij quadrantis: quia tunc æquatio pręcesionis nulla est. Maxima autem inter vtrumque æquinoctium differentia est, cum anomalia finem tum primi, tum tertij quadrantis posidet in sua reuolutione: quia æquatio pręcesionis tunc maxima est. Differentia denique inter vtumque æquinoctium in medio cuiusque quadrantis mediocris est; quod tunc æquatio præcesionis medio modo se habeat; adeo vt in tota periodo anomaliæ bis vtrumque æqui noctium simul fiat, & bis maxime alterum ab altero differat, quater autem eorum differentia in mediocritate qua dam consistat.

Annus tropicus quando sit maximus, quando minimus, & quãdo mediocris.

RVRSVS annus tropicus, seu vertens, maximus est, quando anomalia & in principio suæ reuolutionis, & in fine existit, scilicet in initio primi quadrantis, & in fine quarti. Minimus autem est, cum eadem anomalia in medio suæ reuolutionis constituitur, hoc est, in fine secundi quadrantis, siue in principio tertij. In alijs denique locis anomaliæ, mediocris est. Atque huius varietatis causa est, quia præcessio æquinoctiorum vnius anni, quæ semper ab anno sidereo æquali (qui continet dies 365. hor. 6. min. 9. sec. 39. ex Thebitij, & Copernici sententia) subtrahenda est, vt anni tropici magnitudo relinquatur, tam in suæ reuolutionis principio, quam in fine tardissima est: in medio autem velocissima: alijs denique in locis medio modo se habet inter tardissimum, ac velocissimum eius motum. Itaque in tota periodo anomaliæ pręcesionis æquinoctiorum annus semel maximus est, semel minimus, & sæpius mediocris; ita tamen, vt semper duorum annorum à minimo anno vtrinque æqualiter distantium magnitudines sint inter se æquales. Quę omnia in tabula insequenti continentur, vbi tempus veri ac medij æquinoctij, quando anomalia circa octo illa loca totius reuolutionis ab anno 1653. inchoatæ existit, supputatum est, vna cum anni vertentis magnitudine. Facta autem est supputatio ad annos bissextiles, qui propinquiores sunt annis, in quibus anomalia in octo illis locis existit, (excepto anno 1653. qui principium est reuolutionis, & ad quem calculus subductus est, licet non sit bissextilis) quod in bissextilibus annis minor varietas cernatur in Solis ingressu in primum gradum Arietis. Calculus quoque ad æquationem Calendarij restituti, quę per 400. annos progreditur, accõmodatus est. Negleximus tamen horas in æquinoctijs, quod satis esse visum sit, si dies verni æquinoctij cum tempore ante, vel post meridiem, aut mediam noctem scriberetur, horis omissis.

*Anno 1653. quando reuolutio anomaliæ præcessionis æquinoctiorum incipit.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 20. Martij post med. noct. / 20. Martij post med. noct. }

Annus tropicus continebit dies 365. hor. 5. min. 55. sec. 37. ter. 40. quæ anni magnitudo fuit etiam anno 63. ante Christi Domini ortum: & secundum quam æquinoctium diem vnum anticipat annis ferme 329.

*Anno 1868. cum anomalia erit iuxta medium primi quadrantis suæ reuolutionis.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 21. Martij post med. noct. / 20. Martij circa ortum Solis. }

Annus tropicus continebit dies 365. hor. 5. min. 53. sec. 52. quæ anni magnitudo conuenit etiam tempori circa annum Domini 151. & secundum quam æquinoctium anticipat diem vnum annis propemodum 231.

Anno

Digitized by Google

*Anno 2080. obtinente anomalia finem ferme primi quadrantis, & principium secundi suæ reuolutionis.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 21. Martij circa occasum Solis. / 20. Martij post mer.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 49. sec. 16. ter. 29. quæ anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 366. & secundum quam anticipatio æquinoctij per vnum diem requirit annos fere 134.

*Anno 2296. cum anomalia circa medium secundi quadrantis suæ reuolutionis versabitur.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 21. Martij post merid. / 20. Martij sub occasum Solis.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 44. sec. 46. ter. 59. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 580. & secundum quam anticipat æquinoctium vnum diem annis fere 94.

*Anno 2512. quando anomalia erit iuxta finem secundi quadrantis, & in principio fere tertij, uidelicet in medio totius reuolutionis.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 21. Martij ante merid. / 21. Martij ante merid.

Annus tropicus est dierum 365. hor. 5. min. 42. sec. 55. ter. 7. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 795. & secundum quam, vt æquinoctium anticipet vnum diem, requiruntur fere anni 84.

*Anno 2724. anomalia occupante medium fermè tertij quadrantis suæ reuolutionis.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 20. Martij post med. noct. / 21. Martij circa occasum Solis.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 44. sec. 46. ter. 59. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 1009. & ad anticipationem æquinoctij per vnum diem postulat fermè annos 94.

Anno

Digitized by Google

*Anno 2940. versante anomalia in fine prope tertij quadrantis suæ reuolutionis, & principio fere quarti.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 19. Martij post med. noct. / 21. Martij circa ortum Solis.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 49. sec. 16. ter. 29. quæ anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 1224. postulatq. annos propemodum 134. vt æquinoctium anticipare possit vnum diem.

*Anni 3156, cum anomalia erit fere in medio quarti quadrantis suæ reuolutionis.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 20. Martij circa occasum Solis. / 21. Martij circa merid.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 53. sec. 52. quæ anni magnitudo extitit etiam circa tempora anni Domini 1438. & secundum eam, vt æquinoctium anticipet vnum diem, requiruntur propemodum anni 231.

*Anno 3368. quando anomalia tenebit fere finem totius reuolutionis, hoc est, in fine quasi quarti quadrantis uersabitur.*

Aequinoctium { verum, medium } fiet { 21. Martij circa merid. / 21. Martij circa merid.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 55. sec. 37. ter. 40. quę anni magnitudo conuenit etiam in tempora circa annum Domini 1653. & circa annum 63. ante Christi ortum: requirit autem annos ferè 329. vt æquinoctium anticipet vnum diem. Et si annus haberet semper hanc magnitudinem, omittenda esset intercalatio bissextilis consueta quolibet anno 329.

Confusio inter Christianos, si æquatio æquinoctij. ad motũ verum instituerctur.

EX his facile conijci potest, quanta confusio oriretur in orbe Christiano vniuerso, si æquatio æquinoctij secundum verum motum esset instituenda, quippe quæ sæpissime in spatio 1715. annorum mutanda esset, pro varia anni magnitudine, quæ mirum in modum eo in spatio continenter crescit, atque decrescit. Quæ res magnam omnibus Ecclesijs solicitudinem inijceret, siquidem perpetuò ambigerent, num hoc, vel illo anno bissextili intercalaris dies omittendus esset, cogerenturq. ea de re Astronomorum sententias explorare quotannis. Quod absurdum esset omnino, & ad hoc vsque tempus inauditum.

5 SIMVL illud constat, nullam æquationem anni Solaris, quę præcipiat certis, statisque semper temporibus diem intercalarem esse omittendum; (qualis est nostra, statuens, vt quadringentis quibusque annis tres dies intercalares eximantur) omni ex parte quadrare posse vero motui Solis, ita vt æquinoctium perpetuo apud diem 21. Martij re-

tineat

Digitized by Google

tineat, atque conſeruet: propterea quod ſecundum verum motum modo plures anni requiruntur, modo pauciores, quibus æquinoctium per vnum diem in Calendario verſus initium menſis progrediatur. Fruſtra igitur a quibuſdam noſtra hęc ęquatio oppugnatur, quod vero motui ad vnguẽ non reſpondeat, cum hoc nulla ratione fieri poſsit in vlla ęquatione ęquabili, ac vniformi; qualem decet Eccleſiam inſtituere, & cuiuſmodi noſtram eſſe conſtat, vt ex dictis manifeſtum eſt.

Aequationem vniformem fruſtra à nonnullis impugnari.

6 CONSTAT præterea, æquinoctium vernum in tota proxime futura periodo, quæ ab anno 1653. incipit, finemque habebit anno 3369. à ſua ſede non multo longius, quam ſpatio vnius diei in vtramuis partẽ declinaturum, etiãſi æquatio intercalationis noui Calendarij adhibeatur; vt recte Alphonſini anni magnitudo, quæ media quodammodo eſt inter maximam, ac minimam, aſſumpta ſit, ex qua intercalationis formula pręſcribatur: quandoquidem ea formula & æquabilis eſt, & vniformis, atque ad vulgi captum accomodatiſsima, & quæ æquinoctium circa diem 21. Martij, in quo eius ſedes conſtituta eſt, ita detineat, vt ab eo non procul recedere poſsit, ſed modo eum antecedat, modo ſubſequatur, modo denique in ipſum diem 21. incurrat.

Aequinoctium ſecundũ æquationẽ noui Calendarij non lõge a die 21. Martij recedere, ideoq. merito eam eſſe inſtitutam ad annum Alphonſinum, qui medius eſt.

7 POSTREMO colligitur ex his, quæ diximus, in tota vna periodo anomaliæ æquinoctiorum diſcrimen inter verum, mediumque æquinoctium ad duos integros dies nunquã excreſcere, immo neque ad ſeſquidiem: quod tamen per calumniam quidam totum quatriduum poſſe conficere affirmant: qua in re cum doctrina Copernici, quam tamen ipſi magnopere iactant, manifeſtiſsime pugnant. Hoc autem ita quoque planum fiet. Aequinoctium verum ac medium ſimul eodem temporis momento fiunt, (vt ſupra Num. 4. dictum eſt) quoties æquatio præceſsionis nulla eſt. quod quidem fit, anomalia præceſsionis obtinente principium, vel medium, vel finem ſui ambitus, ac reuolutionis: Plurimum vero alterum ab altero diſtat, cum eadem æquatio maxima eſt, complectiturque in tabulis Prutenicis grad. 1. min. 11. ſec. 22. ter. 30. quod quidem fit, quoties anomalia verſatur in principio ſecundi quadrantis, & quarti ſuæ reuolutionis. Porro quando duo hæc æquinoctia inter ſe differunt, medium quidem antecedit, & verum ſequitur, hoc eſt, æquinoctium medium contingit ante verum, quando æquatio præceſsionis ęquinoctiorum medię pręceſsioni adimitur, vt vera præceſsio colligatur: quod quidem fit, quotieſcunque duplicata anomalia ſemicirculo minor eſt, id eſt, quando anomalia æquinoctiorum nondum ſecundum quadrantem totius periodi confecerit. Medium vero æquinoctium ſequitur, & verum præcedit, hoc eſt, æquinoctium verum ante medium accidit, quando æquatio præceſsionis ęquinoctium mediæ præceſsioni adijcitur, vt vera præceſsio componatur: quod quidem vſu venit, quandocunque anomalia duplicata maior eſt ſemicirculo, videlicet, quando anomalia æquinoctiorum iam tranſierit ſecundum quadrantem totius periodi. Tanto autem tempore vnum ęquinoctium alterum præcedit, aut ſequitur, quantum ſatis eſt, vt vel motu ſuo vero arcum æquationis præceſsionis ęquinoctiorum percurrat. Quoniam vero maxima ęquinoctiorum æquatio nunquam excedit, vt dictum eſt, grad. 1. min. 11. ſec. 22. ter. 30. & motus Solis diurnus nullo tempore minor eſt quam gr. 0. min. 56. ſec. 46. efficitur, vt tempus inter verum, ac medium æquinoctium nunquam excedat diẽ 1. & hor. 6. aut paulo amplius, etiam tũ, cum motus Solis tardiſſimus eſt, & ęquinoctiorum æquatio maxima: vt vehementer mirẽr, quid in mentem venerit nonnullis, cum veluti ſomniantes dixerunt, differentiam inter vtrumque ęquinoctium ad totum quatriduum poſſe excreſcere, mediumque æquinoctium hoc ſeculo contingere die 23. Martij; cum tamen ab anno Chriſti Domini 1653. vſque ad annum 3368. vna tota reuolutione anomaliæ diem 21. nunquam fere tranſgrediatur, vt ex ſuperiori calculo manifeſtum eſt.

Aequinoctium medium quando antecedat, aut ſequatur verum.

Differentiam inter verum ac medium æquinoctium nõ attingere diem vnum cum ſemiſſe.

Quantũ ſit maximum diſcrimen inter verũ ac medium æquinoctium.

8. SED videor mihi videre cauſam erroris iſtorum Mathematicorum. Ratiocinati ſunt, opinor, de medio, ac vero æquinoctio, ſicut de media, ac vera coniunctione, ſeu oppoſitione Luminarium ſolemus. Putauerunt enim tum demum ęquinoctium fieri medium, quando linea medij motus Solis cum puncto medij ęquinoctij coniungitur, quemadmodum media coniunctio, oppoſitioue Solis, ac Lunæ accidit, quando lineę mediorum motuum Solis ac Lunæ coniunguntur, vel opponuntur. Ex quo fit, vt ſi punctum æquinoctij medij exiſtat tunc inter punctum veri ęquinoctij, & corpus Solare, æquinoctium verum à medio abſit maiori interuallo, quam proſthaphęreſis, ſiue ęquatio præceſsionis ęquinoctiorum poſtulat; quanquam nec ſic ad totum quatriduum peruenire poſſit hęc diſtantia, cum ęquatio Solis nunquam duos integros gradus contineat.

Quid deceperit nonnullos, vt putauerint æquinoctium medium a vero ab eſſe poſſe toto quatriduo.

SED

Digitized by Google

Aequinoctium medium quando fiat.

SED hallucinati sunt lyncei isti Mathematici. Alia enim ratio est æquinoctij medij, & alia coniunctionis, vel oppositionis Luminarium mediæ. Aequinoctium siquidē medium fit, cum primum Sol punctum medij æquinoctij attigerit, vt Astronomi docent. Erasmus enim Reinholdus Astronomus peritissimus in tabulis Prutenicis, quas extruxit, Præcepto 22. ita scribit. *Non dubium est, Solem conficere vernum æquinoctium, cum tanto interuallo adhuc præcedit primam stellam Arietis, quantum interiectum est inter ipsam vernam sectionem vtriusque circulorum, æquinoctialis, atque obliqui, & eandem stellam.* Intelligendum autem hoc esse tam de verna sectione media, quam de vera, colligitur ex 10. Præcepto, vbi differentiam inter medium, & apparens æquinoctium appellat Prosthaphæresim, seu æquationem æquinoctiorum, quæ maxima scrupulorum est 71. primorum, & secundorum 22. cum semisse vnius secundi. Multo clarius idem docet Iosephus Moletius celebris Astronomus in tabulis Gregorianis à se editis, Canone 13. cum sic ait. *Fit æquinoctium apparens, quando Sol ingreditur punctum sectionis Ecliptica, & Aequatoris apparētis: medium vero, quando Sol intrat punctum sectionis Aequatoris medij, & Ecliptica. Et ideo æquinoctium verum fit, quando Sol antecedit primam Arietis stellam tanto spatio, quanta est vera præcessio æquinoctiorum ad datum tempus: Medium autem, quando Sol antecedit tanto interuallo primam Arietis stellam, quantus est arcus mediæ præcessionis. Differentia inter hæc duo æquinoctia est tempus respondens Prosthaphæresi æquinoctiorum.* Non igitur medium æquinoctium fiet, quando linea medij motus Solis punctum medij æquinoctij occupat, vt perperam Mathematici isti noui videntur velle, sed quando Sol ipse punctum illud possidet, vt nos ex Astronomorum doctrina tradidimus. Nam si medium fieret æquinoctium, quando Sol medio suo motu sectionem vernam mediam obtinet, non semper simul fierent verum, ac medium æquinoctium, quando Prosthaphæresis æquinoctiorum nulla est; quod raro admodum tunc verus Solis motus à medio non differat. Hoc autem cum omnibus Astronomis pugnat; quippe qui omnes doceant, medium æquinoctium vna cum vero contingere, quando prosthaphæresis præcessionis æquinoctiorum nulla est.

Aequinoctium medium non fieri, quando linea medij motus Solis cum puncto medij æquinoctij conjungitur.

9 VERVM proferamus calculum ad annos aliquot vlteriores, vt appareat, quam temerarius, atque inconsideratus in hoc quoque vnus ex istis Mathematicis fuerit, qui ineptissime asseruit, æquinoctium prolapsurum ante annum Domini 15000. ad diem 21. Martij, si ratio æquandi anni Solaris in nouo Calendario præscripta seruetur. quod quidem (vt reor) non ex calculo aliquo Astronomico asseruit, sed ex falsa illa opinione, qua æquinoctium medium die 23. Martij accidere existimauit, verumque æquinoctium à medio distare posse toto quatriduo. Hinc enim, & non aliunde colligitur, verum æquinoctium prolapsurum aliquando ad diem 27. Martij, & progressurum ad diem 19. vsque. Hoc autem fictitium esse, ac falsum, calculus subiectorum annorum euidenter demonstrat.

Quare quidam Astronomus putauerit æquinoctium verū prolapsurū ad diē 27. Martij.

---

*Aequinoctium ergo vernum fiet.*

| Anno Domini | | Die | | Martij | |
|---|---|---|---|---|---|
| | 4709 | | 21 | | post med. noct. |
| | 5084 | | 21 | | ante med. noct. |
| | 5209 | | 23 | | circa med. noct. |
| | 6004 | | 23 | | sub occasum Solis. |
| | 10020 | | 23 | | post med. noct. |
| | 15002 | | 21 | | post med. noct. |
| | 15004 | | 20 | | circa med. noct. |
| | 15102 | | 21 | | post med. noct. |
| | 15202 | | 21 | | post med. noct. |
| | 15604 | | 22 | | post med. noct. |
| | 15804 | | 23 | | circa med. noct. |
| | 20004 | | 20 | | post merid. |
| | 20005 | | 20 | | post med. noct. |

VBI

Digitized by Google

VBI est, obsecro, in his 13. annis vsque ad 20005. annum, æquinoctium die 27. Martij? Ego certe reperio, id vltra biduum, aut triduum, & paulo amplius à die 21. non abesse, etiamsi verum æquinoctium ex Tabulis Prutenicis, adhibita semper formula æquationis Calendarij Gregoriani, supputetur. Sed videlicet acutus ille Mathematicus, homo simplex, & ad recte facta calumniandũ natus, neminem fore existimauit, qui ad eius vaticinationem de prolapsione æquinoctij ad 27. diem excutiendam in futura secula numerando progrederetur.

QVOD si post tantum annorum interuallum (si mundus tam diu duraturus est) constaret, tabulas Prutenicas adhuc congruere motibus cælestibus, quis non videt, si in Ecclesiastico Computo regulare quid, atque æquabile, ad festa mobilia ex motibus cælorum cognoscenda, est proponendum rudi populo, (quod omnino esse necessarium, abunde cap. 4. & alijs in locis à nobis ostensum est,) aptissimam esse nostram intercalandi rationem, quæ ad anni magnitudinem mediam accommodata per 400. annos progreditur? Hac enim intercalationis formula adhibita, æquinoctium suapte sponte ad diem 21. Martij redit, licet propter anni Solaris inæqualem magnitudinem, siue propter æquinoctiorũ præcessionem in æqualem soleat interdum à die 21. aliquantum vltro citroque euagari: vt iure optimo æquatio hæc nostra æquinoctium circa diem 21. Martij conseruare dici possit.

Calendariũ nouum esse perfectum, etiamsi tabulæ Prutenicæ veris motibus adhuc consentirent post annos 20000.

10 NON est tamen prætereundum hoc loco, æquinoctium, si æquatio nostra ad Alphonsinum annum, siue medium instituta adhibeatur, frequentius consequi diem 21. mensis Martij, quam anteuertere, maioreque interuallo ab eodem die 21. versus mensis finem recedere, quam versus principium mensis. Quoniam enim, vt dictum est, minimus annus requirit annos 84. ad æquinoctij anticipationem per vnum diem, Alphonsinus autem, siue medius postulat annos 134. & maximus annos 329. fit vt maior sit velocitas, qua æquationem maximo anno debitam præuenimus, quam tarditas, quæ æquationem minimo anno respondentem prorogamus. Quare cum annus fere est maximus, deuoluetur quidem æquinoctium ad posteriores dies mensis, quod plures dies intercalares per nostram æquationem medij anni omittantur, quam res exigit; & quando annus fere minimus est, æquinoctium ad priores dies mensis regredietur, non tanta tamen celeritate, quanta ad finem mensis est prolapsum, propterea quod non tot dies intercalares per æquationem nostram anni Alphonsini retenti sunt, qui propter annum minimum debuissent omitti, quot prius omissi sunt, quos maximus annus retinendos esse præscribebat. Sed hæc res tanti momenti censeri non debet, vt propterea alia æquatio instituenda sit, cum nulla alia tam facilis excogitari possit, quæ æque bene, ac nostra, æquinoctium diu in eadem sede conseruet, præsertim cum secundum nostram æquinoctium suopte nutu ad diem 21. reuertatur, ibidemque rectius retineatur, quam secundum aliã æquationem quamcunque.

Cur æquinoctium per æquationẽ noui Calẽdarij frequentius post diem 21. Martij contingat in cœlo, quam ante diẽ 21.

QVOD vt planum fiat, euidentiusque adhuc appareat, necessario assumptum esse annum Alphonsinum, qui medius est, vt æquatio stata, ac determinata præscriberetur. non autem annum minimum maximumue, vt cap. 5. tradidimus, supputauimus æquinoctium v. g. anni 5084. adhibita æquatione tum spatio quouis annorum 84. quos minimus annus requirit ad anticipationem æquinoctij per vnum diem, tum spatio quolibet annorum 329. quos maximum annum postulare diximus, vt æquinoctium anticipet vnum diem. Itaque si prior æquatio vsurpetur, ablati erunt anno 5084. (decem illis, qui anno correctionis exempti sunt, annumeratis) dies omnino 51. incidetque æquinoctium in 7. ferme diem Aprilis, diebus scilicet 17. post diẽ 21. Martij. Si autem posterior æquatio adhibeatur, ablati erunt omnino dies duntaxat 21. æquinoctium vero cadet in diem fere 7. Martij, nimirum 14. diebus propemodum ante diem 21. Martij. At nostra æquatione adhibita, omissi ad eum annum vsque erunt dies 36. & æquinoctium die 21. Martij ante mediam noctem fere continget, vt ex proximo calculo superiorum 13. annorum manifestum est. Vides igitur, æquinoctium ex minimi anni æquatione à die 21. Martij versus posteriores menses nimis magno interuallo recedere; ex æquatione vero anni maximi nimis longe versus initium mensis ab eodem die 21. relabi: quod tamen æquatio medij anni circa eundem diem 21. satis apte congruenterque conseruat, atque tuetur.

Aequationem quamcũq. præter eam, quæ ad annum Alphonsinum instituitur, deturbare æquinoctium è propria sede longius quàm oportet.

EODEM pacto calculus indicabit, æquationem ad quemcumque alium annum institutam, præterquam ad medium, æquinoctium è propria sede, quam ei die 21. Martij fiximus, longius, quam oportet, deturbare. Patet hoc ex anni magnitudine dierum 365. hor. 5. min. 53. sec. 2. ter. 37. quæ annos ferme 207. ad anticipationem vnius diei postulat, ac proinde apta esse videri possit, vt ad eam æquatio præscriberetur, cum anni 207. medium

Digitized by Google

dium pene locum obtineant inter annos 84. & 329. quos minimum annum, ac maximum requirere diximus, vt æquinoctium anticipet vnum diem in Calendario. Videamus ergo, an hæc æquatio tam bene æquinoctium ad diem 21. conseruet, quam nostra. Igitur calculus docet, anno 2940. exempli causa, quo per hanc æquationem exempti erunt dies 18. in vniuersum, æquinoctium fieri die 18. Martij sub ortum Solis nimirum 3. diebus, & eo amplius, ante diem 21. Martij; anno vero 10020. quo, eadem æquatione adhibita, ablati erunt omnino dies 51. æquinoctiũ contingere die 1. Martij sub ortum etiam Solis, diebus scilicet 20. & eo amplius, ante diẽ 21. Martij. Conferamus iam hæc æquinoctia cũ æquinoctijs eorundem annorum ex nostra æquatione, comperiemusq. eã (etsi anni 134. quibus secundum eam vnum diem anticipat æquinoctium, non obtineant medium locum inter annos 84. & 329. quos minimus & maximus annus ad vnius diei anticipationem exigunt) tanto interuallo æquinoctium ex sede propria non detrudere; cum anno 2940. æquinoctium exhibeat die 19. Martij post mediam noctem: anno vero 10020. idem reijciat in diem 23. Martij post mediam noctem.

Aequationem ad medium annum institutam iure non posse reprehendi.

EX quo efficitur, nostram æquationẽ à nemine iure reprehendi posse, cum nulla aptior afferri possit, nisi quis inæquabilem atque irregularem pro uaria anni magnitudine, varijs temporibus dicat adhibendam esse, quod iamdudum ab vsu, & cõsuetudine Ecclesiæ exclusimus.

# CAPVT VII.

## *Soluuntur dubitationes variæ de æquali anni Solaris formula in Calendario nouo præscripta.*

TAMETSI ex ijs, quæ superioribus duobus capitibus scripsimus, facili negotio refutari possunt omnia, quæ aduersus Gregorianam anni correctionem (quod ad æquinoctij restitutionem ad diem 21. Martij, eiusque in eodem conseruationem attinet) afferri possunt: vt tamen veritas magis appareat, non inutile fuerit, difficultates nonnullas, quas vel illi, qui omni studio huic correctioni contradicunt, afferre solent, vel quæ alicui occurrere possent, hoc loco proponere, easque dissoluere.

1. Argumẽtum aduersus Calendarium nouum.

PRIMVM igitur ad conuellendum funditus nouum hoc Calendarium, anxio ac solicito animo apud se non pauci exquirunt, quasnam tabulas Astronomicas Gregoriana hæc Calendarij emendatio, sequatur, Alphonsinasne, an Prutenicas, an vero aliquas alias. Et vero quascunque tandem approbet, videntur prima noui Calendarij fundamenta vacillare, propterea quod nullarum, inquiunt, tabularum ad hanc diem editarum calculus cum cœlo exacte congruit: quippe quæ incertæ sint, & strenuum aliquem restitutorem desiderent: atque hanc communem esse omnium Mathematicorum querelam affirmant. Ex quo colligunt, Calendarium nouum nulla ratione esse perfectum, aut perpetuum, ac proinde neque omnibus seculis sine vlla mutatione duraturum, cum eius fundamentum minime firmum sit.

Solutio. Prutenicas tabulas ad Calendarium restituẽdum esse adhibitas.

RESPONDETVR, in hoc correctionis negotio tabulas Prutenicas, tanquam hac ætate celebriores, ac probabiliores esse adhibitas. Hinc enim factum est, vt cum doceant interdum plures annos quam 134. requiri, vt æquinoctium anticipet vnum diem in Calendario, interdum vero pauciores; æquatio anni Solaris ad mediam anni magnitudinem instituta sit, perinde ac si singulis spatijs annorum 134. vno die versus principium mensis æquinoctium progrederetur; vt hac mediocritate nimia illa tarditas, ac velocitas anni maximi, ac minimi quodammodo compensaretur.

Inconstantiam tabularũ Astronomicarum nõ obesse perfectioni ac perpetuitati Calendarij

Neque vero diuturnitati, aut constantiæ Calendarij varietas, atque inconstantia tabularum Astronomicarum officit. Nam vt cap. 5. diximus, perfectio, ac perpetuitas Calendarij non consistit in eo, vt motibus cælestibus ad vnguem omni tempore respondeat, æquinoctiumque in die 21. Martij ita fixum sit, atque stabilitum, vt ab eo nunquam, etiam nostra, vel alia quacumque adhibita æquatione, possit dimoueri, cum hoc fieri nullo modo possit, cũ ob tabularum mutabilitatẽ, quascunque tandem sequi velimus, tum vero maxime, si via quædam media, æquabilis, siue regularis, & ad vulgi captum accommodata

Digitized by Google

modata deligenda sit, vt ratio postulat, & in Calendario emendato obseruatum est: sed in eo potius excellentia, ac perpetuitas Calendarij existit, vt supra dictum est, quod in eo Cyclus Epactarum eo artificio sit dispositus, vt nihil vnquam in eo futuris seculis immutandum sit, sed intactum prorsus Calendarium sit permansurum, etsi per intercalationem aut omissionem diei vnius, aut etiam plurium, ex Decreto summi Pontificis, æquinoctium ad diem 21. Martij reuocandum erit, si forte longius ab eo ita prolapsum comperiatur, vt ad eum sua sponte, sine hoc remedio, reuerti nequeat. De hac porro Calendarij perpetuitate, excellentiaque vberius postea agemus, vbi Lunaris anni æquationem explicabimus, quo loco etiam docebimus, qua ratione Nouilunia quoque ac Plenilunia, si opus sit, corrigi possint, nulla prorsus in Cyclo Epactarum, qui Calendario inscriptus est, mutatione facta. Perfectio Calendarij in quo cõsistat.

HVC accedit, quod, vt proximo cap. dictum est, æquinoctium secundum nostram æquationem, & tabulas Prutenicas, etiam post 20000. annos ad diem 21. Martij regreditur, (quod obseruatione dignissimum est: Præstantiam enim noui Calendarij mirifice commendat) licet interim modo ad 23. modo ad 19. diem euagatum sit: quod absurdum non est, cum nulla æquatio anni Solaris æquabilis ac vniformis æquinoctium posit in ipso die 21. perfecte, pleneque conseruare, ac retinere: neque Ecclesia in anno Politico, & Ciuili Astronomicas subtilitates consectari cogitur, quamuis interdum à veris motibus cælestibus dissideat, vt eodem capite proximo ostendimus; sed satis est, vt diem vnum præfigat æquinoctio Politico, siue Ecclesiastico, ad quem certis temporibus, si quando ab eo longius discesserit, per auctoritatem Pontificis Romani restituatur. quod tamen perraro accidere, superiorum annorum calculus clarissime docet.

DEINDE videtur Calendarij noui perfectioni aduersari, quod ne præsentium quidem, quibus iam viuimus, annorum æquinoctia in diem 21. Martij incidant, vt omissio 10. dierum non videatur æquinoctium omnino in diem 21. Martij reduxisse. Nam hoc nostro tempore ipsum incidit omni intercalari anno nõ in 21. sed in 20. Martij, vt anno 1584. erat illud in die 20. hor. 10. fere post mer. Anno 1596. idem erat in die 20. hor. 9. post mer. Anno 1612. erit hora 8. post mer. eiusdem diei 20. & sic consequenter. Quin etiam post annum 1640. non solum in annis intercalaribus, sed in ijs etiam, qui primi sunt post intercalares, ascendet æquinoctium in eundem diem 20. Martij. Nam anno 1645. qui non est bissextilis, sed primus post bissextilem, accidet æquinoctium die 20. Martij, hor. 12. min. 24. post mer. Anno vero 1697. qui primus est etiam post bissextilem, idem cadet in diem 20. Martij hor. 9. post meridiem. Itaque ab anno 1640. incurrent omnium bissextilium, & omnium proxime post eos sequentium annorum, æquinoctia in diem 20. Martij, vsque ad annum 1700. Et quanquam omissione diei intercalaris anno 1700. aliquid horum restituetur, restitutio tamen ista (vt aduersariorum quidam per calumniam objicit) videtur tantum versuræ solutio. Nam æquinoctia annorum bissextilium, & primorum post eos, reducentur quidem, expunctione diei intercalaris anni 1700. in diem 21. Martij, sed hoc ipso modo transponentur æquinoctia annorum secundorum, & tertiorum post bissextiles in diem 22. Martij. Et hæc permutatio, atque vicissitudo videtur tolli non posse, donec tandem non ita post multos annos æquinoctia omnium tam bissextilium, quam trium sequentium annorum, diem 21. Martij omnino deserant. 2. Argumẽtum aduersus Calendarium nouum.

HVIC dubitationi occurrendum est, perperam ac malitiose aduersarios per eam probare, æquinoctium per 10. dierum exemptionem, æquationemque nostram, præsentibus annis nõ congruere. Anni enim 1584. 1596. 1512. qui exempli causa ponuntur, omnes sunt bissextiles. Quare mirum non est, æquinoctium in illis, propter diem intercalarem additum, versus diem 20. Martij à 21. die procedere: quanquam iure optimo diei 21. ascribi etiam possit, cum in omnibus illis annis post Solis occasum contingat, nimirum hor. 10. 9. & 8. post meridiem. Et vero omnibus Astronomis cognitum est, duos minimum dies æquinoctio tribuendos esse, propter annos communes, & bissextiles, etiamsi intercalatio quarto quoque anno adhibita exquisitissime anno Solari congrueret, hoc est, annus vere esset dierum 365. hor. 6. Vt hinc quoque perspicue appareat, aduersarios esse callidos potius, ac veteratores, quam iustos rerum existimatores, & nodum (sicut est in prouerbio) in scirpo quærere: quippe, qui calumnientur id, quod rectissimè factum est. Nam æquinoctium, quod ad annos præsentes attinet, rectè ad 21. diem Martij reuocatum est, cum in annis intercalaribus ad diem 20. ascendat: id quod intercalationis ratio postulat. Quod autem post annum 1640. magis semper, ac magis versus anni principium progressu- Solutio.



Digitized by Google

rum sit æquinoctium, quippe cum in annis etiam post bissextiles primis in diem 20. Martij incurrat, id mirificè omissionem diei intercalaris anno 1700. faciendam comprobat, vt nimirum hoc modo in annis post bissextiles, æquinoctium ad diem 21. retrahatur.

Restitutionem æquinoctij ad diem 21. Martij per omissionem diei intercalaris anno 1700. non esse versuræ solutionem, vt quidã calumniatur.

NEQVE verò restitutio hæc diei intercalaris anni 1700. est tantum versuræ solutio, vt aduersariorum quidam calumniatur. Nam etsi futuris annis post annum 1700. ob ipsam diei exemptionem, æquinoctium annorum, qui secundi sunt, ac tertij post bissextiles, transferetur in diem 22. Martij, & longo post tempore in 23. etiam diem, non tamen vitio verti hoc potest nostræ æquationi, sed inæqualitati anni Solaris. Cum enim, vt supra ostensum est, æquatio anni debeat esse æquabilis, regulariſque, vt ab omnibus possit facile percipi, anni autem magnitudo inęqualis sit, modo maior, modo minor, fit vt, si adhibeatur æquatio mediæ anni magnitudini congruens, quæ sola æqualis est, & vniformis (quemadmodum vsus Ecclesiæ postulat) æquinoctium non possit in die 21. Martij perpetuo conseruari, vt proximo cap. ostendimus, sed a 21. die modo ad 22. & 23. diem deuoluatur, modo ad diem 20. & 19. transcendat. Deuoluetur autem ad diem 22. & 23. quando anni magnitudo maxima erit, atque idcirco plures anni, quam 134. ad anticipationem vnius diei requirentur, vt hoc nostro seculo ferè contingit, accidetque continenter vsque ad annum 2080. propterea quòd toto hoc tempore annus vertens maior est Alphonsino, vt ex antecedente cap. liquet. Sed inde ad 21. diem regredietur, cum annus vertens minor fiet Alphonsino, quod tunc pauciores annos quam 134. ad vnius diei anticipationem æquinoctium desideret. At vero ex die 21. ad 20. & 19. Martij progredietur æquinoctium, quando propter minimam anni magnitudinem, vt diximus, ad 21. diem regressum erit, & annus adhuc minor reperietur, quam annus Alphonsinus. Quam primum autem annus efficietur maior, retrocedet æquinoctium ad diem 21. ex die 19. & 20. Dies ergo 21. Martij æquinoctio assignatus medium quodammodo locum tuetur inter diem 23. & 19. ad quos vsque ita excurrit æquinoctium, vt vltra excurrere vix possit, ne plurimorum quidem spatio seculorum, sed inde pedetentim ad diem 21. vltro regrediatur, vt proximo cap. ostensum est. Itaque hæc aut versura non est, aut si quo modo versura dici potest, non decoctoris ad perdendam, sed prudentis patrisfamilias ad constituendam rem familiarem versura, temporis causa, putanda est.

Aequinoctium ob anni inæqualitatẽ in vtrãq. partem a die 21. Martij recedere.

Aequinoctium quando ex die 21. ad 22. & 23. deuoluatur, & quando ad 21. reuertatur. Itẽ quando ex die 21. ad 20. & 19. recedat, & quando inde ad 21. regrediatur.

QVOD si quis instet, atque vrgeat, ex hac æquinoctij ad diem 23. Martij, & ad 19. excursione (quam vitari non posse nos asserimus) effici, vt Pascha possit & in vltimo mense, & in secundo celebrari. quod absurdum esse videtur. Respondeo primum, perraro hoc posse accidere. Etsi enim æquinoctium ad diem 22. vel 23. deuoluatur, nunquam tamen propterea Pascha in vltimo mense celebrabitur, nisi cum Epacta xxiij. vel xxij. erit in vsu, quod raro vsu venit, cum non in quolibet cyclo decennouennali Epactarum vtraque Epacta xxiij. vel xxij. in vsum veniat, sed ex omnibus 30. Epactarum Cyclis, de quibus postea, in octo duntaxat. Nam ex reliquis 22. cyclis, Epacta xxiij. reperitur sola in 11. cyclis, & Epacta xxij. in alijs 11. vt infra ex tabula Epactarum expansa patebit. Huc accedit, quod hic error, si quando ex natura cycli occurrat, sæpenumero per literam Dominicalem tollitur, ita vt Pascha post æquinoctum, ac proinde in primo mense celebretur, etiamsi illæ Epactæ in vsu sint, suasque Lunas xiiij. in mensem duodecimum conijciant. Pari ratione, quamquam æquinoctium ad diem 20. vel 19. Martij progrediatur, nunquam tamen idcirco Pascha in secundum mensem reijcietur, nisi Epacta xxiiij. vel xxv. currente, quod etiam perraro fiet.

Diem 21. Mar. æquinoctio assignatum mediũ locum habere inter 23. diem & 19. ad quos vsque excurrere potest æquinoctium; cum inde sponte sua ad diem 21. redeat.

Pascha raro in vltimum, vel secundum mensẽ in nouo Calendario incurrere.

DEINDE fac vtrumque accidere, nouum tamen id in Dei Ecclesia, & inusitatum non est, cum id ipsum necessario quoque contigerit ipsius Concilij Nicæni temporibus, quando Decretum de legitima Paschæ celebratione conditum, vel potius confirmatum est, vt supra cap. 5. demonstrauimus. Quin etiam, quanquam annus Solaris æquatione non egeret, sed æquinoctium semper diebus 21. & 20. Martij affixum esset, atque vetus Calendarium retineretur, reijceretur tamen Pascha necessario in secundum mensem, quotiescunque, æquinoctio in diem 20. Martij incidente, (quod in annis bissextilibus necessario posse euenire, supra ostendimus) Luna xiiij. in eundem 20. Martij diem caderet. Nec uero quisquam in hoc Ecclesiã Catholicam iure reprehendet, quod nonnunquam Pascha celebret in primo, vel secundo mẽse, quando id ratio Cycli, vel dies æquinoctio præfixus ita exigit, cum nullo modo vitari id possit; vt propterea error nequaquam dici mereatur: præsertim vero, quod Ecclesia iam à iugo legis Mosaicæ sit liberata. Nonne enim ante Calendarij correctionem, maxime hoc seculo, (vt de alijs annis præteritis taceam)

Nouum non esse, vt interdum Pascha in vltimum, vel secundũ mensem incidat.

Errorẽ dici non debere, si nonnumquam Pascha celebretur in 2. mense, cũ id vitari nequeat, propter duos dies, quos æquinoctiũ postulat siue nouũ Caleudariũ recipiatur, siue vetus retineatur.

Pascha

Digitized by Google

Paſcha frequentiſſime in ſecundum menſem, & in quartam inſuper tam primi menſis quam ſecundi hebdomadam fuit reiectum, & tamen nemo propter hoc Eccleſiam auſus eſt condemnare? Satis eſt, vt Eccleſia Paſcha ex Patrum, ac Conciliorum Decretis celebret, ſeruato certo quodam die æquinoctij, licet non ſemper in eo contingat, & adhibito Cyclo Lunari ad Lunas xiiij. inquirendas, quanquam interdum hæ etiam à vero motu diſcrepent. Solum animos Aſtronomorum ſolicitos habuit, atque anxios ante correctionem, quod viderent, errorem hunc in dies ſemper maiorem futurum, & nunquam à medio ſublatum iri, niſi annus corrigeretur.

EGO quidem cum alijs viris doctiſſimis iuxta, ac grauiſſimis permultis in ea ſemper fui ſententia, vt exiſtimarem, æquinoctium ab Eccleſia non debuiſſe corrigi, atque adeo eam id corecturam non fuiſſe, quanquam ad diem 11. vſque Martij excurrerit, ſi inibi curſum inhibuiſſet, & ſponte ſua, nulla adhibita æquatione, ad diem 21. regredi cepiſſet. Tantum abeſt, vt nimis ſit ſolicita de vero æquinoctij die, licet interdum, eo non obſeruato, Paſcha in vltimum vel ſecundum menſem incurrat, dummodo dies, quem æquinoctio præſcripſit, medium obtineat locum inter terminos, ad quos vltro citroque æquinoctium euagatur. Quanto magis nunc contenti eſſe debemus æquatione facta, ſpatio quolibet 400. annorum adhibenda ſecundum mediam anni magnitudinem omnium facillima, quæ æquinoctium à ſede conſtituta, hoc eſt, à die 21. Martij, non longius amoueri patitur, quam duorum vel triũ ad ſummum dierum interuallo? Certe vix aliam æquandi rationem æquabilem, vniformemque quis inſtituerit, quæ idem præſtet. Quod teſtimonio omnium, qui huic correctionis operi interfuerunt, confirmari poteſt: quippe quibus nulla alia, etiam poſt longam, diuturnamque inquiſitionem, toto ferme decennio, occurrere potuit.

Calend. correctionem deſiderarũ non fuiſſe, ſi æquinoct. ad diẽ 21. Mar. progreſſum ſpõte ſua ad 21. regredi cepiſſet, nullo adhibito remedio.

IAM vero ſi contingat, (poſſe autem contingere poſt plurima annorum millia, non poſſum ſane negare, neque vllus eorum, qui ad annum corrigendum conuocati fuere à Pontifice, negauit, propter tabularum Aſtronomicarum incertam perpetuitatem) æquinoctium diem 21. Martij omnino deſerere aliquando, ſiue verſus finem menſis, ſiue verſus initium progrediendo, ita vt in deſtinatam ſibi ſedem non poſſit remeare, quod ex aduerſarijs vnus quidam nobis ominatus eſt, dictum iam ſæpius eſt, qua ratione per intercalationem, vel omiſſionem aliquot dierum extraordinariam, ex edicto Summi Pontificis, ad diem 21. ſit reſtituendum. Id quod perpetuitati Calendarij non repugnat, vt diximus.

PORRO diſſimulandum non videtur, progreſſum regreſſumque iſtum æquinoctij locum ſolum habere in tabulis Prutenicis, præuiſumque multo ante fuiſſe ab ijs, qui Calendarium iuſſu Summi Pontificis emendarunt, vt ex Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarij ad Principes Chriſtianos miſſo intelligi poteſt, in quo tam æqualis, regulariſque æquatio ad magnitudinem anni mediam accomodata, quam inæqualis, irregulariſque ex Copernici doctrina deſcripta eſt. Retenta autem eſt prior, (poſteriore reiecta) tanquam facilior, & ad Eccleſiæ vſum accommodatior, vt dictum eſt ſupra. Quod ſi forte Prutenicæ tabulæ tam certæ non ſint, vt diu durare poſſint, ſed Alphonſinæ motui Solis rectius reſpondeant, vt plerique Aſtronomorum affirmare videntur, non erit huic progreſſui, regreſſuique æquinoctij vllus locus, ſed per longam ſeculorum ſeriem in aſſignata ſibi ſede permanebit, ad quam iterum reſtituendum erit, ſi quando ab ea diſceſſerit, quemadmodum ſupra diximus. Quæ cum ita ſint, fruſtra quidam tam acerbe, & contumelioſe in Calendarij noui reſtitutionem inuehuntur, cum nihil ei opponant, obijciantue, quod non ante editum Calendarium fuerit præuiſum.

Receſſum æquinoctij a die 21. locum ſolum habere in tabulis Prutenicis.

3 SOLET quoque non paucis videri hæc ratio æquandi anni Solaris, quadringentis annis circumſcripta, vitioſa, & imperfecta, propterea quod ad ſuperiora tempora retracta non reſpondet motibus cœleſtibus. Nam cum decem dies anno 1582. ſimul ablati ſint, vt æquinoctium ad diem 21. Martij reſtitueretur, vbi tempore Concilij Nicæni extitiſſe creditur, deberet ſane hæc æquatio, ſi adhibita fuiſſet, offerre 10. dies exemptiles. quod falſum videtur, cum ſolum 9. exhibeat. Quia enim annus 1600. biſſextilis remanet, remanſiſſent quoque biſſextiles hi anni 1200. 800. 400. & ſolum in annis 1500. 1400. 1300. 1100. 1000. 900. 700. 600. 500. auferendus fuiſſet dies intercalaris, ac propterea ſolum 9. dies debuiſſent eximi, & non 10. ideoque æquinoctium eius Concilij temporibus in 20. diem Martij, & non in 21. incidiſſet. quod verum non eſt.

3. Argumentũ aduerſus Calendarium nouum.

DICENDVM tamen eſt, æquationem noſtram non neceſſario reſpondere debere omnibus annis præteritis, quẽ admodũ neq. omnibus futuris cõgruere poteſt exquiſite, vt ſupra diximus, propterea quod ea æquabilis eſt, & vniformis, annus vero inæqualis. Hinc. n. fit,

Solutio.



Digitized by Google

vt anno existente maximo, nõ toties intercalatio esset intermittenda, quoties id æquatio nostra præcipit: eodẽ vero minimo existente, sæpius dies intercalaris esset omittendus, vt supra dictum est. Et quoniam medio fere tempore inter ortum Christi Domini, & annum correctionis 1582. anno videlicet circiter 880. quo Albategnius vixit, anni magnitudo reperta fuit omnium minima, ac proinde anticipatio æquinoctij velocissima, mirum non est, æquationem nostram exquisite non congruere temporibus Nicæni Concilij, cum circa tempora Albategnij crebrius fuisset dies intercalaris eximendus, quam annis quibusque 134. Quemadmodum etiã annis proxime futuris, quia nunc annus fere maximus est, rarius omittendus esset dies intercalaris, si æquatio vero motui deberet prorsus respondere. Quod quia non fit, propter æquationem nostram vniformem, consequens est necessario, vt propter nimis crebram diei intercalaris exemptionem annis 1700. 1800. 1900. faciendam, æquinoctium à die 21. Martij versus finem mensis prolabatur, vt supra ostendimus. Satis est, vt æquatio æquinoctium non longe à vero æquinoctio exhibeat, siue præteritis ea annis accommodetur, siue futuris: ita tamen, vt nonnunquam cum retroactis, futurisque annis consentiat: id quod perbelle æquatio noui Calendarij præstat. Nam mirifice ea temporibus Ptolemæi respondet, qui circa annum Domini 130. floruit, cum exhibeat tunc æquinoctium vernum die 22. Martij, propter 11. dies, qui ablati fuissent vsque ad correctionis annum, in annis 200. 300. 500. 600. 700. 900. 1000. 1100. 1300. 1400. 1500. (reliqui enim anni centesimi 400. 800. 1200. bissextiles permansissent) si tunc æquatio nostra fuisset in vsu: quo quidem die fere Ptolemæus id fieri obseruauit. Rursus eadem æquatio exquisite valde æquinoctium nonnullis annis futuris in die 21. Martij conseruat, nimirum circa annos Domini 1653. 2080. 2296. 2512. 2724. 3156. 3368. 15004. quibus temporibus æquinoctium circa diem 21. Martij contingere superiore cap. planum fecimus. Recte igitur æquatio nostra & præteritis, & futuris annis congruere dicenda est, cum eius æquinoctium in medio quodammodo progressus, regressusque veri æquinoctij existat, hoc est, modo ante verum, modo post, modo denique cum eó contingat, instar mediorum Nouiluniorum cum veris nouilunijs collatorum.

Aequationem noui Calendarij exquisite respondere nonnullis annis præteritis, ac futuris, licet non omnibus, quod satis est.

QVIN etiam neque omnino verum est, quod aduersarij asserunt, æquinoctium, si æquatio retroactis annis accomodetur, cadere in diem 20. Martij tempore Concilij Nicæni. Nam si nostra æquatio recte reuocetur ad annos anteactos, inueniemus dies 10. eximendos offerri ad eius Concilij tempora. Nam anno 300. à quo parum annus illius Concilij abfuit, eximendus fuisset quoque dies vnus, si tunc æquatio hæc in vsu fuisset, ac proinde æquinoctium exhiberetur circa illud tempus die 21. Martij: adeo vt non solum annis, quibus Ptolemæus vixit, sed temporibus etiam Nicæni Concilij, quod non multo post Ptolemæi ætatem celebratum est, nostra congruat æquatio. Malitiose ergo, & vafre aduersarij se gerunt, cum æquationem nostram ad annum duntaxat 500. retrahunt, cum eam ad annum 300. retrahere deberent, qui propior fuit illi Concilio, quam annus 500.

Aequatio noui Calend. quo pacto ad tempora Conc. Nic. retracta exhibeat 10. dies eximẽdos.

QVOD si vrgeant aduersarij, quamuis æquatio ad retroacta tempora reducta eximat 10. dies vsque ad annum 300. inclusiue, qui vicinus fuit Concilio Nicæno, tamen si eadem æquatio à tempore Concilij Nicæni incepisset, & ad nostra vsque tempora esset producta, eximeret duntaxat 9. dies, vt tertium argumentum volebat: Occurrendum est, hoc non esse absurdum, propter causam paulo ante allatam, quia nimirum tempore interiecto annus fuit minimus. Dici quoque potest, aliter tunc quadringentesimos annos fuisse disponendos. Nam quia tunc æquinoctium, anno videlicet 300. & tempore Concilij, incidit in diem 21. Martij, omittendus fuisset dies intercalaris anno 400. vt æquinoctium in sua sede detineretur, atque idcirco vsque ad annum 1600. inclusiue eximi oportuisset dies 10. in hisce centesimus 400. 500. 600. 800. 900. 1000. 1200. 1300. 1400. 1600. manente quarto quoque centesimo, quales fuissent 700. 1100. 1500. bissextili.

Aequatio noui Calen. si a Nic. Conc. incepisset, quo pacto 10. dies offerat eximendos vsque ad annum 1600.

Necessariã fuisse 10. dierum exemptionem, vt æquinoctiũ ex die 11. in 21 restitueretur, siue æquatio 10. dies præbeat eximendos vsq. ad Conc. Nic. siue non.

SED vt vt est, siue nostra æquatio anno Concilij Nicæni respondeat, siue non, certum est apud omnes, & ratum, decem dies omnino eximendos fuisse, vt æquinoctium ex die 11. Martij, ad quem progressum fuerat, ad 21. reuocaretur: quemadmodum si ad diem 25. Incarnationis Dominicæ (quod non pauci optabant) reuocandum fuisset, eximi oportuisset dies 14. tametsi ab Incarnatione Domini ad nostra vsque tempora æquinoctium non tot diebus sedem suam anteuerterit; quippe cum ex obseruationibus Ptolemæi liquido constet, tẽpore Incarnationis verbi Dei æquinoctium in 23. diem Martij incidisse.

Responsio generalis ad omnia argumẽta, quæ contra æquationem æquinoctij afferri possunt.

4 ATQVE hæc dicta sint aduersus argumenta, quæ æquationem noui Calendarij aliquo medio labefactare videre possint. Ad quæ tamen, & omnia alia quæcumque tan-



Digitized by Google

dem afferri possunt, respondere licebit, si dicamus, cuncta argumenta sumi ex vero motu eoque ex tabulis Prutenicis deprompto, qui valde inæqualis est, ac irregularis, nullique Cyclo accomodari potest, ac propterea apta non esse ad nostram æquationem euertendam. Aequatio enim nostra nititur motu medio, qui æqualis est: ita vt stabilitate sua, & æqualitate belle atque concinne compenset veri æquinoctij progressionem, regressionemque inæqualem, atque irregularem, ad plurima annorum millia, æquinoctiumque nunquam à vero longius, quam duobus ad summum diebus, aut paulo amplius recedere sinat, modo illud anteuertendo, modo subsequendo: quod quidem satis est ad Pascha rite celebrandum ex Decreto Ecclesiæ, quæ in temporum supputatione motus medios ac regulares, aut potius Cyclos, veris inæqualibusque motibus curiositati, ac diligentiæ Astronomorum relictis, ex antiquissima consuetudine adhibet, atque considerat.

CVM autem dicimus, æquationem nostram medio æquinoctio congruere, non autem vero, non est intelligendum æquinoctium medium, vt Astronomi medios motus accipiunt, sed æquinoctium anni medij, siue Alphonsini, quod semper fere, nostra æquatione adhibita diei 21. Martij adhærebit. Quomodo intelligatur, æquationem nouiCalendarij medio æquinoctio cõgruere.

5 QVOD si forte longo temporis interuallo acciderit, (quod fieri posse, ingenue fatemur, propter Astronomicarum tabularum incõstantiam) vt æquinoctium noui Calendarij plus æquo à vero æquinoctio discesserit, restituendum erit, vt sæpe dictum est, ad diem 21. Martij, per intercalationem, vel intercalationis omissionem extra ordinem adhibendam, & deinceps vel eadem æquandi formula, quæ prius retinenda, vel certè alia illi tempori aptior, ex Astronomorum sententia, præscribenda, ita tamen, vt in Calendario, quod ad Epactarum dispositionem attinet, nulla mutatio fiat. Qua ratione, etsi æquinoctium aliquando restitutione egeat, aut æquationis ratio mutanda sit, Calendarium tamen ipsum in Bulla Gregorij xiij. perpetuum appellatur, atque eiusmodi, quod ad quamcunque anni magnitudinem, per interruptam, aut variatam æquationem accommodari possit, cum ipsum interim cum Epactis intactum, atque stabile, immutabileque prorsus permaneat, vt planius infra in æquatione Lunæ explicabitur. Calend. nouum cur perpetuum dicatur a Pontifice.

QVOCIRCA quod tandem argumentum excogitari poterit, quod aduersus Calendarium eo, quo dictum est, modo perpetuum vim vllam habeat? Quamquam enim æquatio Solaris anni longo tempore æquinoctium in 21. die non ita conseruet, vt emendatione non indigeat, non tamen propterea Calendarium vitiosum existimari debet, aut imperfectum, cum nulla re in eo mutata, æquinoctium nullo negocio, per æquationem aliquo modo variatam, si ita visum fuerit, emendari possit. Atque alio certe modo, quàm dictum est, nullum Calendarium construi potest, quod aut perpetuum sit, aut diuturnum, quippe cum omnia, quæ Astronomi de anni Solaris magnitudine, & inæqualitate subtiliter, & acute tradiderunt, incerta sint, ac dubia: vt de nulla eius æquatione, siue ea ad motũ medium, siue ad verum instituatur, constantem, aut perpetuam, diuturnamve nobis veritatem possimus polliceri. Nullum Calen. alio modo construi posse, quã quo Gregorianum est constructum, quod sit perfectum, perpetuumq. aut diuturnum.

6 QVOD si æquatio aliqua Solaris anni, cum cyclo Lunari per dies Calendarij dispositio, eo artificio instituatur, vt nihil vnquam in Calendario sit innouandum, etsi error aliquis in æquinoctio in sede constituta conseruando deprehẽdatur, ita vt æquationem anni Solaris oporteat mutari ea ratione, quam supra tradidimus; tum demum præclare cum Calendario actum erit, ita vt perfectum, absolutumq. recte, ac iure optimo censeri possit. Cuiusmodi est Calendarium nouum a Gregorio XIII. Pontifice Maximo anno 1582. diuulgatum, vt partim ex ijs, quæ dicta sunt, liquet, partim verò, & multò quidem euidentius ex ijs, quæ dicenda supersunt, apparebit. Hæc si syncero, tranquilloque animo ij, quibus Calendarium nouum minus probatur, perpenderẽt, profectò non tot verba, & conuicia in nouum Calendarium tam temere & incõsiderate euomerent. Et vero nullo negotio potest quilibet omnia hæc ex Compendio restitutionis Calendarij ad Christianos Principes misso intelligere, vbi apertissime declaratur, Cyclum Epactarum ad quãcunque anni magnitudinem accommodari posse, adeo vt eo in Calendario descripto, intercalationisque ratione quadringentesimo quoq. anno, vt explicatum est, & eius etiam Cycli æquatione, de qua infra disseremus, adhibita, ita in posterum anni atque menses consensuri sint cum Solis ac Lunæ ratione, vt nulla deinceps varietas aut dissensio, quæ alicuius momenti sit, possit existere. Quod si quando acciderit, vt discrepantia aliqua oriatur, posse omnia facillima ratione in suum statum restitui, idem Compendium luculenter testatur. Eam namque ob causam in eo duplex tabella æquationis Epactarum constructa est, vna Alphonsino Quid requiratur, vt Calendariũ aliquod absolutum, & diuturnũ dici possit.



Digitized by Google

phonſino anno, qui medius eſt & æqualis, congruens, altera reſpondens anno Copernici inæquali atque irregulari: vt nemo iure nobis poſsit obijcere, nos non præuidiſſe, quæ contra Calendarium opponi poſſent, aut non intellexiſſe, quatenus id poſsit dici perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium.

SED de Calendarij noui explicatione, quod ad æquinoctium ſpectat, ſatis hoc loco. Aequationem enim noſtram per quadringentos annos progredientem omnibus alijs, quæ excogitari poſſunt, antecellere, quamuis ex ijs, quæ hactenus dicta ſunt, liquido conſtare poſsit, clarius tamen ex cap. 22. id apparebit, vbi eam calculo Aſtronomico ſubijciemus ab anno 1600. vſque ad annum 5000. Quo loco ſatis apparebit, noſtram hanc æquationem anni Solaris, vna cũ Lunaris anni æquatione, de qua poſtea, à Decretis Conciliorũ, Pontificumque non recedere. Id quod nulli alij æquationi, quę inſtitui poſſet, conuenire poteſt, vt clare conſtabit, ſi quæcunque alia æquatio per calculum Aſtronomicum examinetur. Quamobrem ad anni Lunaris explicationem iam aggrediamur, vbi natura Cycli decennouennalis aurei numeri aperienda, vna cum Cyclo Epactarum: Et cur amotis aureis numeris è Calendario, in eorum locum Epactæ ſint ſubſtitutæ. Deinde de Cyclo Solari, ſiue literarum Dominicalium, deque feſtorum mobilium inuentione agendum erit. Ad extremum denique regulas quaſdam faciles ad computum Eccleſiaſticum pertinentes breuiter perſcribemus.

---

# CAPVT VIII.

## *Quo pacto Cyclus Decennouennalis aurei numeri annos 19. Solares exæquet.*

Annus Lunaris Ciuilis quid, quotuplex, & quantus.

1 ANNVS Lunaris, quemadmodum de Solari cap. 5. diximus, duplex eſt, Ciuilis vnus vel Politicus, Aſtronomicus alter. Ciuilis ex diebus integris conſtat, & bipertitus eſt; Communis, atque Emboliſmicus. Communis continet dies modo 354. modo (quod raro euenit) 353. quorum ille plenus, hic cauus, ſeu deficiens appellari ſolet; atque vterque 12. Lunationes comprehendit. Emboliſmicus autem continet

Annus Lunaris tam cõmunis, quam Emboliſmicus, plenus & cauus quid.

plerumque dies 384. interdum vero (ſed rarius) 383. Et prior quidem plenus, poſterior vero cauus eodem modo dicitur; atque vterque 13. Lunationibus continetur. Neque aliter Lunaris annus Ciuilis, quam per integros dies in Calendario diſponi poteſt, aut ſupputari, quemadmodum neque Solaris, cuius rei rationem abunde cap. 5. reddidimus. Eadem enim ratio anni Solaris in Lunarem conuenit.

Annus Lunaris Aſtronomicus quid, & quãtus, tam communis quam Emboliſmicus.

2 ANNVS Lunaris Aſtronomicus medius, æqualiſue (de vero namque, quod admodum inęqualis ſit, ac varius, & ad Aſtronomos pertineat, nihil hoc loco dicendum eſt) præter dies integros, complectitur horas aliquot, horarumque fragmenta. Vt annus communis 12. Lunationum, ex tabulis Prutenicis, quæ hodie certiores habentur, continet dies 354. Minuta dierum 22. ſec. 1. ter. 35. quar. 19. hoc eſt, dies 354. hor. 8. min. 48. ſec. 38. ter. 7. quar. 36. Emboliſmicus vero 13. Lunationum, dies 383. Minuta dierum 53. ſec. 51. ter. 43. quar. 16. id eſt, dies. 383. hor. 21. min. 32. ſec. 41. ter. 18. quar. 24. Vna autem Lunatio, ſiue menſis Lunaris, ſecundum medium curſum, hoc eſt, interuallum temporis ab vno Nouilunio medio ad aliud, complectitur dies 29. Minuta dierum. 31. ſec. 50. ter. 7. quar. 57. nimirum dies 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. quamuis Lunaris menſis magnitudo à Ptolemæo, & Nicolao Copernico paulo maior ſtatuitur, & ab Alponſinis, & pleriſque Computiſtis paulo minor. Ptolemæus ſiquidem eum ſtatuit dierum 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 12. Alphonſini autem eundem conſtituunt dierum 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 2. Ego, diuidendo per elongationem Lunæ à Sole vnius diei, quę in tabulis Prutenicis continet grad. 12. min. 11. ſec. 26. ter. 41. quar. 29. quin. 57. ſex. 49. ſept. 37. totũ circulũ grad. 360. reperio menſem Lunarem D. 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 38. quin. 9. ſex. 20. ſept. 5. Sed ſuperiorem, quę hac maior eſt 10. quartis, in ſequentibus aſſumemus. Quæ fortaſſis cauſa fuit, vt tabulæ Prutenicæ mediam quantitatem elegerint, tanquam magis veriſimilem. Hinc colligitur, dimidia-

Menſis Lunaris Aſtronomici magnitudo ſecundum motũ medium.

Digitized by Google

midiatum menſem Lunarem cõprehendere dies 14. minuta dierũ 45. ſec 55. ter. 3. quar. 58. hoc eſt, dies 14. hor. 18. min. 22. ſec. 1. ter. 35. quar. 24. Quartam vero eiuſdem menſis Lunaris partem, dies 7. minuta dierum 22. ſec. 57. ter. 31. quar. 59. id eſt, dies 7. hor. 9. min. 11. ſec. 0. ter. 47. quar. 36. Etſi autem numeratio iſta menſis Lunaris per dies, horas, horarumque fragmenta, in Calendario, quod dies ſolum integros continet, deſcribi non poteſt, eius tamen cognitio perneceſſaria eſt, vt menſes Lunares Ciuiles, ſiue Politici ita inſtituantur, vt cum anno Solari poſſint congruere. Quod qua ratione per Cyclum aurei numeri decennouennalem fiat, explicemus.

Semiſſis menſis Lunaris, & quarta pars quanta.

3 EX antiquiſſimis igitur Aſtronomis, quibus curſus Lunaris, eiuſque cum Solaribus annis concordia, curæ fuit, repertus eſt Meton Athenienſis, qui floruit circa Olympiadem 86. annis propemodum 431. ante Chriſti Natalem diem. Hic prodidit, in 19. annis Solaribus menſes Lunares 235. compleri. Vnde totum illud temporis ſpatium 19. annos Solares complectens annus magnus ἐνιαυτὸς μέγας, hoc eſt, decennouennalis Metonicus eſt appellatus. Qui numerus adeo placuit, vt Athenis, & in alijs inſignioribus vrbibus in foro præfigeretur, & à Romanis aureus diceretur: qui etiam vſque ad correctionem Gregorianam vulgo receptus fuit, quod per ipſum exiſtimarent certo ordine conſtare principia, & fines menſium. Et quoniam in 19. annis quatuor biſſexti continentur, ſuperſuntque tres anni; In annis autem 38. nouem biſſexti, duoque anni ſuperſunt; & in annis 57. quatuordecim biſſexti, cum vno anno ſuperfluo; In annis denique 76. nouendecim biſſexti præciſe, aſſumpſit hoc ſpatium 76. annorum, (qui numerus ex ductu 19. in 4. gignitur) Hipparchus, qui annis ferme 128. ante Chriſtum Dominum, & Olympiade 162. floruit, ideoque à Ptolemæo, alijſque ſcriptoribus, idem ſpatium, periodus Callippica dicta fuit, in qua 940. Lunares menſes explentur. Sed neque annus Metonicus, neque periodus Callippica, exquiſitè cum annis Solaribus conuenit, vt ex ijs, quæ mox ſubiungemus, liquido conſtabit.

Meton Athenien. inuentor Cycli decenno uenalis aur. nu.

Annus Metonicus decennouenalis.

Period. Callippi annorum 76.

4 IN Cyclo decennouennali conſtituitur menſis Lunaris Ciuilis, dierum 29. hor. 12. duntaxat, omiſſis horarum fragmentis. Quoniam vero in Calendario horæ deſcribi non poſſunt, diſponuntur numeri Cycli decennouennalis ad Nouilunia inquirenda eo artificio per dies anni, vt Lunationes, hoc eſt, menſes Lunares, alternis contineant dies 30. & 29. Ita enim fit, vt 12. horas, quæ antecedenti Lunationi 30. dierum plus æquo tribuuntur, inſequens Lunatio 29. dierum auferat, duæque Lunationes complectantur dies 59. duodecim verò menſes Lunares dies 354. qui annum Ciuilem Lunarem conſtituunt; atque idcirco annus Lunaris Ciuilis communis differat 11. diebus ab anno Solari communi dierum 365. Ex quo efficitur, vt Nouilunia inſequentis anni contingant plerunque (Nam nonnunquam hic ordo interrumpitur, Cyclo decennouennali id exigente, vt ſequenti cap. 9. dicemus) 11. diebus prius, quam Nouilunia anni ſuperioris, ita vt, ſi verbi gratia Nouilunium aliquod fit die 29. alicuius menſis quouis anno, idem anno inſequenti futurum ſit die 18. eiuſdem menſis; anno tertio, die 7. atque ita deinceps, donec 19. anni compleantur, poſt quos Nouilunium illud iterum in diem 29. incidet: propterea quod omnes menſes Lunares in 19. annis Solaribus comprehenſi tot dies, atque horas fere complectuntur, ex quot Solares anni 19. conſtituuntur. Nam anni 19. Solares (ſi cuilibet, ex Iulij Cæſaris inſtitutione, tribuas dies 365. horas 6.) continent dies 6939. hor. 18. in quibus conficiuntur Lunationes 235. & aliquid amplius, ſecundum curſum Lunæ medium; totidemq. Lunationes Ciuiles in ijſdem annis 19. Solaribus includuntur, Lunationes namque 235. mediæ exigunt dies 6939. & horas inſuper 16. duntaxat, min. 32. ſec. 27. ter. 18. quar. 0. ita vt anni 19. Solares ſuperent 235. Lunationes medias hora 1. min. 27. ſec. 32. ter. 41. quar. 0. Quò fit, vt Nouilunia media, tranſactis 19. annis Solaribus, contingant quidem eiſdem diebus menſium, quibus ante annos 19. fiebant, non autem eiſdem prorſus horis, ſed aliquanto prius, ea nimirum, quam diximus, ſeruata excęſſus ratione. Tantulum eſt temporis ſpatium, quo Luna ſedes ſibi in Calendario conſtitutas in 19. annis anteuertit. Ex quo fit, vt in 76. annis, hoc eſt, in quatuor Cyclis decennouennalibus, eaſdem ſedes Luna anticipet horis 5. min. 50. ſec. 10. ter. 44. quar. 0. ac tandem in annis 312½. die fermè toto: licet Computiſtæ cum Hipparcho velint, Lunam vna die ſuas ſedes anteuertere in 304. annis, propterea quod vnam Lunationem conſtituũt minorem, quam nos, vt diximus. Sed verius, vt docuimus, Luna anticipat vno die ſedes ſuas in annis 312½. Nam ſecundum quantitatem vnius Lunationis ſupra poſitam in annis 312½. ſuas ſedes anteuertit per hor. 23. min. 59. ſec. 52. ter. 49. quæ à die integro deficiunt

Menſis Lunaris Ciuilis magnitudo.

Lunationes in Calend. cur ſint alternis dierum 30. & 29.

Nouilunia cur quolibet anno contingant plerumq. 11. dieb. prius, quam proxime antecedẽte anno.

An. 19. Solares quot dies contineant.

In 19. annis Solaribus fiunt Lunationes 235.

Quanta ſit differentia inter annos 19. Solares & 235. Lunationes medias.

Quanta ſit anticipatio Lunæ in 19. annis, & quãta in 76.

Lunationes anticipant vnum diem in annis 312. cum ſemiſſe, non autem in annis 304. vt nonnulli volũt.

Digitized by Google

deficiunt hor. 0. min. 0. sec. 7. ter. 11. duntaxat, ad quę anticipanda requiruntur adhuc dies 23. hor. 17. ita vt Luna vere anticipet diem vnum in annis 312½. diebus 23. hor. 17. quod dixerim contra quosdam, qui mordicus cum Hipparcho contendunt defendere Lunam anticipare vnum diem in 304. annis. Licet autem cap. 11. in tabula æquationis Epactarum æquationem Lunæ, quam statuimus fieri in annis 312½. præueniamus diebus 23. hor. 17. hi tamen dies, & horę neglectæ vix in annis 481436. ad 100. annos excrescunt, ac proinde vix errorem in Lunationibus 8. horarum efficiunt, vt in eodem cap. 11. Num. 11. monebimus. Hinc factum est, vt Nouilunia à Concilio Nicæno ad nostram vsque ætatem quatriduo, & eo amplius, ad mensium initia fuerint progressa.

In 19. annis cõtineri 235. Lunationes Ciuiles.

5 CONTINERI autem in 19. annis Solaribus Lunationes etiam Ciuiles 235. ita planum faciemus. Quoniam in anno quolibet existunt 12. Lunationes dierum 30. & 29. alternæ, quę constituũt dies 354. habebuntur in 19. annis Lunationes 228. & insuper dies 209. conflati ex 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarem, vt supra diximus, superat. Ex his 209. diebus constituuntur 7. Lunationes extraordinariæ, quæ Emboliſmicæ dicuntur, sex quidem dierum 30. singulæ, & vna dierum 29. vt infra dicemus. Atque hę 7. Lunationes extraordinariæ illis 228. adiectæ conficiunt numerum 235. Lunationum. Recte ergo Cyclus Lunę comprehendere dicitur annos Solares 19. cum in hoc spatio temporis compleantur 235. Lunationes, quot nimirum in eodem interuallo secundum medium Lunæ cursum fieri possunt, nisi quod manet illa differentia, quam diximus, horæ 1. min. 27. sec. 32. ter. 41. quar. 0.

Quo pacto Lunationes ciuiles 235. in 19. annis contentæ expleant totidem Lunationũ mediarum tempus, etsi in qualibet omittantur mi. 44. sec. 3. ter. 11 vnius horæ.

6 SED doceamus paulo accuratius, quo pacto Lunationes 235. Ciuiles in annis 19. Solaribus comprehensæ expleant tempus totidem Lunationum Astronomicarum secundum motum medium. Nam cum in Ciuilibus omittantur horarum fragmenta, nimirum min. 44. sec. 3. ter. 11. fere vnius horæ in qualibet Lunatione, non videntur Astronomicis Lunationibus Ciuiles æquari posse. Veruntamen fragmenta illa relicta bellissime compensari, per dies bissextiles, & 7. Lunationes extraordinarias, hinc congnosces. Lunationes Ciuiles 235. quas in 19. annis Solaribus contineri diximus, si cuilibet tribuantur dies 29½., hoc est, si eas alternis constituamus dierum 30. & 29. (quod Cyclum postulare affirmauimus) conficiunt dies 6932. & horas 12. Totidem vero Lunationes Astronomicæ mediç complectuntur dies 6939. horas 16. min. 32. sec. 27. ter. 18. quar. 0. Ad explendum ergo hoc tempus desunt Lunationibus 235. Ciuilibus dies 7. & horæ 4½. & paulo amplius: qui defectus ita suppletur. In toto Cyclo decennouennali, præter dies integros annorum Solarium supersunt horæ 114. collectæ ex 6. horis quolibet anno omissis, quæ constituunt dies 4. intercalares, & horas 18. Dies ergo 4. in 4. annis bissextilibus tribuuntur quatuor Lunationibus Februarij 29. dierum, vt contineant dies 30. Propter enim diem additum, qui in Calendario notatus non est, augetur Lunatio illa includens dictum diem intercalarem vno die, ita vt, si fuerit dierum 29. efficiatur dierum 30. si vero habuerit dies 30. fiat dierum 31. contra Lunationum naturam, ac conditionem, quod tamen vitari non potest, vt postea cap. 17. dicetur. Auctę igitur iam sunt Lunationes Ciuiles quatuor diebus, sic vt desint solummodo dies 3. & horæ 4½. & paulo amplius: quem defectum ita quoque supplemus. Quoniam ex 7. Lunationibus Emboliſmicis, siue extraordinarijs, prioribus sex tribuimus 3. dies, cum singulas constituerimus dierum 30. ita vt omnes sex superent 6. Lunationes ordinarias dierum 29½. sexies duodecim horis, hoc est, tribus diebus; deerunt nobis iam horæ duntaxat 4½. & paulo amplius. immo quia Lunationi septimæ, & vltimæ extraordinariç, quæ in Cyclo continet dies tantum 29. dedimus horas 12. quas non habet; (Eam enim, sicut & alias, constituimus dierum 29½. quando omnes Lunationes 235. Ciuiles comprehendere diximus dies 6932. & horas 12.) deerunt horæ 16½. & paulo amplius, quæ restituuntur per horas illas 18. quas in 19. annis, præter 4. dies intercalares superesse diximus, remanebitque eadem illa differentia horæ 1. min. 27. sec. 32. ter. 41. qua anni Solares 19. superant Lunationes 235. medias. Apte igitur & concinne Cyclus decennouennalis Lunæ annis 19. Solaribus congruit, cum Lunationes 235. Ciuiles in ijs comprehensæ expleant ferme tempus totidem Lunationum Astronomicarum mediocrium, vt exposuimus.

QVOD liquidius fortasse, clariusque ita percipietur. Lunationes 228. Ciuiles in 19. annis Solaribus comprehensæ, si cuilibet anno tribuamus 12. Lunationes alternis dierum 30. & 29. constituunt dies 6726. quibus si addantur dies 209. ex 11. diebus, qui præter 12. Lunationes in quolibet anno Solari supersunt, collecti, fiet summa dierum

Digitized by Google

rum in vniuersum 6935. quibus rursus si adijciantur 4. dies intercalares, & 18. horæ in 19. annis Solaribus contentæ, efficientur dies 6939. horæ 18. quot in annis 19. Solaribus reperiuntur. Itaque etiamsi 235. Lunationes, vnamquamque statuendo dierum 29½. vltima excepta, quæ solum 29. dies habet, costituant dies tantummodo 6932. inseruntur tamen, atque adduntur extra ordinem in vniuerso ambitu Cycli decennouennalis reliqui dies 7¾. qui colliguntur partim ex 4. diebus intercalaribus, & horis 18. partim ex 3. diebus, quos plus æquo sex Lunationibus extraordinarijs tribuimus, vt efficiatur numerus dierum 6939. horarum 18. quot fere ad 235. Lunationes medias Astronomicas complendas requiruntur. Differt enim hoc tempus 235. Lunationum ab illo annorum 19. Solarium, hora duntaxat 1. min. 27. sec. 32. ter. 41. vt supra dictum est. Atque hi dies 7¾. extra ordinem insiti supplent propemodum minuta illa 44. sec. 3. ter. 10. quar. 48. vnius horę, quæ in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, & 12. alias horas, quas postremæ Lunationi extraordinariæ detraximus; quippe quam dierum solum 29. constituimus, cum tamen alię omnes contineant dies 29½. sex prioribus extraordinarijs exceptis, quarū singulæ 30. diebus constāt. Nam min. 44. sec. 3. ter. 10. quar. 48. in 235. Lunationes multiplicata efficiunt dies 7. horas 4. min. 32. sec. 27. ter. 1. quar. 20. quibus si adiungantur 12. illę horę in vltima Lunatione extraordinaria omissę, fit numerus dierum 7. hor. 16. min. 32. sec. 27. ter. 1. quar. 20. qui à numero dierum 7. hor. 18. differt tantum hora 1. min. 27. sec. 32. ter. 58. quar. 40. quantam fere differentiam supra diximus esse inter 235. Lunationes Astronomicas secundum cursum Lunæ medium, & 19. annos Solares. Definiuimus enim differentiam eam hor. 1. min. 27. sec. 32. ter. 41. ita vt discrimen solum sit hor. 0. min. 0. sec. 0. ter. 17. quar. 40. quod nullius est momenti.

Vnde in 19. annis suppleantur min. 44. sec. 3. ter. 11. quæ in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, vna cum 12. horis vltimæ Lunationi extraordinariæ ademptis.

HIC igitur est calculus Cycli Lunaris 19. annorum, siue Aurei numeri, tantopere ab omnibus decantatus, quem mirabili sane artificio Meton Athenienſis circa Olympiadem 86. excogitasse perhibetur, vt merito apud omnes fere Nationes ad Nouilunia indaganda receptus sit.

---

# CAPVT IX.

## *Quo pacto Aurei Numeri in Calendario disponantur: & cur, ijs amotis, in eorum locum Epactæ substitutæ sint.*

1 CVM veteres comperissent Nouilunia transactis 19. annis ad eosdem dies reuerti, descripserunt in Calendario totidem numeros ab 1. vsque ad 19. quos aureos dixerunt (fortassis ob vtilitatem eorum in Nouilunijs perquirendis, vel vt alijs placet, quia aureis literis notabantur) iuxta eos dies, in quibus quolibet annorum 19. spatio Nouilunia contingebant, ita vt 1. ei diei prefixerint, in quo, currente aureo numero 1. Nouilunium fiebat: Et 2. illi diei, in quem Nouilunium incidebat, currente aureo numero 2. & sic de cæteris. Qua tamen in re diligenter obseruarunt, vt Lunationes essent alternis 30. & 29. dierum, & vt Nouilunia vnius anni præuenirent antecedentis anni Nouilunia plerunque 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat.

Aureorum numerorum descriptio in Calendario.

2 EX hac descriptione aureorum numerorum emersit inter illos ordo, & series eiusmodi, vt in Calendario non seruent ordinem naturalem numerorum, sed maior fere numerus anteeat proxime minorē 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris Lunarem excedit: ita vt collocato v.g. aureo numero 1. prope diem aliquem cuiuslibet mensis, proxime maior aureus numerus 2. eum præcurrat versus principiū mensis, vndecim diebus, decem videlicet diebus interpositis: propterea quod anno insequenti Nouiluniū eiusdem mensis vndecim diebus antecedit superioris anni Nouilunium. Ita quoque aureum numerum 19. in Calendario antecedit versus initium mensis vndecim diebus aureus numerus 1. qui proxime sequitur aureum numerum 19. in serie numerorum naturali. Eademque ratio est in cæteris aureis numeris. Raro admodum antecedit maior proximè minorem de-

Quis ordo inter aur. num. sit in Calendario.

Digitized by Google

rem decem tantum diebus, & multo rarius duodecim: quod tamen interdum contingit, natura Cycli decennouennali id ita postulante.

Quomodo sequens aur. nu. à proxime antecedente gignatur, & contra.

3 HINC fit, vt in Calendario quilibet aureus numerus sequens constituatur per additionem octonarii ad antecedentem aureum numerum, abiectis tamen 19. si summa maior fuerit, quam 19. vel (quod idem est) per subtractionem 11. ex antecedente aureo numero, additis prius 19. si superior aureus numerus maior, quam 11. non fuerit, vt subtractio fieri possit. Rursus efficitur, vt vicissim antecedens quisque aureus numerus formetur per additionem 11. ad sequentem, abiectis tamen 19. si maior fuerit summa, quam 19. Vel (& in idem recidit) per detractionem 8. ex aureo numero sequenti, additis prius 19. si sequens numerus maior non fuerit, quam 8.

Minor aur. nu. in Calend. maiorem antecedẽtem plerumq. sequitur proxime, maior vero minorem nõ proxime.

4 EX eadem dispositione aureorum numerorum in Calendario sequitur huiusmodi inter eos colligatio, vt sequens, si minor est, quam antecedens, antecedentem sequatur proxime, non proxime autem, sed in tertio loco, relicto nimirum vno die vacuo, si maior. Quod tamen quibusdam in locis Calendarij non seruatur, sed interdum, etsi raro, maior proxime etiam sequitur minorem, Cyclo decennouennali id necessario ita exigente, vt Lunationes nimirum constituantur ferme alternæ 30. & 29. dierum. Itaque cognito aureo numero, qui in principio Ianuarij scribitur, siue primo die id fiat, siue secundo (Tempore Concilij Nicæni ponebatur aureus numerus 3. ad primum diem Ianuarij: nunc autem post Calendarij correctionem, si aurei numeri in Calendario essent describendi, præfigendus esset aureus numerus 9. secundo diei) formabuntur ab eo omnes alij aurei numeri insequentes, per additionem 8. vel detractionem 11. vt dictum est, seruato hoc ordine, vt minor maiorem sequatur proxime, maior autem minorem non proxime, paucis locis in Calendario exceptis, de quibus mox nonnihil dicemus. Item cognito aureo numero, qui vltimus est in Decembri, siue postremum diem is occupet, siue penultimum, formabuntur ab eo omnes alij aurei numeri antecedentes, per additionem 11. vel subtractionem 8. &c. Sed quoniam vnica regula pro illis locis, in quibus maior numerus minorem sequitur proxime, tradi non potest, propterea quod non semper idem aureus numerus in principio Ianuarij, aut fine Decembris ponitur, sed alius alij succedit, quoad omnes aurei numeri Ianuarij principium occupauerint, æquatione Lunę id ita postulante, vt infra dicemus: facilius eosdem aureos numeros in Calendario digeremus beneficio Epactarum in Calendario descriptarum, quarum dispositio & facillima est, & immutabilis, vt paulo post docebimus.

Qua ratione ex primo aur. nu. Calendarij aut ex postremo, omnes alij calendario inscribantur.

Quibus in locis maior aur. nu. minorem sequatur proxime in Calend. veteri.

5 NON videtur tamen prætermittenda aureorum numerorum dispositio in Calendario, quo ante correctionem Gregorianam vsa est Ecclesia, & quo nunc post correctionem vteretur, si in eo aurei numeri, non autem Epactę, deberent disponi: vt intelligatur, quibus in locis maior aureus numerus minorem sequatur proximè. Posito ergo numero 3. ad primum diem anni, vt tempore Nicæni Concilij factum est, formabuntur omnes alij numeri aurei per continuam additionem 8. reiectis semper 19. quando summa maior fuerit, quam 19. & posito minore proxime sub maiore, maiore vero sub minore non proxime, paucis hisce locis exceptis, vt Lunationes fiant alternis 30. & 29. dierum. Die 3. Februarij scribatur numerus 19. proxime sub minore 11. & die 6. Aprilis, 4. Iunij, & 2. Augusti, numerus 16. proxime sub minore 8. Item die 3. Octobris, & 1. Decembris, numerus 13. proxime sub minore 5. Postremò dispositis hoc ordine omnibus aureis numeris, promoueatur in Iulio, & omnibus alijs quinque mensibus insequentibus, vsque ad finem anni, aureus numerus 19. ad superiorem diem, vt proxime sub minore numero 11. collocetur: atque in eisdem mensibus, numerus minor 8. scribatur non proxime sub 19. sed vno die vacuo relicto. Non me fugit, Campanum, & alios nonnullos in Decembri non apponere numerum 13. ad primum diem, sed ad secundum, vna cum aureo numero 2. sed quia huic rei alij omnes reclamant, quod absurdum sit, in vno Cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diem incidere, qualia sunt ab aureis numeris 13. & 2. indicata, cum hæc ex Campani dispositione cadant in diem 2. Decembris: immo & ipsa etiam ratio Lunationum contrarium docet, vt paulo infra explicabimus hoc eodem cap. Num. 9. maluimus cum alijs Computistis describere numerum 13. ad diem 1. Decembris proxime sub minore 5. vltimo diei Nouembris affixo. Hoc igitur modo aurei numeri ex sententia Concilij Nicæni in Calendario ante correctionem sunt collocati.

6 HOC vero tempore post correctionem ita essent collocandi, si eis vti vellemus ad

Noui-

Digitized by Google

Nouilunia inquirenda. Descripto aureo numero 9. ad diem 2. Ianuarij, formarentur alij omnes per continuam additionem 8. vt prius, hisce locis, propter Lunationes alternas 30. ac 29. dierum, exceptis. Ad diem 5. Februarij, 5. Aprilis, 3. Iunij, 1. Augusti, 29. Septembris, & 27. Nouembris, scribendus esset aureus numerus 14. proximè post minorem aureum numerum 6. Item vltimo die Decembris statuendus aureus numerus 19. proxime sub minore 11. Sed age, vt hoc discrimen magis appareat, vtrumque Calendarium cum Aureis numeris eo, quo diximus, modo digestis, ante oculos proponamus.

Quibus in locis maior aur. nu. minorē sequatur proxime in Calendario nouo huius temporis, si aur. nu. in eo forent describendi.

# SEQVITVR CALENDARIVM ECCLESIASTICVM, QVO Ecclesia à Concilio Nicæno vsque ad anni correctionem à Gregorio XIII. factam vsa est.

Ianuarius

Digitized by Google

| Ianuarius. | | | |
|---|---|---|---|
| Aur. num. | Lit. Dominic. | | dies Mẽsis. |
| iij | A | Cal. | 1 |
| | b | iiij | 2 |
| xj | c | iij | 3 |
| | d | Prid. | 4 |
| xix | e | Non. | 5 |
| viij | f | viij | 6 |
| | g | vij | 7 |
| xvj | A | vj | 8 |
| v | b | v | 9 |
| | c | iiij | 10 |
| xiij | d | iij | 11 |
| ij | e | Prid. | 12 |
| | f | Idus | 13 |
| x | g | xix | 14 |
| | A | xviij | 15 |
| xviij | b | xvij | 16 |
| vij | c | xvj | 17 |
| | d | xv | 18 |
| xv | e | xiiij | 19 |
| iiij | f | xiij | 20 |
| | g | xij | 21 |
| xij | A | xj | 22 |
| j | b | x | 23 |
| | c | ix | 24 |
| ix | d | viij | 25 |
| | e | vij | 26 |
| xvij | f | vj | 27 |
| vj | g | v | 28 |
| | A | iiij | 29 |
| xiiij | b | iij | 30 |
| iij | c | Prid. | 31 |

| Februarius. | | | |
|---|---|---|---|
| Aur. num. | Lit. Dominic. | | dies Mẽsis. |
| | d | Cal. | 1 |
| xj | e | iiij | 2 |
| xix | f | iij | 3 |
| viij | g | Prid. | 4 |
| | A | Non. | 5 |
| xvj | b | viij | 6 |
| v | c | vij | 7 |
| | d | vj | 8 |
| xiiij | e | v | 9 |
| ij | f | iiij | 10 |
| | g | iij | 11 |
| x | A | Prid. | 12 |
| | b | Idus. | 13 |
| xviij | c | xvj | 14 |
| vij | d | xv | 15 |
| | e | xiiij | 16 |
| xv | f | xiij | 17 |
| iiij | g | xij | 18 |
| | A | xj | 19 |
| xij | b | x | 20 |
| j | c | ix | 21 |
| | d | viij | 22 |
| ix | e | vij | 23 |
| | f | vj | 24 |
| xvij | g | v | 25 |
| vj | A | iiij | 26 |
| | b | iij | 27 |
| xiiij | c | Prid. | 28 |

| Martius. | | | |
|---|---|---|---|
| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. |
| iij | d | Calen. | 1 |
| | e | vi | 2 |
| xj | f | v | 3 |
| | g | iiii | 4 |
| xix | A | iii | 5 |
| viij | b | Prid. | 6 |
| | c | Non. | 7 |
| xvj | d | viii | 8 |
| v | e | vii | 9 |
| | f | vi | 10 |
| xiij | g | v | 11 |
| ij | A | iiii | 12 |
| | b | iii | 13 |
| x | c | Prid. | 14 |
| | d | Idib. | 15 |
| xviij | e | xvii | 16 |
| vij | f | xvi | 17 |
| | g | xv | 18 |
| xv | A | xiiii | 19 |
| iiij | b | xiii | 20 |
| | c | xii | 21 |
| xij | d | xi | 22 |
| j | e | x | 23 |
| | f | ix | 24 |
| ix | g | viii | 25 |
| | A | vii | 26 |
| xvij | b | vi | 27 |
| vj | c | v | 28 |
| | d | iiii | 29 |
| xiiij | e | iii | 30 |
| iij | f | Prid. | 31 |



Digitized by Google

## Aprilis.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| | g | Calend. | 1 |
| xj | A | iiij | 2 |
| | b | iij | 3 |
| xix | c | Prid. | 4 |
| viij | d | Non. | 5 |
| xvj | e | viij | 6 |
| v | f | vij | 7 |
| | g | vj | 8 |
| xiij | A | v | 9 |
| ij | b | iiij | 10 |
| | c | iij | 11 |
| x | d | Prid. | 12 |
| | e | Idus. | 13 |
| xviij | f | xviij | 14 |
| vij | g | xvij | 15 |
| | A | xvj | 16 |
| xv | b | xv | 17 |
| iiij | c | xiiij | 18 |
| | d | xiij | 19 |
| xij | e | xij | 20 |
| j | f | xj | 21 |
| | g | x | 22 |
| ix | A | ix | 23 |
| | b | viij | 24 |
| xvij | c | vij | 25 |
| vj | d | vj | 26 |
| | e | v | 27 |
| xiiij | f | iiij | 28 |
| iij | g | iij | 29 |
| | A | Prid. | 30 |

## Maius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xj | b | Calend. | 1 |
| | c | vj | 2 |
| xix | d | v | 3 |
| viij | e | iiij | 4 |
| | f | iij | 5 |
| xvj | g | Prid. | 6 |
| v | A | Non. | 7 |
| | b | viij | 8 |
| xiij | c | vij | 9 |
| ij | d | vi | 10 |
| | e | v | 11 |
| x | f | iiij | 12 |
| | g | iij | 13 |
| xviij | A | Prid. | 14 |
| vij | b | Idib. | 15 |
| | c | xvij | 16 |
| xv | d | xvj | 17 |
| iiij | e | xv | 18 |
| | f | xiiij | 19 |
| xij | g | xiij | 20 |
| j | A | xij | 21 |
| | b | xj | 22 |
| ix | c | x | 23 |
| | d | ix | 24 |
| xvij | e | viij | 25 |
| vj | f | vij | 26 |
| | g | vj | 27 |
| xiiij | A | v | 28 |
| iij | b | iiij | 29 |
| | c | iij | 30 |
| xj | d | Prid. | 31 |

## Iunius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| | e | Calend. | 1 |
| xix | f | iiij | 2 |
| viij | g | iij | 3 |
| xvj | A | Prid. | 4 |
| v | b | Non. | 5 |
| | c | viij | 6 |
| xiij | d | vij | 7 |
| ij | e | vj | 8 |
| | f | v | 9 |
| x | g | iiij | 10 |
| | A | iij | 11 |
| xviij | b | Prid. | 12 |
| vij | c | Idus. | 13 |
| | d | xviij | 14 |
| xv | e | xvij | 15 |
| iiij | f | xvj | 16 |
| | g | xv | 17 |
| xij | A | xiiij | 18 |
| j | b | xiij | 19 |
| | c | xij | 20 |
| ix | d | xj | 21 |
| | e | x | 22 |
| xvij | f | ix | 23 |
| vj | g | viij | 24 |
| | A | vij | 25 |
| xiiij | b | vj | 26 |
| ij | c | v | 27 |
| | d | iiij | 28 |
| xj | e | iij | 29 |
| | f | Prid. | 30 |



Digitized by Google

## Iulius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xix | g | Calend. | 1 |
| viij | A | vj | 2 |
| | b | v | 3 |
| xvj | c | iiij | 4 |
| v | d | iij | 5 |
| | e | Prid. | 6 |
| xiij | f | Non. | 7 |
| ij | g | viij | 8 |
| | A | vij | 9 |
| x | b | vj | 10 |
| | c | v | 11 |
| xviij | d | iiij | 12 |
| vij | e | iij | 13 |
| | f | Prid. | 14 |
| xv | g | Idus. | 15 |
| iiij | A | xvij | 16 |
| | b | xvj | 17 |
| xij | c | xv | 18 |
| j | d | xiiij | 19 |
| | e | xiij | 20 |
| ix | f | xij | 21 |
| | g | xj | 22 |
| xvij | A | x | 23 |
| vj | b | ix | 24 |
| | c | viij | 25 |
| xiiij | d | vij | 26 |
| iij | e | vj | 27 |
| | f | v | 28 |
| xj | g | iiij | 29 |
| xix | A | iij | 30 |
| | b | Prid. | 31 |

## Augustus.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| viij | c | Calend. | 1 |
| xvj | d | iiij | 2 |
| v | e | iij | 3 |
| | f | Prid. | 4 |
| xiij | g | Non. | 5 |
| ij | A | viij | 6 |
| | b | vij | 7 |
| x | c | vj | 8 |
| | d | v | 9 |
| xviij | e | iiij | 10 |
| vij | f | iij | 11 |
| | g | Prid. | 12 |
| xv | A | Idus. | 13 |
| iiij | b | xix | 14 |
| | c | xviij | 15 |
| xij | d | xvij | 16 |
| j | e | xvj | 17 |
| | f | xv | 18 |
| ix | g | xiiij | 19 |
| | A | xiij | 20 |
| xvij | b | xij | 21 |
| vj | c | xj | 22 |
| | d | x | 23 |
| xiiij | e | ix | 24 |
| iij | f | viij | 25 |
| | g | vij | 26 |
| xj | A | vj | 27 |
| xix | b | v | 28 |
| | c | iiij | 29 |
| viij | d | iij | 30 |
| | e | Prid. | 31 |

## September.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xvj | f | Calend. | 1 |
| v | g | iiij | 2 |
| | A | iij | 3 |
| xiij | b | Prid. | 4 |
| ij | c | Non. | 5 |
| | d | viij | 6 |
| x | e | vij | 7 |
| | f | vj | 8 |
| xviij | g | v | 9 |
| vij | A | iiij | 10 |
| | b | iij | 11 |
| xv | c | Prid. | 12 |
| iiij | d | Idus. | 13 |
| | e | xviij | 14 |
| xij | f | xvij | 15 |
| j | g | xvj | 16 |
| | A | xv | 17 |
| ix | b | xiiij | 18 |
| | c | xiij | 19 |
| xvij | d | xij | 20 |
| vj | e | xj | 21 |
| | f | x | 22 |
| xiiij | g | ix | 23 |
| iij | A | viij | 24 |
| | b | vij | 25 |
| xj | c | vj | 26 |
| xix | d | v | 27 |
| | e | iiij | 28 |
| viij | f | iij | 29 |
| | g | Prid. | 30 |



Digitized by Google

## October.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xvj | A | Calend. | 1 |
| v | b | vj | 2 |
| xiij | c | v | 3 |
| ij | d | iiij | 4 |
| | e | iij | 5 |
| x | f | Prid. | 6 |
| | g | Non. | 7 |
| xviij | A | viij | 8 |
| vij | b | vij | 9 |
| | c | vj | 10 |
| xv | d | v | 11 |
| iiij | e | iiij | 12 |
| | f | iij | 13 |
| xij | g | Prid. | 14 |
| j | A | Idus. | 15 |
| | b | xvij | 16 |
| ix | c | xvj | 17 |
| | d | xv | 18 |
| xvij | e | xiiij | 19 |
| vj | f | xiij | 20 |
| | g | xij | 21 |
| xiiij | A | xj | 22 |
| iij | b | x | 23 |
| | c | ix | 24 |
| xj | d | viij | 25 |
| xix | e | vij | 26 |
| | f | vj | 27 |
| viij | g | v | 28 |
| | A | iiij | 29 |
| xvj | b | iij | 30 |
| v | c | Prid. | 31 |

## Nouember.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| | d | Calend. | 1 |
| xiij | e | iiij | 2 |
| ij | f | iij | 3 |
| | g | Prid. | 4 |
| x | A | Non. | 5 |
| | b | viij | 6 |
| xviij | c | vij | 7 |
| vij | d | vj | 8 |
| | e | v | 9 |
| xv | f | iiij | 10 |
| iiij | g | iij | 11 |
| | A | Prid. | 12 |
| xij | b | Idus. | 13 |
| j | c | xviij | 14 |
| | d | xvij | 15 |
| ix | e | xvj | 16 |
| | f | xv | 17 |
| xvij | g | xiiij | 18 |
| vj | A | xiij | 19 |
| | b | xij | 20 |
| xiiij | c | xj | 21 |
| iij | d | x | 22 |
| | e | ix | 23 |
| xi | f | viij | 24 |
| xix | g | vij | 25 |
| | A | vj | 26 |
| viij | b | v | 27 |
| | c | iiij | 28 |
| xvj | d | iij | 29 |
| v | e | Prid. | 30 |

## December.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xiij | f | Calend. | 1 |
| ij | g | iiij | 2 |
| | A | iij | 3 |
| x | b | Prid. | 4 |
| | c | Non. | 5 |
| xviij | d | viij | 6 |
| vij | e | vij | 7 |
| | f | vj | 8 |
| xv | g | v | 9 |
| iiij | A | iiij | 10 |
| | b | iij | 11 |
| xij | c | Prid. | 12 |
| j | d | Idus | 13 |
| | e | xix | 14 |
| ix | f | xviij | 15 |
| | g | xvij | 16 |
| xvij | A | xvj | 17 |
| vj | b | xv | 18 |
| | c | xiiij | 19 |
| xiiij | d | xiij | 20 |
| iij | e | xij | 21 |
| | f | xj | 22 |
| xj | g | x | 23 |
| xix | A | ix | 24 |
| | b | viij | 25 |
| viij | c | vij | 26 |
| | d | vj | 27 |
| xvj | e | v | 28 |
| v | f | iiij | 29 |
| | g | iij | 30 |
| xiij | A | Prid. | 31 |



Digitized by Google

IN hoc Calendario vides profecto, ſingulos aureos numeros duodecies poſitos eſſe, toties nimirum, quot in anno Lunari communi Lunationes continentur, exceptis ijs ſeptem numeris, qui poſt diem 20. Decembris tertiodecimo loco ſunt repetiti, qui videlicet priores quoque dies Ianuarij occupant. Quod idcirco te monitum volo, ne putes, aureos numeros, inſtar Cycli, in Calendario diſponi, vt ſcilicet aureus numerus primi diei Ianuarij formetur ab aureo numero vltimo anni per additionem 8. ad ſuperiorem aureum numerum, qui vltimus eſt in Decembri. Hæc enim generatio ſequentium aureorum numerorum per additionem 8. ad ſuperiores aureos numeros ceſſat omnino in fine anni, ac denuo incipit in principio anni ab eodem aureo numero, à quo prius incepit, nulla habita ratione aurei numeri, qui vltimus eſt menſe Decembri: quia aurei numeri in Calendario deſcripti rationem Cycli ſeruare non poſſunt. Idem prorſus cernitur in Calendario, quod ſequitur, vbi aurei numeri ita diſpoſiti ſunt, vt Nouilunia indicent ab anno reſtituto vſque ad annum 1700. non ſecus atque ab Epactis eadem Nouilunia in nouo Calendario monſtrantur.

Aureum num. primum Ianuarij non formari per additionem 8. ad vltimum aur. num. Decembris.

Aureos numer. in Calendario deſcriptos, rationem Cycli non ſeruare.

# SEQVITVR CALENDARIVM ECCLESIASTICVM, QVO POST anni correctionem à Gregorio XIII. factam Eccleſia vti deberet vſq; ad annum 1700. ſi aurei numeri pro Epactis in eo deſcripti eſſent.



Digitized by Google

## Ianuarius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| | A | Cal. | 1 |
| ix | b | iiij | 2 |
| | c | iij | 3 |
| xvij | d | Prid. | 4 |
| vj | e | Non. | 5 |
| | f | viij | 6 |
| xiiij | g | vij | 7 |
| iij | A | vj | 8 |
| | b | v | 9 |
| xj | c | iiij | 10 |
| | d | iij | 11 |
| xix | e | Prid. | 12 |
| viij | f | Idus | 13 |
| | g | xix | 14 |
| xvj | A | xviij | 15 |
| v | b | xvij | 16 |
| | c | xvj | 17 |
| xiij | d | xv | 18 |
| ij | e | xiiij | 19 |
| | f | xiij | 20 |
| x | g | xij | 21 |
| | A | xj | 22 |
| xviij | b | x | 23 |
| vij | c | ix | 24 |
| | d | viij | 25 |
| xv | e | vij | 26 |
| iiij | f | vj | 27 |
| | g | v | 28 |
| xij | A | iiij | 29 |
| j | b | iij | 30 |
| | c | Prid. | 31 |

## Februarius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| ix | d | Cal. | 1 |
| | e | iiij | 2 |
| xvij | f | iij | 3 |
| vj | g | Prid. | 4 |
| xiiij | A | Non. | 5 |
| iij | b | viij | 6 |
| | c | vij | 7 |
| xj | d | vj | 8 |
| | e | v | 9 |
| xix | f | iiij | 10 |
| viij | g | iij | 11 |
| | A | Prid. | 12 |
| xvj | b | Idus. | 13 |
| v | c | xvj | 14 |
| | d | xv | 15 |
| xiij | e | xiiij | 16 |
| ij | f | xiij | 17 |
| | g | xij | 18 |
| x | A | xj | 19 |
| | b | x | 20 |
| xviij | c | ix | 21 |
| vij | d | viij | 22 |
| | e | vij | 23 |
| xv | f | vj | 24 |
| iiij | g | v | 25 |
| | A | iiij | 26 |
| xij | b | iij | 27 |
| j | c | Prid. | 28 |

## Martius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mensis. |
|---|---|---|---|
| | d | Calen. | 1 |
| ix | e | vi | 2 |
| | f | v | 3 |
| xvij | g | iiii | 4 |
| vj | A | iii | 5 |
| | b | Prid. | 6 |
| xiiij | c | Non. | 7 |
| iij | d | viii | 8 |
| | e | vii | 9 |
| xj | f | vi | 10 |
| | g | v | 11 |
| xix | A | iiii | 12 |
| viij | b | iii | 13 |
| | c | Prid. | 14 |
| xvj | d | Idib. | 15 |
| v | e | xvii | 16 |
| | f | xvi | 17 |
| xiij | g | xv | 18 |
| ij | A | xiiii | 19 |
| | b | xiii | 20 |
| x | c | xii | 21 |
| | d | xi | 22 |
| xviij | e | x | 23 |
| vij | f | ix | 24 |
| | g | viii | 25 |
| xv | A | vii | 26 |
| iiij | b | vi | 27 |
| | c | v | 28 |
| xij | d | iiii | 29 |
| j | e | iii | 30 |
| | f | Prid. | 31 |



Digitized by Google

| Aprilis. | | | |
|---|---|---|---|
| Aur num. | Lit. Dominic. | | Dies Mēsis. |
| ix | g | Calend. | 1 |
| | A | iiij | 2 |
| xvij | b | iij | 3 |
| vj | c | Prid. | 4 |
| xiiij | d | Non. | 5 |
| iij | e | viij | 6 |
| | f | vij | 7 |
| xj | g | vj | 8 |
| | A | v | 9 |
| xix | b | iiij | 10 |
| viij | c | iij | 11 |
| | d | Prid. | 12 |
| xvj | e | Idus. | 13 |
| v | f | xviij | 14 |
| | g | xvij | 15 |
| xiij | A | xvj | 16 |
| ij | b | xv | 17 |
| | c | xiiij | 18 |
| x | d | xiij | 19 |
| | e | xij | 20 |
| xviij | f | xj | 21 |
| vij | g | x | 22 |
| | A | ix | 23 |
| xv | b | viij | 24 |
| iiij | c | vij | 25 |
| | d | vj | 26 |
| xij | e | v | 27 |
| j | f | iiij | 28 |
| | g | iij | 29 |
| ix | A | Prid. | 30 |

| Maius. | | | |
|---|---|---|---|
| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mēsis. |
| | b | Calend. | 1 |
| xvij | c | vj | 2 |
| vj | d | v | 3 |
| | e | iiij | 4 |
| xiiij | f | iij | 5 |
| iij | g | Prid. | 6 |
| | A | Non. | 7 |
| xj | b | viij | 8 |
| | c | vij | 9 |
| xix | d | vi | 10 |
| viij | e | v | 11 |
| | f | iiij | 12 |
| xvj | g | iij | 13 |
| v | A | Prid. | 14 |
| | b | Idib. | 15 |
| xiij | c | xvij | 16 |
| ii | d | xvj | 17 |
| | e | xv | 18 |
| x | f | xiiij | 19 |
| | g | xiij | 20 |
| xviii | A | xij | 21 |
| vii | b | xj | 22 |
| | c | x | 23 |
| xv | d | ix | 24 |
| iiii | e | viij | 25 |
| | f | vij | 26 |
| xii | g | vj | 27 |
| i | A | v | 28 |
| | b | iiij | 29 |
| ix | c | iij | 30 |
| | d | Prid. | 31 |

| Iunius. | | | |
|---|---|---|---|
| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mēsis. |
| xvij | e | Calend. | 1 |
| vj | f | iiij | 2 |
| xiiij | g | iij | 3 |
| iij | A | Prid. | 4 |
| | b | Non. | 5 |
| xj | c | viij | 6 |
| | d | vij | 7 |
| xix | e | vj | 8 |
| viij | f | v | 9 |
| | g | iiij | 10 |
| xvj | A | iij | 11 |
| v | b | Prid. | 12 |
| | c | Idus. | 13 |
| xiij | d | xviij | 14 |
| ij | e | xvij | 15 |
| | f | xvj | 16 |
| x | g | xv | 17 |
| | A | xiiij | 18 |
| xviij | b | xiij | 19 |
| vij | c | xij | 20 |
| | d | xj | 21 |
| xv | e | x | 22 |
| iiij | f | ix | 23 |
| | g | viij | 24 |
| xij | A | vij | 25 |
| j | b | vj | 26 |
| | c | v | 27 |
| ix | d | iiij | 28 |
| | e | iij | 29 |
| xvij | f | Prid. | 30 |



Digitized by Google

## Iulius.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| vj | g | Calend. | 1 |
| | A | vj | 2 |
| xiiij | b | v | 3 |
| iij | c | iiij | 4 |
| | d | iij | 5 |
| xj | e | Prid. | 6 |
| | f | Non. | 7 |
| xix | g | viij | 8 |
| viij | A | vij | 9 |
| | b | vj | 10 |
| xvj | c | v | 11 |
| v | d | iiij | 12 |
| | e | iij | 13 |
| xiij | f | Prid. | 14 |
| ij | g | Idus. | 15 |
| | A | xvij | 16 |
| x | b | xvj | 17 |
| | c | xv | 18 |
| xviij | d | xiiij | 19 |
| vij | e | xiij | 20 |
| | f | xij | 21 |
| xv | g | xj | 22 |
| iiij | A | x | 23 |
| | b | ix | 24 |
| xij | c | viij | 25 |
| j | d | vij | 26 |
| | e | vj | 27 |
| ix | f | v | 28 |
| | g | iiij | 29 |
| xvij | A | iij | 30 |
| vj | b | Prid. | 31 |

## Augustus.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xiiij | c | Calend. | 1 |
| iij | d | iiij | 2 |
| | e | iij | 3 |
| xj | f | Prid. | 4 |
| | g | Non. | 5 |
| xix | A | viij | 6 |
| viij | b | vij | 7 |
| | c | vj | 8 |
| xvj | d | v | 9 |
| v | e | iiij | 10 |
| | f | iij | 11 |
| xiij | g | Prid. | 12 |
| ij | A | Idus. | 13 |
| | b | xix | 14 |
| x | c | xviij | 15 |
| | d | xvij | 16 |
| xviij | e | xvj | 17 |
| vij | f | xv | 18 |
| | g | xiiij | 19 |
| xv | A | xiij | 20 |
| iiij | b | xij | 21 |
| | c | xj | 22 |
| xij | d | x | 23 |
| j | e | ix | 24 |
| | f | viij | 25 |
| ix | g | vij | 26 |
| | A | vj | 27 |
| xvij | b | v | 28 |
| vj | c | iiij | 29 |
| | d | iij | 30 |
| xiiij | e | Prid. | 31 |

## September.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| iij | f | Calend. | 1 |
| | g | iiij | 2 |
| xj | A | iij | 3 |
| | b | Prid. | 4 |
| xix | c | Non. | 5 |
| viij | d | viij | 6 |
| | e | vij | 7 |
| xvj | f | vj | 8 |
| v | g | v | 9 |
| | A | iiij | 10 |
| xiij | b | iij | 11 |
| ij | c | Prid. | 12 |
| | d | Idus. | 13 |
| x | e | xviij | 14 |
| | f | xvij | 15 |
| xviij | g | xvj | 16 |
| vij | A | xv | 17 |
| | b | xiiij | 18 |
| xv | c | xiij | 19 |
| iiij | d | xij | 20 |
| | e | xj | 21 |
| xij | f | x | 22 |
| j | g | ix | 23 |
| | A | viij | 24 |
| ix | b | vij | 25 |
| | c | vj | 26 |
| xvij | d | v | 27 |
| vj | e | iiij | 28 |
| xiiij | f | iij | 29 |
| iij | g | Prid. | 30 |



Digitized by Google

## October.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| | A | Calend. | 1 |
| xj | b | vj | 2 |
| | c | v | 3 |
| xix | d | iiij | 4 |
| viij | e | iij | 5 |
| | f | Prid. | 6 |
| xvj | g | Non. | 7 |
| v | A | viij | 8 |
| | b | vij | 9 |
| xiij | c | vj | 10 |
| ij | d | v | 11 |
| | e | iiij | 12 |
| x | f | iij | 13 |
| | g | Prid. | 14 |
| xviij | A | Idus. | 15 |
| vij | b | xvij | 16 |
| | c | xvj | 17 |
| xv | d | xv | 18 |
| iiij | e | xiiij | 19 |
| | f | xiij | 20 |
| xij | g | xij | 21 |
| j | A | xj | 22 |
| | b | x | 23 |
| ix | c | ix | 24 |
| | d | viij | 25 |
| xvij | e | vij | 26 |
| vj | f | vj | 27 |
| | g | v | 28 |
| xiiij | A | iiij | 29 |
| iij | b | iij | 30 |
| | c | Prid. | 31 |

## Nouember.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| xj | d | Calend. | 1 |
| | e | iiij | 2 |
| xix | f | iij | 3 |
| viij | g | Prid. | 4 |
| | A | Non. | 5 |
| xvj | b | viij | 6 |
| v | c | vij | 7 |
| | d | vj | 8 |
| xiij | e | v | 9 |
| ij | f | iiij | 10 |
| | g | iij | 11 |
| x | A | Prid. | 12 |
| | b | Idus. | 13 |
| xviij | c | xviij | 14 |
| vij | d | xvij | 15 |
| | e | xvj | 16 |
| xv | f | xv | 17 |
| iiij | g | xiiij | 18 |
| | A | xiij | 19 |
| xij | b | xij | 20 |
| j | c | xj | 21 |
| | d | x | 22 |
| ix | e | ix | 23 |
| | f | viij | 24 |
| xvij | g | vij | 25 |
| vj | A | vj | 26 |
| xiiij | b | v | 27 |
| iij | c | iiij | 28 |
| | d | iij | 29 |
| xi | | Prid. | 30 |

## December.

| Aur. num. | Lit. Dominic. | | Dies Mẽsis. |
|---|---|---|---|
| | f | Calend. | 1 |
| xix | g | iiij | 2 |
| viij | A | iij | 3 |
| | b | Prid. | 4 |
| xvj | c | Non. | 5 |
| v | d | viij | 6 |
| | e | vij | 7 |
| xiij | f | vj | 8 |
| ij | g | v | 9 |
| | A | iiij | 10 |
| x | b | iij | 11 |
| | c | Prid. | 12 |
| xviij | d | Idus | 13 |
| vij | e | xix | 14 |
| | f | xviij | 15 |
| xv | g | xvij | 16 |
| iiij | A | xvj | 17 |
| | b | xv | 18 |
| xij | c | xiiij | 19 |
| j | d | xiij | 20 |
| | e | xij | 21 |
| ix | f | xj | 22 |
| | g | x | 23 |
| xvij | A | ix | 24 |
| vj | b | viij | 25 |
| | c | vij | 26 |
| xiiij | d | vj | 27 |
| iij | e | v | 28 |
| | f | iiij | 29 |
| xj | g | iij | 30 |
| xix | A | Prid. | 31 |

CAVSA

Digitized by Google

7 CAVSA vero, cur ſequens aureus numerus formetur ab antecedente per additionem 8. vel detractionem 11. Item antecedens ab inſequente per additionem 11. vel ſubtractionem 8. & cur aurei numeri in Calendario non ſcribantur continuato ordine, ſed fere ſemper inter binos ſinguli dies relinquantur vacui, hęc eſt. Octo anni Solares, cuilibet tribuendo dies 365. hor. 6. comprehendunt 2922. dies, in quibus fiunt 99. fere Lunationes. Solum vltimæ Lunationi deeſt dies 1. horæ 12. min. 41. ſec. 15. ter. 9. Nam 99. Lunationes ſecundum medium Lunæ curſum, poſtulant dies 2923. hor. 12. min. 41. ſec. 15. ter. 9. Igitur Lunationes poſt 8. annos elapſos non incipiunt ijſdem diebus, quibus ante 8. annos Nouilunia fiebant, ſed vno & dimidiato die tardius. Quare poſt quemuis aureũ numerũ ſcribitur in Calendario aureus numerus octo vnitatibus illo maior, vt ſignificet, poſt 8. annos Nouilunia non in eos dies, quibus antecedens aureus numerus aſcriptus eſt, incidere, ſed in illos, quibus ſequens aureus numerus ab antecedente per additionem 8. formatus præfigitur. Et quoniam, ſi ſequens aureus numerus antecedentem proxime inſequatur, Lunatio ſequentis aurei numeri anticipatur 12. horis, & amplius, ſcribendus erit alter aureus numerus ſequens nõ proxime poſt illum, ſed vno die vacuo relicto, ne eius Lunatio die integro, & amplius anticipetur: Ita vt hic aureus numerus tertius à primo, à quo per additionem 16. formatur, tertio poſt eum loco ſcribatur, quemadmodum & eius Lunatio tribus circiter diebus tardius, quam illius, incipit. Hæc eſt cauſa, cur ſequens aureus numerus componatur ex additione 8. ad antecedentem, ponanturque ſimul bini, inter binos ſingulis diebus vacuis relictis, præter paucos quoſdam numeros aureos, qui eum ordinem propter æquationem Lunæ neceſſariam interrumpunt.

Cur ſequens aureus num. ab antecedente formetur per additionẽ 8. vel ſubtractionem 11. Antecedens vero a ſequenti per additionem 11. vel ſubtractionem 8. Et cur non continuato ordine ſcribatur aurei numeri in Calendario.

8 CVR autem maiorem aureum numerum minor proxime ſequatur potius, quam maior minorem, quod tamen æque bene fieri poterat, caſu quodam accidiſſe videtur. Quoniam enim Luna in quolibet die anni maior eſt 11. diebus, quam in eodem die anni ſuperioris, propter illos 11. dies, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, fit vt quemuis aureum numerum in Calendario antecedat aureus numerus ſequentis anni 11. diebus, vt nimirum 11. diebus prius contingat tunc, Lunam eſſe primam, quam anno antecedente. Hinc factum eſt, vt minor aureus numerus proxime ſub maiore plerumque ſcriberetur, maior autem ſub minore non proxime: quod potius illi diſpoſitioni aurei numeri, & caſui cuidam fortuito tribuendum videtur, quam certæ alicui rationi, quæ cogat minorem proxime ſub maiore ſcribi potius, quam maiorem ſub minori, cũ vtrouis modo ratio Lunationum conſtaret. Atque hæc dicta ſint de cauſa, cur ſequens aureus numerus à præcedenti formetur per additionem 8. & cur aurei numeri non ſeruent continuatum ordinem.

9 EXPLICEMVS iam etiam rationem, cur antecedens aureus numerus ab inſequenti formetur per additionem 11. quæ ita ſe habet. Vndecim anni Solares continent 4017. dies, & 18. horas, in quibus perficiuntur Lunationes 136. ſupereſtque dies 1. hor. 14. min. 8. ſec. 47. ter. 4. Nam 136. Lunationes exigunt dies tantummodo 4016. hor. 3. min. 51. ſec. 12. ter. 56. Igitur Nouilunia poſt 11. annos tranſactos non cadunt in eoſdem dies, quibus ante 11. annos fiebant, ſed vno die & dimidiato fere citius. Quare antequemlibet aureum numerum ponitur in Calendario numerus aureus vndecim vnitatibus illo maior, vt ſignificet, poſt 11. annos Nouilunia non in eoſdem dies incidere, quibus ante 11. annos contingebant, ſed incipere prius, nimirum illis diebus, quibus antecedens aureus numerus à ſequenti per additionem 11. formatus aſcribitur. Ex quo colligitur, non recte à Campano, & alijs nonnullis ad diem 2. Decembris duos hoſce aureos numeros 13. & 2. apponi: quandoquidem poſt 11. annos, ſi currente aureo numero 2. Nouilunium incidit in diem 2. Decembris, idem neceſſario contingat vno die & dimidiato fere prius, vt dictum eſt. Itaque cum iam conſtet, numerum aureum quemcunque ſequentem octo vnitatibus maiorẽ eſſe antecedente, & antecedentẽ quemuis maiorem eſſe inſequente vndecim vnitatibus, manifeſte colligitur, ſequentẽ ab antecedente formari poſſe vel per additionem 8. vel per ſubtractionẽ 11. antecedentẽ vero ab inſequente tum per additionẽ 11. tum per detractionem 8. Atq. hinc factũ eſt, vt antiqui ſcriptores Cyclum decennouennalem, quem ἐνναετηρίδα vocarunt, in ὀγδοάδα, & ἐνδεκάδα diſtinxerint; quandoquidem tota eius progreſſio atque ordo in Calendario conſtituitur ex additione ſubtractioneve 8. vel 11. vt expoſuimus, & ὀγδοὰς quidem cum 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, totum Cyclum decennouennalem, ἐνδεκὰς vero cum decennouennali Cyclo perfectam Lunationem 30. dierum conficit.

10 DISPOSITIS 19. aureis numeris in Calendario, ea arte, quam deſcripſimus,

Quomodo ex aureis num. in Calendario dif positis Nouilunia inueſtigantur.

mus, non erat difficile cognoſcere tempus Nouilunij cuiuslibet menſis, hoc eſt, quo die dicenda eſſet Luna prima. Eo namque die Luna pronuntiabatur prima, ſiue Nouilunium dicebatur contingere, cui aureus numerus propoſito anno currens præfixus erat: atque hinc Luna xiiij. Paſchalis, & ex hac Paſcha cum alijs feſtis mobilibus inueſtigabatur.

11 ATQVE hęc quidem omnia, quæ de aurei numeri diſpoſitione, atque vſu tradidimus, ſubtiliter valde, & magno ingenio excogitata ſunt à veteribus, ſed ea accuratior Aſtronomorũ obſeruatio non vſquequaque vera eſſe deprehendit. Non enim Nouilunia, tranſactis 19. annis Solaribus, ad eaſdem prorſus ſedes reuertuntur, ſed paulo ante ita vt quolibet ſpatio 19. annorum ſedes priſtinas præueniant hora 1. min. 27. ſec. 31. ter. 55. ſpatio vero quatuor Cyclorum decennouennalium, hoc eſt, 76. annorum, horis 5. min. 50. ſec. 7. ter. 40. ac tandem annis 312 ½. die ferme integro, vt proximo cap. oſtenſum eſt: atque adeo à Concilij Nicæni temporibus ad noſtram vſque ætatem, verſus initia menſium ad quatuor dies, & amplius, progreſſa ſint. Ex quo factum eſt, vt ad Nouilunia inquirenda per aureos numeros Concilii Nicæni (poſito nimirum aureo numero 3. in Ianuarij principio) ante correctionem Calendarij, aſcendendum fuerit à loco aurei numeri propoſito anno currentis vſque ad quintum diem incluſiue: quod quidem nonnulli hiſce quinque ſyllabis facere conſueuerant. IN COELIS EST HIC: vel iſtis, HIC NOVA LVNA: vel his, IN COELO LVNA.

Nouilunia quãtũ anticiparint à tempore Concilij Nicæni vſque ad annum correctionis.

Quo pacto aurei numeri in veteri Calendario mutãdi fuiſſent, vt Nouilunia indicarent, tam ante correctionem, quam poſt.

12 ITAQVE vt aurei numeri ante correctionem Nouilunia recte indicarent, promouendi fuiſſent omnes per quinque dies, tribus vacuis inter loca antiqua, & noua relictis, ita vt aureus numerus 19. qui ante correctionem quintum diem Ianuarij occupabat, primo diei aſcribendus fuiſſet, & ſic de cæteris, ſeruata tamen ea lege, vt Lunationes alternæ conſtituerentur 30. & 29. dierum, vti factum eſt ante Calendarij emendationem in Breuiarijs, ac Miſſalibus à Pio V. correctis. Atque hoc quidem modo aurei numeri diſpoſiti recte Nouilunia indicaſſent ijs annis, qui ante reſtitutionem proxime anteceſſerunt. Promotis autem hac ratione aureis numeris verſus initia menſium, ſi retineri debuiſſent in Calendario poſt correctionẽ, hoc eſt, poſt 10. dierũ exemptionem, amouendi rurſus fuiſſent verſus menſium fines decem diebus, ita vt 9. dies inter aureos numeros ante correctionem anni promotos, & eoſdem poſt correctionem poſtpoſitos vacui relinquerentur, ſeruatis ijſdem Lunationibus alternis 30. & 29. dierum. Hac enim ratione poſt anni reſtitutionem recte aurei numeri Nouilunia ſecundum medium motum monſtrarent. Nos tamen in præcedenti Calendario eoſdem aureos numes plerumque vndecim diebus deorſum detruſimus ab ijs locis, in quæ promoti fuiſſent per has ſyllabas: *In cælis eſt hic.* quia cum aurei numeri tempore Concilij Nicæni nimis cito indicauerint Nouilunia, vt cap. 11. Num. 5. dicemus, ac proinde ita promoti eadem monſtrarent eodem modo, detrudendi fuerunt per 11. dies, vt ex vſu Eccleſiæ, rectius, hoc eſt tardius Nouilunia arguerent. quod tamen non ſemper ſeruatum eſt, propter Lunationes alternas dierum 30. & 29.

Aureos numeros in Calendario correctos nõ poſſe perpetuo, aut diu Nouilunia monſtrare, & quare.

13 CAETERVM aurei numeri hoc modo correcti, & in propria loca reſtituti, quanquam aliquandiu Nouilunia recte indicaturi eſſent, perpetuo tamen, aut longo tempore id preſtare non poſſent, duabus de cauſis. Primum namque, quotieſcunque dies intercalaris ex centeſimo aliquo anno auferretur, hoc eſt, centeſimus aliquis annus fieret communis, ne æquinoctium à 21. die Martij recedat, vt ſupra dictum eſt, Nouilunia omnia vno die tardius contingerent, quam ab aureis numeris indicarentur. Quare quoties ex anno centeſimo, qui natura ſua eſt biſſextilis, fieret annus communis, toties deorſum mouendi eſſent omnes aurei numeri per vnum diem, vt recte Nouilunia monſtrarent. Deinde rurſus, quoniam, vt proximo cap. Num 4. oſtendimus, Nouilunia in 312 ½. annis vno die ſedes ſuas in Calendario anteuertunt, efficitur, vt aurei numeri poſt quoslibet annos 312 ½. promouendi eſſent verſus initia menſium vno die, vt Nouilunia indicarent, ſi tamen tunc dies intercalaris non eſſet omittendus. Sed qua ratione hæc promotio aureorum numerorum per vnum diem deorſum, quando centeſimus aliquis annus fit communis, corrigenda ſit, docebimus cap. 12. Num. 10.

Si aureus numerus rẽtineri deberet in Calendario conficienda eſſent 30. Calendaria.

14 ATQVE hac ratione conficienda forent 30. Calendaria, ita vt diſpoſitio aureorum numerorum 30. varietates haberet, promoto quolibet ſurſum, deorſumque per 30. dies, quot nimirum in vna Lunatione 30. dierum continentur, vt ex cap. 15. manifeſtum erit. Verum quia perincommodum hoc eſſet, ac moleſtum, optimo conſilio factum eſt, vt aureis numeris de Calendario ſubmotis, in eorum locum alij numeri ſuccederent, qui perpetuo in vnico Calendario Nouilunia monſtrarent, ſiue ea verſus initia

men-

Digitized by Google

mensium progrediantur, siue versus fines deuoluantur, nulla in Calendario facta mutatione, vt proximo cap. dicemus.

Cur omnis Epacta minor esse debeat quã 30.

HI autem numeri sunt 30. Epactæ, ab j. vsque ad xxx. siue ad ✳. Nam vltima Epacta xxx. signata est hoc signo ✳. potius, quam numero xxx. propterea quòd, si proprie loqui velimus, nulla Epacta possit esse xxx. cum Epacta quælibet minor esse debeat, quam tempus integræ Lunationis. Epactæ namque sunt numeri dierum, qui mense Decembri post vltimam Lunationem anni supersunt. Vt si Lunatio vltima anni terminetur postremo die Decembris, ita vt nulla dies supersit. Epacta insequentis anni erit 0. si penultimo, hoc est, 30. die claudatur, Epacta erit j. propter diem, qui supereſt. si antepenultimo, hoc est, die 29. finiatur, Epacta erit ij. atque ita de reliquis, donec ad Lunationem perueniatur, quæ finem habet Calendis Decembris, ita vt 30. dies supersint. Tunc enim Lunatio illa non est vltima, sed penultima, quia dies illi 30. superflui vltimam Lunationem constituunt, ac proinde Epacta tunc erit 0. vel xxx. quam signo ✳. declaramus, Atque hæc est causa, quod 30. Epactæ possint esse in vniuersum, ab j. vsq. ad xxx. vel 0. vel ✳. propter dies 1. 2. 3. &c. vsque ad 30. vel 0. qui supereſſe possunt post Lunationem mense Decembri terminatam. Et quanquam cum Lunatio aliqua finitur primo die Decembris, vel vltimo, Epacta insequentis anni sit xxx. vel 0. signanda tamen est Epacta illa xxx. vel 0. aliquo signo, nimirum hoc ✳. vt per illud Nouilunia anni insequentis inuestigentur, intelligaturque tunc in Decembri duas Lunationes esse terminatas, vnam postremo die, ac proinde nullam diem supersuisse, alteram vero primo die, atque ideo post illam dies 30. fuisse reliquos. Verum accidit interdum, vt Epacta alicuius anni, sit vnitate maior, quam numerus dierum, qui post vltimam Lunationem antecedentis anni supersunt. quod quando contingat, dicetur cap. 12. Num. 14. cum de inuentione Epactæ cuiuslibet anni egerimus.

Epactæ quid sint, & cur fiat 30.

IDEM hic numerus 30. Epactarum colligitur ex 11. diebus, quibus annum Lunarem à Solari superari diximus. Nam si primo anno supersunt xj. dies, supererunt xxij. secundo, & xxxiij. tertio, abiectisque 30. vnam Lunationem constituentibus, reliqua fiet Epacta iij. atque ita deinceps, additis semper 11. & abiectis 30. si summa maior sit, quam 30. componentur omnes 30. Epactæ, ita vt prima sit xi. & vltima xxx. vel 0. vel ✳. post quam iterum per additionem 11. procreatur Epacta xj. vt hic apparet.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxvilj | ix | xx | j |
| xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij |
| xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | xxx | vel 0. vel | ✳ | |

CONTINGIT nonnunquam, vt antecedenti Epactæ addenda sint 12. non 11. vt Epacta sequens formetur, quod quando fiat, dicetur infra cap. 12. Num. 12. & 13. quo in capite Epactam cuiusuis anni inuenire docebimus.

DICVNTVR autem 30. hi numeri Epactæ, Græca voce, quæ Latine idem sonat, quod dies ascititij, siue additiij, aut interiecti. Adiunguntur enim in fine vltimi mensis Lunaris ad explendum numerum dierum anni Solaris, & ad inchoandam primam Lunationem subsequentis anni. Quo pacto autem huiusmodi Epactæ in Calendario collocatæ perpetuo Nouilunia indicare possint, nulla in Calendario facta mutatione, planum fiet ex ijs. quæ sequuntur: sed primo loco, qua arte ac industria per dies Calendarij disponantur, docendum.

# CAPVT X.

## *Quo Artificio Epactæ in Calendario describantur.*

QVAMQVAM Epactæ secundum seriem naturalem numerorum ab 1. vsque ad xxx. vel ad ✳. describi possint in Calendario, vt paulo infra docebo: (Non enim desunt, qui hoc fieri posse negent) visum tamen est magis expedire, si retrogrado ordine à xxx. vel ✳. per xxix. xxviij. &c. progrediendo vsque ad j. describantur, vt & à dierum numero eiusdem Calendarij distinguantur, & magis naturaliter Nouilunia monstrent, vt ex sequentibus erit manifestum

Epactæ cur in Calendario dispositæ sint ordine retrogrado.

Digitized by Google

festum. Initio ergo facto ab Epacta ✳. in principio Ianuarij, scribitur Epacta xxix. ad secundum diem; xxviij. ad tertium, & ita deinceps, ordine retrogrado, donec ad 1. peruentum fuerit, quæ Epacta diei 30. Ianuarij præfigitur, post quam eodem ordine repetuntur omnes triginta Epactæ vsque ad finem Calendarij: ita vt duodecies tantum omnes Calendario inscribantur, præter has vndecim, ✳. xxix. xxviij. xxvij. xxvi. xxv. xxiiij. xxiij. xxij. xxj. xx. quæ tertiodecimo loco repetuntur in postremis vndecim diebus Decembris. Excipitur quoque Epacta 19. alio charactere, vel colore insignita. Hæc enim etiam vltimę diei ad Epactam xx. apponitur, vt infra dicemus.

2 VT autem Epactæ recte Nouilunia indicent, adhibenda erit in earum descriptione hæc cautio. In secunda collocatione triginta Epactarum; (postquam nimirum semel omnes 30. descriptæ fuerint) Itemque in quarta, sexta, octaua, decima, ac duodecima, eidem diei, nimirum 5. Februarij; 5. Aprilis; 3. Junij; 1. Augusti; 29. Septembris; & 27. Nouębris, (in quos dies incidit Epacta xxv. ex superiore dispositione) duæ hæ Epactæ xxv. xxiiij. simul ascribantur. Ex qua re efficitur, vt post duodecimam inscriptionem Epactarum supersint 11. dies in Decembri, quibus iterum hæ Epactæ, ✳. xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. xxiiij. xxiij. xx. præfiguntur, quæ videlicet prioribus 11. diebus Ianuarij appositæ sunt; omnes vero 30. Epactæ duodecies inscriptæ occupent dies duntaxat 354. quos in anno Lunari communi contineri diximus; adeo vt Epactę in Calendario seruare non possint rationem Cycli, sic vt Epacta primi diei Ianuarij sit proxime minor, quam ea, quæ vltimo diei Decembris, qui videlicet primum diem Ianuarij antecedit, ascripta est: sed earum ordo retrogradus cesset in fine anni, & denuo incipiat in principio anni ab Epacta ✳. vt prius.

Epactas in Calendario dispositas non seruare rationē Cycli.

3 QVOD si duæ Epactæ in sex locis Calendarij eidem diei non apponerentur, sed singulæ ordine retrogrado ad anni finem vsque se mutuo consequerentur, fierent omnes 12. Lunationes cuiusque Epactæ 30. dierum, omnesque Epactæ duodecies repetitæ occuparent 360. dies, qui numerus annum Lunarem communem sex diebus superat, quod est absurdum, & contra Lunationum naturam, conditionemque. Vt igitur Lunationes existant alternis 30. & 29. dierum, necesse est, sex locis binas Epactas simul ponere. Ita namque fiet, vt Lunationes constituantur alternæ 30. & 29. dierum. Cum enim Epacta xxiiij. cum alijs eam insequentibus ascenderit in Februario, v. g. vna die supra locum suum naturalem versus mensis initium, propter duas Epactas xxv. xxiiij. eidem diei quinto adscriptas, efficitur, vt Lunationes incipientes à 30. Epactis Epactam xxiiij. eidem diei cum Epacta xxv. adscriptam antecedentibus, nimirum ab Epactis xxv. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. ✳. j. & à cæteris mensis Ianuarij, vsque ad Epactam xxiiij. inclusiue, contineant dies tantummodo 29. Quod idem dictum volumus de Lunationibus earundem 30. Epactarum, quæ in alijs quinque locis Calendarii Epactam xxiiij. eidem diei cum Epacta xxv. ascriptam antecedunt.

Cur in sex locis Calendarij eidē diei duæ Epactæ ascribantur.

Lunationes fieri alternas 30. & 29. dierū, ob appositionem duarum Epactarum ad eundem diē in sex locis Calendarij.

4 DEINDE quoniam accidit nonnunquam, vt in vno eodemque Cyclo decennouennali vtraque harum Epactarum xxv. xxiiij. in vsu sit, vt infra patebit, scribenda erit Epacta 25. alio charactere vel colore, ad Epactam xxvj. in sex illis locis, in quibus simul positæ sunt Epactæ xxv. xxiiij. In alijs autem locis ad Epactam xxv. scribenda est eadem Epacta 25. alio etiam charactere vel colore. Nisi enim hoc fiat, continget, vt in vno & eodem Cyclo decennouennali, in quo vtraque Epacta xxv. xxiiij. est in vsu, duæ Lunationes sexies in anno incidant in vnum eundemque diem, & eidem diei duo aurei numeri ascribantur, ij nimirum, qui in tabula expansa, de qua sequenti cap. dicturi sumus, duabus illis Epactis suprapositi sunt: quod est absurdum, & contra rationem Cycli decennouennalis, cum Nouilunia, vt supra ostendimus, ad eosdem dies, nisi post 19. annos elapsos, redire non possint.

Epacta 25. cur alio charactere, coloreue scribēda sit supra aliā Epactā xxv. in sex locis Calendarij.

5 HOC autem incommodum vitatur omnino per Epactam xxv. 25. bis in sex locis Calendarij diuersis characteribus coloribusue ad diuersos dies ascriptam. Nam quotiescunque in aliquo Cyclo decennouennali Epacta xxv. currit simul cū aureo numero maiore, quam 11. quales sunt posteriores hi octo aurei numeri; 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. erit quidem in eodem tunc Cyclo Epacta xxiiij. etiam in vsu, sed si tunc assumatur Epacta 25. diuerso charactere, aut colore notata, quæ in sex illis locis è regione Epactæ xxvj. locatur, non poterunt duo numeri aurei, aut duo Nouilunia, in eundem diem incidere; cum Epacta 25. diuerso illo charactere, siue colore notata, & Epacta xxiiij. duos semper dies diuersos in singulis mensibus occupent. Quando autem in Cyclo aliquo decennouen-

Propter Epactā 25. diuerso colore, charactere ue scriptam, nō posse in eodem Cyclo decennouennali duo Nouiluna in eundē diem incidere.

Digitized by Google

nouennali Epacta xxv. vna cũ aureo numero non maiore, quam 11. currit, cùiuſmodi ſunt primi hi vndecim aurei numeri, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquã accidet, vt in eodẽ Cyclo Epacta xxiiij. cũ xxv. ſit in vſu. Quocirca aſſumenda tunc erit Epacta xxv. quę ſex illis locis eidem diei cũ Epacta xxiiij. aſcribitur: quia cum Epacta xxiiij. in eodẽ tũc Cyclo in vſu non ſit, periculum eſſe non poteſt, vt intra eundem Cyclum decennouennalem bis eodem die Nouilunium contingat. Eodem pacto, etſi Epacta 25. diuerſo colore vel charactere inſignita ponatur in ſex diuerſis locis è regione Epactæ xxvj. ad eundem diem, non tamen idcirco duo Nouilunia in eundem illum diem incident ante 19. annos tranſactos; quia currente Epacta xxv. cum aureo numero maiore, quam 11. (quo ſolum tempore Epacta illa 25. diuerſi coloris aut characteris vſurpatur, vt diximus) nunquam in eodem Cyclo Epacta xxvj. ad Nouilunia indicanda adhibebitur. Atque hæc omnia ex tabula expanſa Epactarum, de qua cap. 11. agemus, perſpicua fient. Ibi enim in octo lineis, quibus literę maiuſculæ N, E, B, & minuſculæ, r, n, k, e, b, prefixæ ſunt, (ſingulę autem lineæ illius tabulæ ſingulos Cyclos decennouennales exhibent, vt poſtea intelligetur) reperies Epactam 25. diuerſo notatã charactere, coloreue, ſub octo hiſce aureis numeris maioribus, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Epactam vero xxiiij. ſub vndecim his minoribus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquam autem Epactam xxvj. In alijs vero 22. lineis, in quibus Epacta xxv. ſub minoribus vndecim aureis numeris ſcribitur, inuenies quidem aliquando etiam Epactam xxvj. nunquam tamen ſimul occurrere conſpicies Epactam xxiiij. Quãobrem ſi aſſumatur modo Epacta xxv. quæ è regione Epactę xxiiij. locatur, modo Epacta 25. alterius characteris vel coloris, quę è regione Epactæ xxvj. collocata, eſt (habita nimirum ratione minoris, maioriſue aurei numeri, cum quo ſimul currit, vt paulo ante diximus) fieri nullo modo poteſt, vt intra eundem Cyclum decennouennalem duo Nouilunia in vnum eundemque diem pariter incurrant, licet in ſex locis ſupra enumeratis, è regione eiuſdem diei Epactæ xxv. & xxiiij. poſitæ ſint, & Epacta 25. alterius coloris, characteriſue eidem quoque diei, eum Epacta xxvj. aſcripta.

6 VERVM Epactam xxiiij. non poſſe eſſe in vſu, quando Epacta xxv. cum aliquo aureo numero minore, quam 12. ſiue non maiore, quam 11. currit, ſed tunc ſolum, quando cum aureo numero maiore, quam 11. concurrit: Item Epactam xxvi. non vſurpari, cum Epacta 25. diuerſi coloris characteriſue currit ſimul cum aureo numero maiore, quam 11. clariſſime quoque ex collocatione aureorum numerorum, atque Epactarum in Calendario colligitur. Quoniam enim, vt ſupra diximus, minorem aureum numerum ſequitur maior in Calendario non proxime, ſed vno die interiecto, fit, vt ſi in Ianuario v. g. è regione diei 6. vbi ponitur Epacta xxv. ſcribatur aureus numerus quilibet minor quam 12. cum quo Epacta xxv. ſimul currere ponatur, aureus numerus maior ſequens ſcribendus ſit ad diem 8. Ianuarij, relicto die 7. vacuo; adeo vt in eo Cyclo decennouennali nullum Nouilunium die 7. contingere poſſit. Quare in eodem Cyclo Epacta xxiiij. quæ proxime ſub xxv. poſita eſt, vſui nullo pacto eſſe poteſt: alias Nouilunium in 7. diem Ianuarij incideret. Rurſus quia maiorem aureum numerum in Calendario proxime inſequitur minor, vt ſupra dictum eſt, efficitur, vt ſi è regione eiuſdem diei 6. Ianuarij, cui Epacta xxv. præfixa eſt, aſcribatur aureus numerus quilibet maior, quam 11. cum quo Epacta 25. currere ponatur, aureus numerus ſubſequens ſcribendus ſit ad diem 7. Ianuarij, proxime poſt illum maiorem, ita vt in eo Cyclo Nouilunium contingere poſſit die 7. Quapropter in eodem Cyclo Epacta xxiiij. proxime ſub 25. poſita, Nouilunium indicabit, ac proinde vſui futura erit. Quoniam vero maiorem aureum numerum antecedit maior non proxime, ſed vno die relicto vacuo, efficitur, vt aureus numerus antecedens illum maiorem, cum quo Epacta 25. currere ponitur, collocandus ſit ad diem 4. ita vt die 5. nullum tunc contingat Nouilunium. Quocirca Epacta xxvj. diei 5. aſcripta nulla ratione tunc vſui eſſe poteſt, ne Nouilunium in eo Cyclo in diem 5. Ianuarij cadat.

Cur in eodem Cyclo Epactæ xxiiij. non vſurpetur, quando Epacta xxv. & aureus num. nõ maior quã 11. cõ currunt. Itẽ cur Epacta xxvi. in vſu nõ ſit in eodem Cyclo, quãdo Epacta 25. & aureus num. maior quam 11. concurrunt.

7 HAEC porro anticipatio Epactæ 25. alterius coloris, vel characteris in ſex illis locis Calendarij tantum abeſt, vt Lunationes perturbet, vt eas potius in rectum ordinem redigat. Quoniam enim vnaquæque Lunatio in aliquo priorum 30. dierum Ianuarij terminata, prima eſt totius anni, vt poſtea dicemus, fit vt currente illa Epacta 25. prima Lunatio anni die 5. Ianuarij terminata, efficiatur dierum 30. ſecunda vero die 3. Februarij finita, dierum tantum 29. (quæ fieret dierum etiam 30. ſi Epacta xxv. infra Epactam xxvj. aſſumeretur) tertia deinde fiat iterum dierum 30. & quarta dierum 29. &c. vt ordo

Epactam 25. diuerſi coloris, characteriſue è regione Epactæ xxvj. poſita nõ perturbare Lunationes.



Digitized by Google

alternarum Lunationum 30. & 29. dierum postulat: Lunatio quoque tertiadecima, & extraordinaria illius anni (Nam quando Epacta 25. est in vsu, annus Lunaris est Emboliſmicus, vt postea dicetur) fiat 30. dierum, quæ currente Epacta xxv. eidem diei cum xxiiij. ascripta, foret dierum duntaxat 29. Denique totidem sint Lunationes 30. dierum, currente Epacta 25. diuersi coloris, quot reperiuntur, cum alia Epacta xxv. est in vsu; tam enim ibi sunt 7. quam hic; quanquam aliter ibi, quam hic, progrediantur. Huc accedit, quod Lunatio Paschalis per Epactam 25. diuersi coloris, aut characteris inuestigata, magis exquisite vt plurimum medio motui Lunæ respondet. Id quod perspicuum fiet, si Lunationes per aureos numeros maiores, quã 11. indicatæ diligenter cum calculo medij motus Lunæ conferantur. Plerunque enim eas paulo serius, quam medius Lunę motus postulat, ab aureis numeris maioribus, quam 11. ostensas deprehendemus. Quapropter cum Lunatio Paschalis incipiens die 4. Aprilis, quæ ab Epacta 25. diuerso ab alijs charactere, coloreue notata ostenditur, quam semper cum maiore aliquo aureo numero, quam 11. currere supra diximus, incipiat vna die prius, quam si ab Epacta xxv. diei 5. Aprilis ascripta indicaretur, liquido constat, Lunationem Paschalem, quam prior illa Epacta 25. inchoat, esse magis consentaneam medio motui Lunę, quam eam, quæ indicatur ab Epacta xxv. ad diem 5. Aprilis posita, currente cum eodem aureo numero maiore, quo cum illa currit; quod hæc vno die serius incipiat. Quod si quis obijciat. Ergo aliæ Epactæ cum aureis numeris maioribus, quam 11. currentes, quæ non sunt anterioratæ, cuiusmodi sunt xxvj. xxvij. xxviij. &c. ostendent Lunationes Paschales tardius incipere, quam medius motus postulat: respondendum est, plerumque id verum esse, sed id naturæ Cycli ascribendum esse; (nullus enim Cyclus omnia incommoda vitare potest, vt postea dicemus) melius autem esse, saltem vnam Lunationem corrigere, illam videlicet, quam Epacta 25. anteriorata monstrat, quam omnes relinquere incorrectas. Neque vero ex postpositione harum Lunationum falsitas aliqua in solennitate Paschali admittitur, nisi rarissime, vt postea ex calculo plurimorum annorum constabit.

*Aequatio mensium Lunarium cur potius facta sit per Epactas xxv. xxiiij. simul positas quam per alias.*

8 SED roget quis, cur in æquatione mensium Lunarium, hoc est, in collocatione duarum Epactarum ad vnum eundemque diem in sex locis Calendarij, vt Lunationes constituantur alternis dierum 30. & 29. assumptæ sint hæ duæ xxv. xxiiij. (positæ è regione diei 5. Februarij; 5. Aprilis 3. Iunij; 1. Augusti; 29. Septembris, & 27. Nouembris) potius quam aliæ duæ, cum æque bene id fieri potuerit in quibuscunque duabus Epactis, præsertim vero in Epactis ✳. & xxix. quæ in fine Ianuarij, & principio Februarij ponuntur, vt nimirum æquatio hæc institueretur, transacto primo mense Lunari 30. dierum, vt factum esse legimus à Iulio Cęsare in Cyclo aurei numeri, vt testatur Paulus Middelburgensis lib. 2. Paulinæ, vbi Calendarium Romanum cum Cyclo Lunari Iulij Cæsaris proponit, in quo videmus adhibitam esse æquationem ad finem Ianuarij, ac Martij in aureis numeris 1. & 9. factumque idem est ab Aloysio Lilio primo auctore huius Calendarij noui, vt patet in Compendio nouæ rationis restituendi Calendarij anno 1577. ad Principes Christianos à Gregorio xiij. trãsmisso, quod principio huius operis præposuimus. Ibi enim æquatio Lunæ facta est vltima die Ianuarij, vltima Martij, 29. Maij. &c. quibus diebus duę hæ Epactæ ω. & xxix. simul ascriptæ sunt, quarũ ω significat Epactam xxx. aut 0. (quemadmodũ in nouo Calendario Epacta ✳.) & supra eosdẽ dies è regione Epactæ j. posita est Epacta ✳. quæ idem significat in eo Compendio, quod ω. habetque solum figuram differentem: quemadmodum in nouo Calendario Epacta 25. diuerso charactere, vel colore formata, scripta est è regione Epactæ xxvj. supra Epactas xxv. xxiiij. quę ad eundem diem ponuntur, habetque superior Epacta 25. ab inferiori xxv. solam figuram, aut colorem discrepantem. Si inquã ita roget quis, is sciat, electas fuisse potissimum duas hasce Epactas xxv. xxiiij. ad æquationem Lunæ, quod hac ratione Lunationes secundum Cyclum 30. Epactarum, præsertim (quod magis ad rem facit) 30. Lunationes Paschales, magis congruentes efficiantur Lunationibus aureorum numerorum Concilij Nicæni, cuius Decreta Sanctionesque in omnibus, quoad eius fieri potuit, & vt par fuit, retinuimus. Ijsdem enim propemodum locis factam esse æquationem Lunæ videmus per aureos numeros antiqui Calendarij, quibus facta eadem est in Calendario nouo per Epactas xxv. & xxiiij.

9 DEINDE quemadmodum in illo Cyclo aurei numeri, omnes 19. Lunationes Paschales continent tantum dies 29. & prima quidem octauo die Martij, vltima vero quinto Aprilis incipit, ita quoque in nouo Epactarum Cyclo (facta æquatione Lunæ per Epactas xxv. xxiiij.) omnes 30. Lunationes Paschales eisdem diebus extremis, hoc

est, 8.

Digitized by Google

est, 8. Martij & 5. Aprilis clauduntur, continentque singulæ 29. dies, exceptis duabus Lunationibus Epactarum 25. & xxiiij. quando tamen 25. (quod raro accidit) cum aliquo aureo numero ex posterioribus octo, qui maiores sunt, quam 11. concurrit. Hæ duæ namque solę sunt 30. dierum. quod mirum videri non debet. Cum enim Patres Nicæni Concilij Nouilunijs Paschalibus dies 29. assignauerint, qui ab 8. Martij vsque ad 5. Aprilis numerantur, facile in illis disponi potuerunt 19. aurei numeri ea lege, vt singuli Lunationem conficerent 29. dierum. At cum sint 30. Epactæ, disponi ineisdem illis 29. diebus nullo modo omnes possunt, nisi in vno aliquo die eodem duæ simul collocentur, vt factum est in die 5. Aprilis. Ex quo euenit, vt Lunatio Epactæ xxiiij. ac proinde & Epactę 25. supra xxiiij. positæ, dierum 30. constitueretur.

Cur nō omnes Lunationes Paschales in nouo Calendario sint 29. dierum, vt in veteri.

10 QVOD si Lunæ æquatio institueretur in fine Martij, vt in Compendio nouæ rationis restituendi Calendarij significabatur, efficerentur septem Lunationes Paschales 30. dierum, vt in eo Calendario perspicue apparet. Vt igitur Nouilunia Paschalia noui Calendarij eisdem limitibus, quibus à Concilio Nicæno ad nouum vsque Calendarium coarctata sunt, concluderētur, & duæ solum Paschales Lunationes 30. dies complecterentur, ac proinde minus à consuetudine antiqua Ecclesiæ recederemus, reiecta æquatione in eo Cōpendio descripta, elegimus hanc, quam exposuimus; quippe cum secundum eā deprehēdantur Nouilunia omnia, præsertim vero Paschalia, eisdem prorsus diebus tempore Concilij Nicæni contigisse, quibus eadem aurei numeri antiqui Calendarij facta esse demonstrant. quod secundum aliam æquationem Compendij nulla ratione euenit. Idq. manifestum cuiuis erit, si Epactas tam Calendarij noui, quam illius, quod in eo Compendio describitur, in aureos numeros resoluat. quod qua ratione fieri debeat, cap. 15. Num. 2. docebimus. Solum in toto anni circuitu, ex omnium Epactarum Nouilunijs (exceptis Paschalibus) inueniuntur 12. discrepare à Nouilunijs tempore Concilij Nicæni per aureos numeros indicatis, si nostræ Epactæ in numeros aureos resoluantur illius temporis. de qua re plura scribemus suo loco, postquam nimirum 30. Calendaria aureorum numerorum cap. 15. & 30. tabulas Lunationum omnium cap. 16. & rationem Emboliſmorum cap. 17. exposuerimus.

Cur æquatio Epactarum in Calendario cōpendij proposita reiecta sit, & alia instituta in nouo Calendario.

11 AD hæc, in fine Decembris iuxta Epactam xx. apponenda quoq. est Epacta 19. diuerso ab alijs charactere, vel colore, quę Nouilunium ostendat vltimo die Decembris, quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt. quod in multis annorum millibus semel tantum continget, in triginta videlicet Cyclis decennouennalibus tabulę expanſę semel, quando octaua eius linea, cui litera D, maiuscula præfigitur, vt hoc tempore à correctione vsq. ad annū 1700. excluſiue accidit, est in vsu. In ea enim sola sub aureo numero 19. Epacta xix. scripta est; Epactam autem 19. vltimo Decembris diei affixam debere eo tempore Nouilunium necessario indicare, (vt contigit anno 1595. iterumque eueniet annis 1614. 1633. 1652. 1671. 1690. & deinceps amplius non accidet, nisi post annum 8200.) hinc planum fiet. Quando ad Epactam cum aureo numero 19. currentem, quæcūq. illa sit, adijci debent 12. (cum tamen ad alias addantur solum 11.) vt sequentis anni Epacta formetur, quemadmodum ab anno 1400. vsque ad correctionem Calendarij, ad vltimam Epactam xxix. cum aureo numero 19. semper concurrentem addebantur etiam 12. vt prima Epacta xi. iterum componeretur, cum Cyclus Lunaris id necessario exigat, vt infra cap. 12. Num. 12. 13. & 14. docebimus; fit vt, vt currēte Epacta xix. cū aureo numero 19. sequenti anno Epacta sit j. propterea quod additis 12. ad 19. fiunt 31. abiectisque 30. reliqua est j. pro Epacta anni sequentis. Quare cum vsus Epactę j. incipiat in Ianuario, vbi diei 30. ascripta est, nisi Epacta 19. in fine Decembris repeteretur, vt ab ea iterum Nouilunium inciperet ante Ianuarium; (Lunatione Decembris tunc solum continente 29. dies) complecteretur Lunatio incipiens 2. die Decembris, vbi Epacta xix. scripta est, dies 59. quot nimirum numerantur à 2. Decembris die vsque ad 29. Ianuarij incluſiue, propterea quod in Decembri nulla alia Epacta xix. præter illam, quam vltimo diei ascribendam esse diximus; reperitur, à qua Nouilunium possit incipere, neque in Ianuario alia Epacta j. ante diem 30. quæ initium Nouilunij exhibeat. Ratio ergo Lunationum, quæ per Cyclum decennouennalem inuestigantur, necessario exigit, vt vel Epacta 19. vltimo die Decembris repetatur, ita vt Lunatio Epactæ xix. die 2. Decembris inchoata contineat dies duntaxat 29. aliaque incipiat vltimo die ab eadem Epacta 19. ac dies 30. comprehendat, quot videlicet numerantur ab vltimo die Decembris vsque ad 29. Ianuarij incluſiue; vel vt Epacta j. ascribatur primo diei Ianuarij è regione Epactæ ✳. ita vt Lunatio Epactæ xix.

Cur Epacta 19. alio colore, aut charactere ad vltimum diem Decembris è regione Epactæ xx. posita sit in Calendario.



Digitized by Google

die 2. Decembris incipiens constituatur dierum 30. aliaque primo die Ianuarij ab Epacta j. incipiens dies 29. duntaxat complectatur; vel certe, vt Epacta j. reponatur ad vltimum Decembris diem è regione Epactæ xx. loco Epactæ 19. vt inde Lunatio incipiens contineat dies 30. antecedens vero Lunatio ab Epacta xix. quæ diei 2. Decembis ascripta est, inchoata, dierum efficiatur 29. duntaxat. Quia vero Epactarum distributionem in Calendario à primo die Ianuarij inchoauimus, non videtur consentaneum, vt statim in principio Lunationum æquatio hæc fiat per duas Epactas ✳. & j. eidem primo diei affixas, reiecta est illa æquatio in antecedentem diem, hoc est, in finem Decembris, vbi naturali ordine reponi deberet Epacta j. si annus à Ianuario non inciperet, quemadmodum etiam in alijs mensibus Epacta j. supra ✳. collocata est. Sed quoniam Epacta j. reperitur quoque iuxta diem 20. Decembris, non visum est illam tam cito in fine Decembris repetere, præsertim cum ea non sequatur proxime ordine retrogrado Epactam xx. fini Decembris appositam; maxime vero, quia vsus Epactę j. in anno sequenti primum incipit. Epactam igitur 19. iuxta illam xx. scribendam esse censuimus, quod recto ordine se mutuo consequantur hæ duę Epactæ xx. & 19. in serie naturali Epactarum. Quin etiam calculus mediarum Lunationum egregie comprobat, quando aureus numerus 19. & Epacta xix. concurrunt, Nouilunium rectius incidere in vltimum Decembris diem, quam in primum Ianuarij anni insequentis. quod in annis 1595. 1614. 1633. 1652. 1671. 1690. perspicue appareret, in quibus omnibus aureus numerus est 19. & Epacta quoq. xix. Nam Nouilunium medium anno 1595. fit die Decembris 30. hor. 18. post mer. Anno 1614. die 30. hor. 11. fere post mer. Anno 1633. die. 30. hor. 3. post mer. Anno 1652. die 29. hor. 20. post merid. Anno 1671. die 30. hor. 12. post merid. & Anno 1690. diem 30. hor. 5. post meridiem.

Propter Epactã 29. vltimo diei Decemb. appositam è regione Epactæ xx. non posse in eodem Cyclo decenno uennali duo Nouilunia in eundem diem incidere.

NEQVE vero ex hac descriptione Epactæ 19. iuxta Epactam xx. sequitur, duo Nouilunia intra spatium 19. annorum in eundem illum diem incidere. Nam in eo Cyclo, in quo Epacta xix. cum aureo numero 19. currit, Epacta xx. non est in vsu, vt patet in linea tabulæ expansæ, quam insequenti cap. reperies, cui litera D, maiuscula præponitur. In ea enim sub aureo numero 19. scripta quidem est Epacta xix. sed Epacta xx. non reperitur inter 19. Epactas illius Cycli.

ATQVE hæc est dispositio naturalis Cycli triginta Epactarum per dies mensium in Calendario, & quidem vnica, demonstrans Nouilunia, Pleniluniaque, atque ætatem Lunę quotidie quouis tempore proposito; quanquam Nouilunia cogantur nonnunquam ascendere in Calendario propter Lunæ ęquationem necessario adhibendam, aut propter diem intercalarem quolibet spatio quadringẽtorum annorum omittendum. Hic enim Cyclus Epactarum ita in Calendario digestus, perpetuus est, & ad quamcunque anni magnitudinem accommodari potest, si suis temporibus debita adhibeatur æquatio, vt cap. 11. & 12. declarabitur.

SED Calendarium nouum cum Epactis per dies mensium ea, quam explicauimus, ratione digestis, principio huius operis proposuimus; vbi omnes clare intelligent, duas tantum Lunationes Paschales esse dierum 30. illas nimirum, quæ ab Epacta 25. diuersi characteris, coloriſue, & ab Epacta xxiiij. monstrantur: cum tamen in Calendario Compendij, quod initio huius libri etiã exhibuimus, septem Lunationes Paschales contineant dies 30. nimirum illæ, quæ ab Epactis ✳. xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. & xxiiij. indicantur.

Quomodo ex Epactis in Calendario dispositis Nouilunia ex vsu Ecclesiæ inuestigentur.

12 DESCRIPTIS omnibus 30. Epactis sæpius repetitis in Calendario eo ordine, quem exposuimus, atque in Gregoriano Calendario ad initiũ libri proposito apparet, pronunciabitur Luna prima, hoc est, Nouiluniũ ex vsu Ecclesiæ accidet illis diebus in quolibet anno proposito, ac mense, quibus Epacta illius anni ascripta est, quemadmodum ante correctionem Nouilunium ab Ecclesia fieri dicebatur illis diebus in quouis anno ac mense, quibus appositus erat aureus numerus illius anni.

Epactæ qua ratione perpetuo Nouilunia indicare possint.

ATQVE hæ 30. Epactæ Nouilunia indicabunt in perpetuũ, nulla prorsus facta earũ mutatione in Calendario, licet propter omissionẽ diei intercalaris in centesimis annis Nouilunia deorsum, hoc est, versus finẽ mensium deuoluantur; siue sursum, id est, versus mensiũ initia post quoslibet annos $312\frac{1}{2}$. progrediãtur. quod aurei numeri prestare nõ possũt, nisi varijs modis in Calendario disponãtur, hoc est, modo deorsum, modo sursũ promoueãtur, vt supra diximus. Nã quotiescunq. Nouilunia versus fines mensiũ descendũt per vnum diem, indicabuntur per Epactam inferiorem, quæ proxime minor est, quam superior. Vt si anno quopiam Nouilunia indicentur v. g. per Epactam xx. & accidat, diem tunc intercalarem

Digitized by Google

rem omitti, indicabuntur post omissionem diei eadem per Epactam xix. quæ vno die infra Epactam xx. posita est in Calendario. Si vero Nouilunia ascendant vnum diem, inuestigabuntur per Epactam superiorem, quæ proxime maior est, quam inferior. Vt si Nouilunia inuenienda sint anno quopiam per eandem illam Epactam xx. & contingat tunc, ea sursum progressa esse vno die, propter annos 312½. elapsos, inquirenda erunt eadem per Epactam xxi. quæ vno die supra Epactam xx. in Calendario scripta est. Sed quando minor, aut maior Epacta ad Nouiluniorum inuestigationem assumenda sit, abunde infra exponemus, cum, quo modo Epacta cuiuslibet anni inuenienda sit, cap. 12. Num. 5. & sequentibus docebimus.

13 OPTIMO autem consilio 30. Epactas in locum aureorum numerorum in Calendario substitutas esse, recteque per dies totius anni ordine retrogrado distributas, hinc facile quiuis poterit cognoscere, quod si diligenter omnes dies mensis Decembris, qui post finem Lunationis in eodem mense cuiuslibet anni terminata supersunt, numerentur, numerus ille dierum non solum exhibet, vt plurimum, Epactam insequentis anni, hoc est, ipsos dies, quibus annus Solaris Lunarem antecedentem superat, vt supra dictum est, verumetiam Lunationes totius anni sequentis ijs diebus incipiunt, iuxta quos Epacta tot vnitatū reposita est, quot dies in Decembri post finem Lunationis in eo mēse terminatę supersuerunt: ita vt dies superuacanei offerant Epactam Nouiluniorum insequentis anni indicem. V.g. si finis alicuius Lunationis quouis anno incidat in 26. diem Decembris. quod fit, currente Epacta xxiiij. (cum à die 27. cui Epacta xxiiij. ascripta est, noua Lunatio initium sumat) supererunt 5. dies Decembris, qui exhibent Epactam v. anni insequentis, quæ secundum superiorem dispositionem Epactarum iuxta diem 26. Ianuarij posita est, in quem Nouilunium eo anno cadet; propterea quod 25. dies Ianuarij Epactam v. antecedentes, cum illis 5. diebus, qui mense Decembri superfuerunt, constituunt integram Lunationem 30. dierum, quot dies plerumque Lunatio quælibet in Ianuario mense terminata solet continere. nonnunquam enim dies solum 29. complectitur, licet raro, tunc videlicet fere semper, quando aureus numerus est j. vt ex sequentibus patebit. Sic etiam quando Lunatio terminatur die 8. Decembris, quod accidit, cum Epacta xij. in vsu est, supersunt 23. dies Decembris, qui pro anno insequenti exhibent Epactam xxiij. diei octauo Ianuarij ascriptam, in quem Nouilunium eo anno incidet. Eademque ratio est de cæteris.

Recte Epactas in locum aureorum nu. successisse, apteq. ordine retrogrado in Calendario esse dispositas.

Dies Decembr. qui post vltimā Lunationem anni supersunt, exhibent plerumque Epactā anni insequentis.

14 VERVNTAMEN cum aureus numerus alicuius anni est 19. addenda est vnitas ad dies, qui post Lunationem mense Decembri terminatam supersunt, vt habeatur Epacta insequentis anni; dummodo tunc in vsu non sit Epacta xviij. vel xix. Currente namque Epacta xviij. cum aureo numero 19. finitur Lunatio vltima anni postremo Decembris die, nullusque dies supereſt, propterea quod illa Lunatio fit 29. dierum tantum, quæ deberet esse dierum 30. & terminari primo die Ianuarij, quemadmodum accidit, quando Epacta xxiij. non cū aureo numero 19. sed cum alijs concurrit. Quare cū sequens Lunatio incipiat tunc ab Epacta ✳. diei primo Ianuarij apposita, erit Epacta sequentis anni ✳. vel 0. ita vt non sit addenda vnitas diei 0. Decembris, qui post vltimam Lunationem superfuit. Ita quoque Epacta xix. & aureo numero 19. concurrentibus, terminatur vltima anni Lunatio penultimo die Decembris, supereſtque vnus dies, cum altera Lunatio insequens incipiat vltimo die ab Epacta 19. ad marginem ascripta, vt supra diximus: atque dies ille vnus superfluus dabit Epactam j. sequentis anni, sine additione vnitatis: quia tunc ea Lunatio continet solum dies 29. cum tamen alijs annis, quando Epacta xix. cum aureo numero 19. non concurrit, complectatur 30. dies, claudaturque vltimo Decembris die. Cur autem duæ hæ Lunationes efficiantur tunc dierum duntaxat 29. infra cap. 16. de Emboliſmis explicabitur. Quam ob causam vero alijs diebus, qui post Lunationem quamlibet in Decembri terminatam supersunt, adijciatur vnitas, currente aureo num. 19. cap. proximo exponemus.

25 SED explicemus iam, triginta Epactas secundum seriem numerorum naturalem ab j. vsque ad xxx. vel ad ✳. deseribi posse in Calendario ad Nouilunia indicanda, quod hac ratione perspicuum faciemus. Epactæ in Calendario indices sunt Nouiluniorum, adeo vt loco ipsarum poni possint quæcunque alia signa, sicut ante correctionem eadē Nouilunia ab aureis numeris monstrabantur. Itaque quemadmodum nunc v.g. quando Epacta est xiij. Nouilunium incidit in diem 18. Martij, & sequēti anno in diē 7, currente Epacta xxiiij. quā indicat tabella Epactarum hoc seculo currentium: ita quoque si ordine recto collocatę essent Epactæ, vt à diebus mensium non differrent, tabella numerorum Nouilunia monstrā-

Epactas 30. posse recto ordine disponi in Calēdario.



Digitized by Google

tium,pro Epacta xiij.offerret nobis numerũ xviij.atque ita rursus esset Nouilunium die 18. Martij. Sequenti deinde anno eadem tabella pro Epacta xxiiij.exhiberet nobis numerũ vij. qui nimirum vndecim vnitatibus minor est,quã xviij.numerus prȩcedentis anni: quemadmodum & Epacta xxiiij.vndecim vnitatibus maior est,quã Epacta xiij. anni antecedentis. Sanè hic Romæ à quodam Mathematico perito congregationi Calendarij propositum fuit Calendarium,in quo 30.numeri Epactarum directo ordine descripti erant,ac rectissime Nouilunia indicabant,non secus atque ipsæ Epactæ nostræ ordine retrogrado dispositæ.Cæterũ quia in illis numeris non seruatur incrementũ Epactarum per 11.vnitates,vt natura Epactarum postulat,sed per decrementum 11. vnitatum, prȩtulimus ordinem retrogradum, vt magis naturaliter Nouilunia indicarentur ab Epactis,quod hoc capite ostẽdimus.Apparet igitur,Epactas in Calendario progredi posse recto ordine,quamuis tunc non seruent rationem Epactarum, sed tantum signa sint Nouiluniorum. quod aliqui fieri posse negabant.

# CAPVT XI.

## *Constructio tabulæ Expansæ Epactarum, & tabulæ æquationis earundem Epactarum, ex auctoris Calendarij sententia.*

Ex 30. Epactis vsurpantur solum 19 in vno aut pluribus spatijs centum annorum,ad Nouilunia monstranda.

QVONIAM Nouilunia post 19.annos Solares transactos ad eosdem dies mensium reuertuntur, etsi non ad easdem omnino horas,vt cap. 8. dictum est, efficitur, vt ex 30. Epactis Calendario inscriptis assumendę sint tantummodo 19. in vno, vel in pluribus annorum centenarijs, respondentes 19. aureis numeris, singulæ singulis,per quas Nouilunia eorundem annorum inuestigentur. Hæ etenim 19. Epactæ tamdiu Nouilunia indicabunt, (quemadmodum olim 19. aurei numeri)quamdiu post completos 19.annos Luminarium coniunctiones ad eosdem semper dies redire comperientur. Cum primum autem Nouilunia per vnum diem siue versus initium mensis, siue versus finem deuoluta fuerint, (quod quidem necessario continget,tum propter centesimos annos communes, hoc est, non bissextiles, tum propter annos 312 1/2 quibus Lunationes vnum diem anticipant in Calendario) ascisccndæ erunt aliæ 19. Epactæ eisdem 19. aureis numeris respondentes, quarum aliæ in antecedentibus 19. Epactis non reperiuntur, aliæ vero iam in illis etiam vsurpatæ sunt: Ita vt quando Nouiluniæ vno die versus mensium initia ascenderint, accipiendæ sint 29. Epactæ eisdem 19. aureis numeris respondentes, quæ alias 19. quæ ad illud vsque tempus fuerunt in vsu, excedant vnitate, singulæ singulas; si vero versus fines mensium vnum diem descenderint, eligendæ sint 19. Epactæ, quæ vnitate minores sint proxime antecedentibus 19. Epactis, singulæ singulis. Hac enim ratione fiet, vt illę 19. Epactæ indicent in Calendario Nouilunia vno die citius plerumque contingere, quam priores, hę vero vno fere die serius. Quocirca tradenda iam ratio est, qua cognoscamus, quæ 19. Epactæ ex omnibus 30. respondeant 19. aureis numeris quocunque tempore, & quando aliæ 19. accersendæ sint. Hinc enim nullo negotio discemus, vt cap. sequenti scribemus, qua arte quolibet anno proposito Epacta, per quam Nouilunia monstrentur, ex cognito aureo numero eiusdem illius anni eliciatur. Pro qua re construenda est tabula Epactarum, quam Expansam vocamus,propterea quod 30. lineas continet, quarum singulæ 19. Epactas 19. aureis numeris respondentes complectuntur, vt omnis varietas constet, quę inter varias 19. Epactas, & 19. aureos numeros semper eosdem reperiri potest. Deinde conficienda est alia tabula æquationis Epactarum, per quam cognoscamus, quęnam linea Epactarum ex illis 30. in hoc vel illo tempore sit assumenda. Constructio igitur tabulæ expansæ Epactarum ita se habet.

Quando assumendæ sint 19. Epactæ vnitate maiores, quam antecedẽtes 19. & quando minores.

Tabulæ Epactarũ expansæ constructio.

2 IN vertice tabulæ describantur omnes 19.aurei numeri,initio sumpto ab aureo numero 3. qui tempore Concilij Nicæni Calendis Ianuarij, id est, primo diei anni in Calendario præfixus erat. Deinde in linea infima ex omnibus 30. totius tabulę, infra aureos numeros collocentur 19. Epactæ ab j. incipientes, & se mutuo vndecim vnitatibus excedentes, abiectis semper 30. quando vndecim vnitates antecedenti Epactæ additæ conficiunt

maiorem

Digitized by Google

maiorem ſummam, quam 30. ita tamen, vt Epactam xxvij. ſub aureo numero 19. poſitam ſubſequens Epacta excedat non vndecim, ſed duodecim vnitatibus, ac proinde ſub aureo numero 1. Epacta ſit ix. non autem viij. quod additis 12. ad 27. fiant 39. & abiectis 30. relinquantur ix. Quod ſi à ſingulis Epactis huius lineæ infimæ ſurſum aſcendatur per naturalem numerorum ſeriem, ſcribendo ſignum hoc ✳. pro xxx. ſupra quod rurſum j. ſcribatur, deinde ij. iij. iiij. &c. compoſita erit tabula tota Epactarum expanſa, in qua Epactæ cuiuslibet lineæ ſe mutuo ſuperant vndecim vnitatibus, exceptis Epactis ſub aureo numero j. deſcriptis. Hæ enim ſuperant antecedentes ſub aureo numero 19. poſitas, duodecim vnitatibus, quemadmodum in infima linea. Epacta vero 25. ſub his octo aureis numeris maioribus, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. ſcribenda eſt diuerſo ab alijs colore, aut figura. Ad ſiniſtrum denique latus tabulę, apponendę ſunt literæ alphabeti minuſculæ ordine naturali, ponendo literam a, è regione infimę lineæ, & b, è regione ſecundæ, &c. vſque ad u, omiſſa tamen litera o, ne ob ſimilitudinem, quam cum charactere numerali o. habet, confuſionem pariat. Poſt u, deinde ſcribendæ ſunt quoque literæ Alphabeti maiuſculæ, omiſſis literis I. K. L. O. ob eandem cauſam. Nam I. L. O. literæ ſunt numerorum, cum I. ſignificet vnum; & L. 50; & o. nihil: at K. maiuſcula parum à k. minuſcula differt, facileque idcirco vna pro altera aſſumi poteſt. Hæ autem literæ indicant, quænam linea Epactarum propoſito quouis tempore in vſu ſit recipienda, vt ex tabula ęquationis Epactarum perſpicuum erit. Eædem quoque literæ vſurpantur in Eccleſiaſtico Martyrologio ad Lunæ ætatem quolibet die pronunciandam, quando Epactæ illis ſub aureo numero 3. aſcriptæ in vſu ſunt, vt ex Martyrologio ad nouam hanc rationem Calendarij reſtituto manifeſtum eſt. V. g. Quando Epacta alicuius anni eſt xx. litera Martyrologij eiuſdem anni erit A. quando Epacta eſt vij. litera Martyrologij erit g. &c.

3 ASCRIPSIMVS autem hiſce triginta lineis Epactarum tabulæ expanſæ literas potius alphabeti, quam annos Domini, quibus ſingulę lineæ reſpondent, quia volumus tabulam hanc expanſam & perpetuam eſſe, & ad quamcunque anni Solaris magnitudinem poſſe accomodari: quod non fieret, ſi anni Domini apponerentur, tum quia in tam exiguo ſpatio omnes anni comprehendi non poſſunt, tum vero maxime, quoniam cum incerta adhuc ſit, & nondum ſatis explorata anni Solaris magnitudo, incertum quoque ſit, neceſſe eſt, num anni Domini ſemper lineis illis Epactarum ſint reſponſuri, quibus præfixi ſunt. Quare vt poſteris liberum ſit aliam ratione ęquandi annum Solarem inſtituere, ſi forte hæc noſtra ęquãdi ratio poſt aliquot annos ab Aſtronomis à vero aberrare deprehendatur, ita vt mutanda ſit, apposuimus literas alphabeti, vt quælibet earum cuiuis anno Domini reſpondere poſſit. Ita enim fit, vt tabula hæc Epactarum & perpetua ſit, & cuicunque anni magnitudini accommodetur, ſi ex tabula æquationis, quam mox conſtruemus, diligenter diſcatur, quænam litera alphabeti huic, vel illi anno Domini reſpondeat. Sola tabula æquationis mutanda erit, ſi defectus aliquis, vt diximus, in noſtra æquatione fuerit deprehenſus, vt paulo infra docebimus.

Cur lineis Epactarum in tabula expanſa aſcriptæ potius ſint literæ alphabeti, quã anni Domini.

4 COMPOSITIO vero tabulæ ęquationis Epactarum, quæ per centeſimos annos progreditur, ita inſtituetur. Concilij Nicæni temporibus aureus numerus 3. primo diei anni præfixus erat, vt ex Calendario antiquo perſpicuum eſt; eo quod tunc temporis, quotieſcunque aureus numerus erat 3. Nouilunium fiebat primo die anni, ſiue Calendis Ianuarij, & illis diebus aliorum menſium, quibus idem aureus numerus 3. præfixus erat. Cum ergo in nouo Calendario Epacta hæc ✳. ad primum quoque diem Ianuarij poſita ſit, ſequitur, vt prima linea Epactarum tabulæ expanſæ, in qua Epacta ✳. ſub aureo numero 3. collocatur, reſpondeat aureis numeris tempore Concilij Nicæni, & in alijs quoque annis inſequentibus, donec Luna æquatione indigeat, hoc eſt, quouſque Nouilunia in alios dies incidant: quia vbicunque Epacta ✳. in nouo Calendario exiſtit, ibi poſitus erat tempore Concilij Nicæni aureus numerus 3. Vbi vero Epacta xj. Epactam ✳. in prima linea tabulæ expanſæ inſequens ponitur, ibi collocatus erat aureus numerus 4. qui aureum numerum 3. in vertice tabulæ inſequitur. Et vbi ſcripta eſt Epacta xxij. Epactam xj. inſequens, ibi locum habebat aureus numerus 5. eodemque modo cæterę Epactæ omnes in prima linea tabulæ expanſæ collocatę, in ijs locis Calendarij noui ſedes habent, in quibus aurei numeri eis in vertice eiuſdem tabulæ expanſæ reſpondentes poſiti erant in veteri Calendario. Id quod perſpicuum fiet, ſi diligenter dies menſium noui Calendarij è regione omnium 19. Epactarum in prima linea tabulæ expanſæ poſitarum,

Tabulæ æquationis Epactarũ conſtructio.

cum

Digitized by Google

cum diebus mensium veteris Calendarij è regione omnium 19. aureorum numerorum conferamus. Excipiuntur pauca quædam loca in Calendario, in quibus differentia aliqua reperitur, quod mirum non est, propterea quod in Februario, & alijs nonnullis mensibus veteris Calendarij non in eisdem diebus omnino facta est æquatio Lunationum, vt alternis essent 30. & 29. dierum, quibus ea facta est à nobis per Epactas xxiiij. & xxv. eidem diei ascriptas in sex mensibus, vt paulo ante diximus. Neque vero idcirco Cyclus aurei numeri non recte dispositus esse dici potest in veteri Calendario, aut Cyclus Epactarum in nouo; cum vterque habeat Lunationes alternis 30. dierum & 29. vt ratio postulat. Quanquam enim hoc fiat non in eisdem locis omnino in vtroque Calendario, ac proinde Nouilunia vnius non respondeant omni ex parte Nouilunijs alterius, parum tamen id refert, cum nullus Cyclus vsquequaque possit Lunationibus cœlestibus respondere, vt infra docebimus. Sed de his locis, quæ 12. tantummodo sunt, in quibus nouum Calendarium ab antiquo differt in Cycli dispositione, plura dicemus cap. 14. Lunationes tamen Paschales Martij, & Aprilis (quod magis ad rem facit) in Calendario veteri ab iisdem in nouo nulla in re discrepant. Itaque cum 19. Epactæ, quæ in prima linea tabulæ expansæ scriptæ sunt, respondeant in nouo Calendario aureis numeris Calendarij antiqui, hoc est, Epactæ illæ eosdem occupent dies in Calendario nouo, quos in veteri numeri aurei occupabant, Concilium autem Nicænum circa annum Domini 325. celebratum sit, ponenda erit litera P, maiuscula, quæ primæ lineæ Epactarum tabulæ expansæ præfixa est, ad sinistram anni 320. in tabula æquationis. Hunc enim annum maluimus assumere, quam annum 325. quod vicinus sit temporibus Nicæni Concilij, illustriorque, quã annus 325. cum bissextilis sit, ac proinde ad æquationis tabulam magis idoneus, cum ea tabula per annos centesimos, qui & ipsi bissextiles sunt, progrediatur.

DEINDE quia à Christo nato vsque ad Concilium Nicænum effluxere anni 300. & eo amplius, necesse est, temporibus Christi Domini Nouilunia serius contigisse, quam Concilij Nicæni tempore, quod spatio 309. annorum diem ferme integrum sedes suas anteuertunt in Calendario, vt supra diximus. Ex quo sequitur, tempore Christi eisdem 19. aureis numeris reponsuras fuisse alias 19. Epactas, si tunc Cyclus hic Epactarum, & nouum Calendarium fuissent in vsu; illas nimirum, quæ in secunda linea tabulæ expansæ continentur, & quæ Epactis primæ lineæ vna vnitate minores sunt, singulæ singulis. Omnes enim Epactæ secundæ lineæ collocantur in Calendario nouo infra Epactas in prima linea contentas, ac proinde Nouilunia fere omnia indicabuntur vno die tardius per Epactas secundæ lineæ, quam per Epactas in prima linea descriptas, quasque tempore Concilij Nicæni in vsu fuisse diximus. Quod si loco Epactarum secundæ lineæ ponerentur in Calendario aurei numeri, prout in vertice tabulæ expansæ illis Epactis secundæ lineæ respondent, cernerentur omnes ferme aurei numeri vno die inferiores, quam aurei numeri tempore Nicæni Concilij. Quam ob rem in tabula æquationis iuxta annum Domini I. scribenda est litera N, maiuscula, quæ in tabula expansa secundæ lineæ Epactarum præfigitur.

5 AD hæc, vt recte ordo æquationis Lunæ, qua vnum diem Nouilunia anticipare diximus spatio annorum 312½. pro annis post Concilium Nicænum instituatur, stabilienda primum est radix, à qua principium sumat huiusmodi æquatio. Etsi enim, vt diximus, prima linea Epactarum tabulæ expansæ congruit Cyclo aurei numeri temporibus Nicæni Concilij edito, radicem tamen æquationis non esse ad ea tempora referendam, sed ad multos annos post illud Concilium, ita planum faciemus. Ecclesia Dei, vt rite mobilia festa celebret, non valde laborat, vt Nouilunia per Cyclum inuenta cum Nouiluniis per tabulas mediorum motuum erutis (veros hanque motus plane negligit, vt supra dictum est) prorsus conueniant, immo dedita opera Cyclum in Calendario ita disponit, vt eius Nouilunia subsequantur ferme ea, quæ ex tabulis eliciuntur, ne videlicet accidat aliquando, Lunam xiiij. Paschalem, quam Cyclus offert, tanto spatio pleniluniũ medium præcurrere, vt Pascha ante ipsum, contra Patrum, ac Conciliorum Decreta celebretur, vt paulo infra fusius docebimus. Cum igitur Cyclus aurei numeri, vt à Patribus Nicæni Concilij dispositus est, monstret Nouilunia circa annum Domini 325. iisdem diebus plerumque contigisse, quibus ea per tabulas mediorum motuum facta esse congnoscuntur in cœlo, non poterit dispositio illa aurei numeri temporibus Nicæni Concilij facta ad vsum Ecclesiæ censeri accommodata, quippe quæ coniunctiones Luminarium citius factas esse demonstret, quam Ecclesiæ consuetudo postulat, ac proinde non

Nouilunia ex vsu Ecclesiæ debere à Cyclo indicari post Nouilunia cælestia.

Nouilunia aureorum numer. circa tempora Concilij Nicæni eadem fere erant, quæ in cælo fiebant.

raro

Digitized by Google

raro Paſcha ante Plenilunium medium exhibuerit celebrandum, de qua re infra plura ſcribemus; ſed eam vſui eſſe cæpiſſe neceſſe eſt, (quod ad feſta mobilia rite celebranda attinet) aliquot annis poſt Nicænum Concilium elapſis, tot videlicet, quot neceſſarij ſunt ad tantam Nouiluniorum anticipationem in Calendario, vt iam aurei numeri eadem exhibeant tanto tempore poſt Aſtronomica Nouilunia media, vt periculum non ſit, Paſcha celebrari poſſe ante medium plenilunium, niſi raro admodum, ex Cycli imperfectione. Hoc autem contigit anno Domini 550. videlicet 200. annis, & eo amplius, poſt Concilium Nicęnum, quo tempore Iuſtinianus primus imperium Romanum obtinebat. Tunc enim aurei numeri Nouilunia ſexdecim ferme horis tardius indicabant, quam Concilij Nicæni temporibus, vt ex tabulis Aſtronomicis conſtat. Eodem etiam tempore ſublatæ ſunt omnes diſcordiæ inter Græcos, & Latinos, atque in vſum receptus eſt Cyclus aurei numeri, prout a Dionyſio Abbate circa annum Domini 532. eodem Iuſtiniano primo imperante, in Calendario iuxta normam Concilij Nicæni fuit digeſtus.

Nouilunia aureorum numer. circa annũ 550. ſerius contingebant, quam in cælo, ac proinde ad vſum Eccleſiæ magis ac commodata erant.

6 ITAQVE radix æquationis ſtatuatur à nobis in anno 550. propterea quod tunc aurei numeri Cyclus rectius Nouilunia monſtrabat, & ad feſta mobilia celebrãda magis accomodatè, vt ex ijs, quæ dicturi ſumus, perſpicuum fiet. Neque obſtat, quod hac ratione interdum Luna xiiij. Paſchalis ſerius, quam oportet, per Cyclum indicetur. Minus enim in Paſcha celebrando peccatum committitur, ſi Luna xv. pro xiiij. quam ſi xiiij. pro xv. aſſumatur, vt recte admonet Theophilus Epiſcopus Alexãdrinus in epiſtola ad imperatorem Theodoſium ſeniorem; propterea quod maior numerus minorem continet, minor maiorem non item. Quoniam vero in tabula æquationis ſolos annos cẽteſimos deſcribimus, tanquam celebriores, notioresque, ſtatuemus Lunam vno die anteuertere ſedes ſuas trecentorum annorum ſpatio, quanquam reipſa eius æquatio annos 312½. poſtulet; ita vt veram ęquationem præueniamus annis 12½ quorum tamen ratio habenda ſit, quando ſumma ex illis collecta annos 100. confecerit. Quemadmodum enim ſupra in æquatione anni Solaris decreuimus, diem intercalarem omittendum eſſe centeſimo quoque anno, præuenientes veram æquationem, ſecundum Alphonſinas tabulas, annis 34. quorum tamen ratio quarto quoque centeſimo habetur; (Cum enim ad ſummam 136. annorum tunc excreuerint; niſi quarto quoque anno centeſimo fieret conſueto modo vnius diei intercalatio, æquinoctia die integro verſus fines menſium prolaberentur) ita quoque in æquatione Lunæ ratio habenda eſt illorum annorum 12½. trecenteſimo quoque anno omiſſorum; adeo, vt quando ſumma ex illis collecta ad 100. annos peruenerit, non ſit adhibenda tunc æquatio Lunæ trecenteſimo anno poſt proxime antecedentem æquationem, ſed quadringenteſimo: propterea quod Luna tunc non trecẽteſimo anno, ſed quadringenteſimo vnum diem anticipat in Calendario. Nam cum in 300. annis ponamus Lunam vno die ſedes ſuas anteuertere annis 12½. prius quam oportet, fit vt eandem in 600. annis anteuertere ſuas ſedes ponamus annis 25. prius quam res exigit, & in 1200. annis, annis 50. prius, & annis 2400. centum annis prius, quam res poſtulat. Cum ergo Luna in 100. annorum ſpatio anteuertat ſedes ſuas octo ferme horis, quod in 300. annis diem integrum, hoc eſt, horas 24. eam anticipare ſedes ſuas ſtatuamus; ſequitur vt ea, ſi æquatio 100. annis prius quam oportet, adhibeatur, aſcẽderit ſurſum in Calendario verſus initia menſium horas 16. dũtaxat. Quare æquatio tunc adhibenda non eſt, ſed expectandi ſunt ad huc 100. anni, in quibus Luna alias 8. horas ſurſum aſcendet, quæ cũ prioribus 16. conficiunt 24. id eſt, diem integrum naturalem, propter quem neceſſario Luna tunc æquationẽ exigit, ne Nouilunia per diem integrum ſerius, quã decet, in Calendario monſtrentur. Quibus autem cẽteſimis annis ſumma annorum 12½. omiſſorum vſq. ad 100. excreſcat, ac proinde æquatio Lunæ in ſequentem centeſimum differenda ſit, ex ijs, quæ mox ſubijciemus, planum fiet.

Radix æquationis Epactarum vbi ſtatuenda.

7 HIS poſitis, cum æquationis tabula per centeſimos, vt diximus, annos progrediatur, præfigemus anno 500. eandem literam P, maiuſculam, ad denotandum, eandem tunc lineam primam Epactarum reſumendam eſſe, quæ temporibus Concilij Nicæni in vſu fuerat, quandoquidem Cyclus aurei numeri circa annum Domini 500. iam ad vſum Eccleſię magis idoneus factus fuerat, quam ipſis Concilij Nicæni temporibus, vt ſupra expoſuimus. Quanquam autem hac ratione 50. annis radicem ęquationis, quam in anno 550. ſtatuimus, præueniamus, eorum tamen ſuo loco rationem etiam habebimus. Deinde quia poſt 300. annos Luna anticipat vnum diem in Calendario, aſſumẽda erit tunc vltima linea Epactarum, quæ continet Epactas, quarum ſingulæ in Calendario per vnum diem antecedunt

Continuatio tabulæ æquationis per annos centeſimos, vſque ad annum 1582.

Digitized by Google

cedunt versus mensiũ principia singulas Epactas primæ lineæ, suntq. singulæ illius lineæ singulis huius vnitate maiores; quippe cum illę ex his cõponantur per adiectionẽ vnitatis, reiectis tamen 30. quando summa maior est quã 30. & scribendo signum ✳. cũ ea summa est 30. quemadmodum & Epactę cuiuslibet lineæ superioris ex proxime inferioris lineæ Epactis conflantur; cuiusmodi est infima linea tabulæ expansæ in comparatione supremæ, hoc est, illa est hac superior. Intelligenda namque est tabula expansa, veluti circulus quidam continens 30. ordines, qui in orbem redeant, ita vt hæ literæ P, maiuscula, & a, minuscula, atque adeo prima linea & infima, contiguæ sint. Quę cum ita se habeant, ascribenda erit litera a, minuscula anno 800. in tabula æquationis, cum hic annus sit trecentesimus post annũ 500. Pari ratione, quia post alios 300. annos Luna anticipat alterum diem, ascribenda erit anno 1100. litera b, minuscula in tabula ęquationis. Eodemque pacto litera c, minuscula anno 1400. præfigenda erit.

Aequatio Epactarum quo pacto cõstituatur anno correctionis 1582.

PRAETEREA quoniam anno 1582. decem dies mensi Octobri sunt adempti, vt æquinoctium vernum ad diem 21. Martij restitueretur; necesse est post hanc detractionem omnia Nouilunia decem diebus tardius contigisse, quam Epacta illius anni, quę ante correctionem fuit vj. indicabat in Calendario. Quare assumenda tunc fuit linea Epactarum in tabula expansa, iuxta quam litera D, maiuscula posita est, quæ nimirum decimum locum obtinet à linea literæ c, minusculæ exclusiue, descendendo versus literas b, & a, minusculas, & hinc versus maiusculas P, N, M, H, G, F, E, D. Nam omnes Epactæ illius lineæ, quæ annexam habet literam D, maiusculam, decem vnitatibus minores sunt, quam Epactæ alterius lineæ, cui prefixa est litera c, minuscula, quippe cum hæ ex illis componantur per additionem 10. vnitatum, reijciendo 30. quando summa maior est quam 30. & scribendo signum ✳. quando summa est 30. Item Epactæ illius lineæ, cui litera D, maiuscula apponitur, ascriptę sunt in Calendario 10. diebus infra Epactas lineæ, cui apposita est litera c, minuscula, exclusiue. Itaque in tabula æquationis anno 1582. post 10. dierum exemptionem ex mense Octobri præponenda est litera D, maiuscula.

Literæ æquationis anno correctionis 1582. quæ.

Aequationis Epactarum tabula quo pacto post correctionem instituatur habita etiam ratione æquationis anni Solaris ex mente auctoris Calendarij.

8 QVIA vero post exemptionem 10. dierum æquandus etiam est annus Solaris, omittendo tres dies intercalares in 400. quibusque annis, in singulis nimirum prioribus tribus centesimis singulos, retento die intercalari in quarto centesimo, vt supra explicauimus; scribendi post hac erunt in tabula æquationis omnes anni centesimi, initio facto ab anno 1600. qui bissextilis est, & iuxta quartum quemque ab eo, voce [Bissextilis] hoc modo, Biss. apposita, quales sunt anni 2000. 2400. 2800. 3200. &c. Ita enim facilius æquationis tabula, quę post anni correctionem anno 1582. factam, ex vtroq. anno, Lunari & Solari pendet, ex mente auctoris Calendarij instituetur: quam tamen, quia post aliquot annorum millia motibus cælestibus non amplius congruit, sequenti cap. 12. corrigemus, eamque alia ratione continuabimus. Visum autem est eam hoc loco ex auctoris Calendarij sententia construere, licet post aliquot millia annorum inutilis futura sit, tum vt clarius percipiatur vera Epactarum æquatio, quam cap. 12. præscribemus, tum vt omnibus perspicuum sit, quam facilis, atque vniformis sit æquatio auctoris Calendarij, si semper, vt ipse sibi persuasit, (quod tamen verum non est) per vnam solam lineam in tabula Epactarum expansa, quam mox subijciemus, descendendum esset, vel ascendendum, propter anni Solaris, Lunarisque æquationem: vt ex ijs, quę dicturi sumus, apparebit. Ita ergo tabula æquationis ad mẽtem auctoris Calendarij extendenda est. Quia ab anno 1400. vbi Lunæ æquatio vltimo adhibita est in tabula æquationis, vsque ad annum 1600. nondum effluxerunt 300. anni, non indigebit Luna æquatione. Cũ ergo nec Solaris æquationem tunc desideret, quod annus 1600. de more bissextilis sit, pręponenda erit eadem litera D, maiuscula anno 1600. in tabula æquationis, quæ anno 1582. post decem dierum exemptionem fuit prefixa. Quoniã vero ab anno 1400. vsque ad annum 1700. elapsi sunt anni 300. indigeret tunc Luna æquatione, si verum esset, ipsam anticipare diem vnum totum in 300. annis: Sed quia verius ipsa in annis 312½. vnum diem anticipat, atque anni illi 12½. quater omissi ab anno 500. vsque ad annum 1700. (nimirum in annis 800. 1100. 1400. 1700.) efficiunt annos 50. anteuertimusque Lunæ æquationem totidẽ annis (debebamus enim æquare Lunam anno 850. non autẽ anno 800. propterea quod ab anno 550. in quo radix æquationis à nobis collocata est, vsq. ad annũ 850. interponũtur 300. anni) qui cũ prioribus 50. annis conficiunt 100. annos; nõ adhibẽda erit ęquatio Lunæ anno 1700. sed in sequẽtẽ cẽtesimũ 1800. differẽda, vt supra dictũ est. Verũ quia anno 1700.

Quare tabula æquationis instituatur hoc loco, ex mente auctoris Calendarij, cum tamen emendanda postea sit.

Litera æquationis anni 1600. quæ.

dies

Digitized by Google

dies intercalaris, ob anni Solaris æquationem, omittitur, ne scilicet vernum æquinoctium longius à die 21. Martij euagetur, efficitur, vt tunc Nouilunia vno die contingant tardius. Quamobrem assumenda tunc erit linea Epactarum, quæ in fronte habet literam C, maiusculam, & cuius Epactæ fere omnes vna vnitate minores sunt Epactis prope literam D, maiusculam, propterea omnia fere Nouilunia in Calendario vno die tardius ostendunt. Quo fit, vt anno 1700. in tabula æquationis litera C, maiuscula præfigenda sit.

Litera æquationis anni 1700. quæ.

RVRSVS quia anno 1800. iterum dies intercalaris omittitur, deberent Nouilunia iterum tardius vna die cõtingere: sed quoniam tunc, vt diximus, Luna æquatione indiget, (in hunc enim centesimum reiecta est æquatio Lunæ ex anno 1700.) colligitur, Nouilunia neque ascendere, neque descendere, sed in eisdẽ diebus permanere. Dies enim ille, quo Nouilunia propter æquationẽ Solaris anni descendere coguntur versus mensium fines, restituitur versus initia mensium per æquationem Lunæ. Quocirca eadem litera C, maiuscula, præponenda erit in tabula æquationis anno 1800. Anno vero 1900. quo rursum intercalaris dies omittitur, descendent Nouilunia per vnum diem, ac propterea illi anno litera B, maiuscula in tabula æquationis præponitur. Atque eadem litera anno 2000. præfigitur, quia tunc neque dies intercalaris omittitur, neque 300. anni ab vltima Lunæ æquatione anno 1800. facta effluxerunt, ita vt neuter annus æquatione indigeat. Itẽ quia anno 2100. & dies intercalaris omittitur, & Luna æquatione indiget, quod 300. anni elapsi sint ab anno 1800. quo vltima Lunæ facta est æquatio, vsque ad annum 2100. fit vt Nouilunia tũc neque ascendant, neque descendant in Calendario, sed ijsdem in diebus permaneant, vt supra de anno 1800. diximus. Quapropter eadem litera B, maiuscula anno 2100. affigitur in æquationis tabula. Porro cum anno 2200. dies intercalaris omittatur, Lunaq. nondum egeat æquatione, descendent Nolunia per diem vnum, atque idcirco in tabula æquationis anno 2200. litera A, maiuscula erit ascribenda. Eademque ratione anno 2300. litera u, minuscula præfigenda. Sed quia anno 2400. qui tertius centesimus est post annum 2100. quo Luna fuit æquata, Luna æquationem expetit, & annus Solaris æquationem non desiderat, quòd is centesimus annus sit bissextilis, ascendent necessario Nouilunia per vnum diem sursum in Calendario. Quocirca iterum tunc resumenda erit linea Epactarum, cui litera A, maiuscula præfigitur, ac proinde eadem litera A, maiuscula anno 2400. in tabula æquationis apponenda. Anno vero 2500. propter Solaris anni æquationem, quæ tunc fit, Nouilunia rursus descendere coguntur per vnum diem, propterea eidem anno 2500. litera rursus u, minuscula affigenda erit, quemadmodum anno 2300. Quoniam autem anno 2600. Solaris annus æquatur per omissionem diei intercalaris, Lunaris autem nondum æquari debet, cum anno 2400. æquata sit, descendent iterum per diem Nouilunia, ideoque anno 2600. litera t, minuscula præponenda. Eademque litera anno 2700. tribuenda, quia, etiamsi Nouilunia tunc propter æquationem Solaris anni faciendam descensura sint, propter Lunaris tamen anni æquationem, quæ tunc fit, iterum ascendent, ac proinde sedem non mutabunt. Immo eadem litera t, minuscula anno 2800. retinebitur, quod eo anno neque annus Solaris, neque Lunaris æquandus sit, atque idcirco omnia Nouilunia in eodem statu permaneant.

Litera æquationis annorum 1900. 2000. 2100. quæ.

Litera æquationis annorum 2200. 2300. quæ.

Literæ æquationis annorum 2600. 2700. 2800. quæ.

ATQVE hoc modo ex auctoris Calendarij sententia, continuabitur tabula æquationis in infinitum, si ratio habeatur tam diei intercalaris siue omissi, siue retenti, quam æquationis Lunæ, quæ ei 300. quibusque annis debetur, dummodo anni illi $12\frac{1}{2}$. quolibet spatio 300. annorum omissi non negligantur, sed cum primum summa 100. annorum ex ijs fuerit collecta, æquatio Lunæ in proximum annum centesimum differatur, vt factum est à nobis anno 1700. ex quo æquationem Lunæ in annum 1800. reiecimus. Quod quidem iterum faciendum erit anno 4200. annis nimirum 2400. post annum 1800. in quem dilata fuit Lunæ æquatio, propter 100. illos annos, qui ex omissione $12\frac{1}{2}$. annorum excreuerant. Nam æquatio Lunæ, quæ fieri deberet anno 4200. propter 300. annos ab vltima æquatione anni 3900. elapsos, facienda est insequenti anno centesimo 4300. Eodemque modo post alios 2400. annos Lunæ æquatio ex anno 6700. in annum 6800. reijcienda erit &c. Ita vt quolibet spatio 2500. annorum Luna anteuertat sedes suas in Calendario, octo diebus.

Continuatio tabulæ æquationis Epactarum post correctionem per centesimos annos in infinitum. ex mente auctoris Calendarij.

---

Sequitur Tabula Epactarum expansa, vna cum tabula æquationis Epactarum perpetua, ex sententia Aloysij Lilij auctoris Calendarij.

TABVLA

Digitized by Google

# TABVLA EPACTA-

## AVREI

| iij | iiij | v | vj | vij | viij | ix | x | xj |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

## EPACTAE.

Literæ Epactarum indices pro varietate temporum, respondentes eidem literis in tabula æquationis Epactarum.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ρ | ✳ | xj | xxii | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij |
| N | xxix | x | xxi | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij |
| M | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj |
| H | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv |
| G | xxvj | vij | xviii | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij |
| F | xxv | vj | xvii | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |
| E | xxiiij | v | xvi | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij |
| D | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj |
| C | xxij | iij | xiiii | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx |
tio fit 13. literarum, ita vt in triceſimo fiat mutatio omnium 30. literarum tabulæ expanſæ; efficitur, vt tranſactis 30. ſpatijs 10000. annorum, hoc eſt, elapſis annis 300000. reuertantur omnino eædem literæ, quæ prius, eodemque ordine. Quare ſuperior tabula æquationis Epactarum continetur Cyclo 300000. annorum. Ita vides in ſuperiori tabula æquationis anno 301700. qui eſt 300000. ab anno 1700. vbi ordinem æquationis incipimus, præfigi rurſum literam C, maiuſculam, quę anno 1700. præfixa eſt. quod in nullo alio centeſimo nota † inſignito cernitur, atque ita anno 301700. & ſequentibus repetentur eædem literæ, eodemque ordine, quo poſitæ ſunt anno 1700. & ſequentibus annis.

Quid agendum in æquatione Lunæ poſt annos 481436.

11 PRAETEREVNDVM tamen non eſt hoc loco, quemadmodum æquationem Lunæ poſt quoſuis 2400. annos in centeſimum ſequentem diſtulimus, propter annos illos 12½. quolibet ſpatio 300. annorum omiſſos, qui quibuſque 2400. annis ad 100. annos excreſcunt, ita quoque eandem æquationem poſt quoſuis 481436. annos reijciendam eſſe in centeſimum proxime inſequentem, propter dies 23. & horas 17. quibus quolibet ſpatio 312½. annorum eam præuenimus: quia illi dies 23. & horæ 17. in ſpatio annorum 481436. ad 100. annos excreſcunt, vt cap. 8. Num. 4. ſcripſimus. Sed quia ſpatium hoc temporis excedit totum noſtrum Cyclum æquationis annorum 300000. relinquamus eam curam poſteris noſtris, qui illis ſeculis ſuperuiuent, ſi tamen tamdiu mundus durabit: præſertim quia nulla æquatio vniformis tamdiu Nouilunijs cæleſtibus congruere poteſt. Hæc dixerim, ne alicui ſcrupulus inijceretur, propter dies illos 23. & horas 17. quas negleximus in æquatione: quippe cum ſtatuerimus, Lunam anticipare vnum diem annis 312½. cum verius eum anteuertat in annis 312. menſibus 6. diebus 23. & horis 17. vt cap. 8. Num. 4. docuimus.

---

# CAPVT XI.

*Inuentio aurei numeri, & Epactæ quolibet anno propoſito: Item emendatio tabulæ æquationis præcedenti capite ex ſententia auctoris Calendarij deſcriptæ.*

Cyclus aurei numeri, quid.

1 CYCLVS decennouennalis Aurei numeri eſt reuolutio numeri 19. annorũ ab j. vſq. ad 19 qua reuolutione peracta, iterũ ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1596. numerus Cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, eſt 1. Anno ſequenti 1597. eſt 2. Anno 1598. eſt 3. & ita deinceps in ſequentibus annis, vno ſemper amplius, vſque ad 19. qui aureus numerus cadet in annum 1614. poſt quem iterum ad vnitatem redeundum eſt, ita vt anno 1615. Aureus numerus rurſum ſit j. & anno 1616. ſit 2. &c. Continet autẽ hic Cyclus Aurei numeri annos 19. quia poſt 19. annos Solares elapſos reuertuntur Nouilunia ad eoſdem dies menſium, licet non omnino præciſe; ſed aliqua diei particula citius, vt ſupra cap. 8. oſtendimus.

Cuiuslibet anni aureus numerus in Ianuario incipit.

QVILIBET vero annus Aurei numeri terminatur in fine menſis Decembris, & in principio Ianuarij ſequentis anni initium ſumit alius annus Aurei numeri: quemadmodum etiam fit in annis Domini, qui ſemper terminantur in menſe Decembri, & initium ſumunt a Ianuario. Vt anno Domini 1598. annus Cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus numerus, eſt 3. terminaturque ſimul cum ipſo anno Domini 1598. in menſe Decembri: In menſe autem Ianuario initium ſumit alius annus Domini, nimirum 1599; & in eodem menſe Ianuario aſſumitur etiam alius annus Aurei numeri, videlicet 4. Et ita deinceps agendum erit in alijs annis, quouſque perficiatur numerus 19. à quo iterum redeundum eſt ad vnitatem: atque hoc modo in perpetuum.

2 QVAMQVAM autem omnes 19. aurei numeri per dies Calendarij diſpoſiti perpetuo, aut longo tempore Nouilunia indicare non poſſunt, vt cap. 9. diximus, ſed pro eis Epactæ aſſumptæ ſunt: neceſſarium tamen omnino eſt, Aureum numerum quouis anno cognitum habere, vt per eum Epacta eiuſdem anni inueniatur. Præter regulas autem traditas Canone 1. Calendarij Gregoriani perpetui, quod initio huius operis propoſuimus, conficiemus hic tabulam valde expeditam, ex qua Aureus numerus cuiuſuis anni propoſiti eruatur, initio facto ab anno Domini 1. quo Aureus numerus fuit ij. Conſtructio tabulæ hęc

Digitized by Google

læ hæc eſt. Diſponantur ordine omnes 19. aurei numeri in tabella, initio ſumpto à numero aureo ij. Deinde deſcribantur in alia tabula anni Domini incipientes ab 1. & per continuam additionem 19. progredientes, quantum libuerit. His enim annis reſpondet aureus numerus ij. primæ cellulę. Inuenturus igitur aureum numerum cuiuſuis anni, quære eum inter annos Domini, quo inuento, dices eo anno aureum numerum eſſe ij. Si vero annus propoſitus non inueniatur, ſume annum proxime minorem, eumque primę cellulæ tribue, ſequentem annum ſecundæ cellulę, & infequentem tertiæ, & ſic deinceps, donec ad annum propoſitum peruenias. Nam aureus numerus cellulę, in quam annus propoſitus cadit, erit is, qui quæritur. Exempli gratia. Quærendus ſit aureus numerus anni 147. Inuento inter annos Domini anno 134. proxime minore, tribue eũ primæ cellulæ, & annum 135. ſecundæ, & 136. tertiæ, & ſic deinceps. Terminabitur enim propoſitus annus 147. in cellula 14. in qua aureus numerus xv. deſcriptus eſt, qui anno 147. debetur. Item inueniendus proponatur aureus numerus anni 5383. Inuento proxime minore numero 5378. numera ab eo in cellulis aureorum numerorum vſque ad 5383. incideſque in aureum numerum vij. qui propoſito anno 5383. congruit: Præterea propoſitus ſit annus 5416. qui quoniam inter annos Domini reperitur, dices ei congruere aureum numerum ij. Rurſus propoſitus ſit annus 6060. Inuento proxime minore 6043. numera ab eo in cellulis aur. num. vſque ad 6060. incideſque in cellulam aurei numeri xix. qui anno 6060. reſpondet. Poſtremo datus ſit annus 4466. qui quoniam inter annos Domini reperitur, dices aureum numerum eſſe ij. qui in prima cellula poſitus eſt. Quilibet enim annus in tabula deſcriptus habet aur. num. ij. primę cellulæ, vt diximus. Eademque ratio eſt in cæteris.

*Tabella Aureorum numerorum.*

| ij | iij | iiij | v | vj | vij | viij | ix | x | xj | xij | xiij | xiiij | xv |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| xvj | xvij | xviij | xix | j | | | | | | | | | |

*Anni Domini, quibus primæ cellulæ aureus numerus ij. congruit.*

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 20 | 39 | 58 | 77 | 96 | 115 | 134 | 153 | 172 | 191 | 210 |
| 229 | 248 | 267 | 286 | 305 | 324 | 343 | 362 | 381 | 400 | 419 | 438 |
| 457 | 476 | 495 | 514 | 533 | 552 | 571 | 590 | 609 | 628 | 647 | 666 |
| 685 | 704 | 723 | 742 | 761 | 780 | 799 | 818 | 837 | 856 | 875 | 894 |
| 913 | 932 | 951 | 970 | 989 | 1008 | 1027 | 1046 | 1065 | 1084 | 1003 | 1122 |
| 1141 | 1160 | 1179 | 1198 | 1217 | 1236 | 1255 | 1274 | 1293 | 1312 | 1331 | 1350 |
| 1369 | 1388 | 1407 | 1426 | 1445 | 1464 | 1483 | 1502 | 1521 | 1540 | 1559 | 1578 |
| 1597 | 1616 | 1635 | 1654 | 1673 | 1692 | 1711 | 1730 | 1749 | 1768 | 1787 | 1806 |
| 1825 | 1844 | 1863 | 1882 | 1901 | 1920 | 1939 | 1958 | 1977 | 1996 | 2015 | 2034 |
| 2053 | 2072 | 2091 | 2110 | 2129 | 2148 | 2167 | 2186 | 2205 | 2224 | 2243 | 2262 |
| 2281 | 2300 | 2219 | 2338 | 2357 | 2376 | 2365 | 2414 | 2433 | 2452 | 2471 | 2490 |
| 2509 | 2528 | 2547 | 2566 | 2586 | 2604 | 2623 | 2642 | 2661 | 2680 | 2699 | 2718 |
| 2737 | 2756 | 2775 | 2794 | 2813 | 2832 | 2851 | 2870 | 2889 | 2908 | 2928 | 2946 |
| 2965 | 2984 | 3003 | 3022 | 3041 | 3060 | 3079 | 3098 | 3117 | 3136 | 3155 | 3174 |
| 3193 | 3212 | 3231 | 3250 | 3269 | 3288 | 3307 | 3326 | 3345 | 3364 | 3383 | 3402 |
| 3421 | 3440 | 3459 | 3478 | 3497 | 3516 | 3535 | 3554 | 3573 | 3592 | 3611 | 3630 |
| 3649 | 3668 | 3687 | 3706 | 3725 | 3744 | 3763 | 3782 | 3801 | 3820 | 3839 | 3858 |
| 3877 | 3896 | 3915 | 3934 | 3953 | 3972 | 3991 | 4010 | 4029 | 4048 | 4067 | 4086 |
| 4105 | 4124 | 4143 | 4162 | 4181 | 4200 | 4219 | 4238 | 4257 | 4276 | 4295 | 4314 |
| 4333 | 4352 | 4371 | 4390 | 4409 | 4428 | 4447 | 4466 | 4485 | 4504 | 4523 | 4542 |



Digitized by Google

ANNI DOMINI

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4561 | 4580 | 4599 | 4618 | 4637 | 4656 | 4675 | 4694 | 4713 | 4732 | 4751 | 4770 |
| 4789 | 4808 | 4827 | 4846 | 4865 | 4884 | 4903 | 4922 | 4941 | 4960 | 4979 | 4998 |
| 5017 | 5036 | 5055 | 5074 | 5093 | 5112 | 5131 | 5150 | 5169 | 5188 | 5207 | 5226 |
| 5245 | 5264 | 5283 | 5302 | 5321 | 5340 | 5359 | 5378 | 5397 | 5416 | 5435 | 5454 |
| 5473 | 5492 | 5511 | 5530 | 5549 | 5568 | 5587 | 5606 | 5625 | 5644 | 5663 | 5682 |
| 5701 | 5720 | 5739 | 5758 | 5777 | 5796 | 5815 | 5834 | 5853 | 5872 | 5891 | 5910 |
| 5929 | 5948 | 5967 | 5986 | 6005 | 6024 | 6043 | 6062 | 6081 | 6100 | 6119 | 6138 |
| 6157 | 6176 | 6195 | 6214 | 6233 | 6252 | 6271 | 6290 | 6309 | 6328 | 6347 | 6366 |
| 6385 | 6404 | 6423 | 6442 | 6461 | 6480 | 6499 | 6518 | 6537 | 6556 | 6575 | 6594 |
| 6613 | 6632 | 6651 | 6670 | 6689 | 6708 | 6727 | 6746 | 6765 | 6784 | 6803 | 6822 |
| 6841 | 6860 | 6879 | 6898 | 6917 | 6936 | 6955 | 6974 | 6993 | 7012 | 7031 | 7050 |
| 7069 | 7088 | 7107 | 7126 | 7145 | 7164 | 7183 | 7202 | 7221 | 7240 | 7259 | 7278 |
| 7297 | 7316 | 7335 | 7354 | 7373 | 7392 | 7411 | 7430 | 7449 | 7468 | 7487 | 7506 |
| 7525 | 7544 | 7563 | 7582 | 7601 | 7620 | 7639 | 7658 | 7677 | 7696 | 7715 | 7734 |
| 7753 | 7772 | 7791 | 7810 | 7829 | 7848 | 7867 | 7886 | 7905 | 7924 | 7943 | 7962 |
| 7981 | 8000 | 8019 | 8038 | 8057 | 8076 | 8095 | 8114 | 8133 | 8152 | 8171 | 8190 |
| 8209 | 8228 | 8247 | 8266 | 8285 | 8304 | 8323 | 8342 | 8361 | 8380 | 8399 | 8418 |
| 8437 | 8456 | 8475 | 8494 | 8513 | 8532 | 8551 | 8570 | 8589 | 8608 | 8627 | 8646 |
| 8665 | 8684 | 8703 | 8722 | 8741 | 8760 | 8779 | 8798 | 8817 | 8836 | 8855 | 8874 |
| 8893 | 8912 | 8931 | 8950 | 8969 | 8988 | 9007 | 9026 | 9045 | 9064 | 9083 | 9102 |
| 9121 | 9140 | 9159 | 9178 | 9197 | 9216 | 9235 | 9254 | 9273 | 9292 | 9311 | 9330 |
| 9349 | 9368 | 9387 | 9406 | 9425 | 9444 | 9463 | 9482 | 9501 | 9520 | 9539 | 9558 |
| 9577 | 9596 | 9615 | 9634 | 9653 | 9672 | 9691 | 9710 | 9729 | 9748 | 9767 | 9786 |
| 9805 | 9824 | 9843 | 9862 | 9881 | 9900 | 9919 | 9938 | 9957 | 9976 | 9995 | 10014 |
| 10033 | 10052 | 10071 | 10090 | 10109 | 10128 | 10147 | 10166 | 10185 | 10204 | 10223 | 10242 |
| 10261 | 10280 | 10299 | 10318 | 10337 | 10356 | 10375 | 10394 | 10413 | 10432 | 10451 | 10470 |
| 10489 | 10508 | 10527 | 10546 | 10565 | 10584 | 10603 | 10622 | 10641 | 10660 | 10679 | 10698 |
| 10717 | 10736 | 10755 | 10774 | 10793 | 10812 | 10831 | 10850 | 10888 | 10907 | 10926 | 10945 |
| 10964 | 10983 | 11902 | 11021 | 11040 | 11059 | 11078 | 11097 | 11116 | 11135 | 11154 | 11173 |
| 11192 | 11211 | 11230 | 11249 | 11268 | 11287 | 11306 | 11325 | 11344 | 11363 | 11382 | 11401 |
| 11420 | 11439 | 11458 | 11477 | 11496 | 11515 | 11534 | 11553 | 11572 | 11591 | 11610 | 11629 |
| 11648 | 11667 | 11686 | 11705 | 11724 | 11743 | 11762 | 11781 | 11800 | 11819 | 11838 | 11857 |
| 11876 | 11895 | 11914 | 11933 | 11952 | 11971 | 11990 | 12009 | 12028 | 12047 | 12066 | 12085 |
| 12104 | 12123 | 12142 | 12161 | 12180 | 12199 | 12218 | 12237 | 12256 | 12275 | 12294 | 12313 |
| 12332 | 12351 | 12370 | 12389 | 12408 | 12427 | 12446 | 12465 | 12484 | 12503 | 12522 | 12541 |
| 12560 | 12579 | 12598 | 12617 | 12636 | 12655 | 12674 | 12693 | 12712 | 12731 | 12750 | 12769 |
| 12788 | 12807 | 12826 | 12845 | 12864 | 12883 | 12902 | 12921 | 12940 | 12959 | 12978 | 12997 |
| 13016 | 13035 | 13054 | 13073 | 13092 | 13111 | 13130 | 13149 | 13168 | 13187 | 13206 | 13225 |
| 13244 | 13263 | 13282 | 13301 | 13320 | 13339 | 13358 | 13377 | 13396 | 13415 | 13434 | 13453 |
| 13472 | 13491 | 13510 | 13529 | 13548 | 13567 | 13586 | 13605 | 13624 | 13643 | 13662 | 13681 |
| 13700 | 13719 | 13738 | 13757 | 13776 | 13795 | 13814 | 13833 | 13852 | 13871 | 13890 | 13909 |
| 13928 | 13947 | 13966 | 13985 | 14004 | 14023 | 14042 | 14061 | 14080 | 14099 | 14118 | 14137 |
| 14156 | 14175 | 14194 | 14213 | 14232 | 14251 | 14270 | 14289 | 14308 | 14327 | 14346 | 14365 |
| 14384 | 14403 | 14422 | 14441 | 14460 | 14479 | 14498 | 14517 | 14536 | 14555 | 14574 | 14593 |
| 14612 | 14631 | 14650 | 14669 | 14688 | 14707 | 14726 | 14745 | 14764 | 14783 | 14802 | 14821 |
| 14840 | 14859 | 14878 | 14897 | 14916 | 14935 | 14954 | 14973 | 14992 | 15011 | 15030 | 15049 |
| 15068 | 15087 | 15106 | 15125 | 15144 | 15163 | 15182 | 15201 | 15220 | 15239 | 15258 | 15277 |
| 15296 | 15315 | 15334 | 15353 | 15372 | 15391 | 15410 | 15429 | 15448 | 15467 | 15486 | 15505 |

Et sic in infinitum.

3 COMMODIVS fortassis hanc tabulam instituemus per annos centesimos hoc, qui sequitur, modo:

*Anni*

Digitized by Google

| | | *Anni Domini per 100. collecti, quibus Aurei numeri in sinistro latere descripti congruunt.* | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | j | 0 | 1900 | 3800 | 5700 | 7600 | 9500 | 11400 | 13300 | 15200 | 17100 | 19000 |
| B | vj | 100 | 2000 | 3900 | 5800 | 7700 | 9600 | 11500 | 13400 | 15300 | 17200 | 19100 |
| C | xj | 200 | 2100 | 4000 | 5900 | 7800 | 9700 | 11600 | 13500 | 15400 | 17300 | 19200 |
| D | xvj | 300 | 2200 | 4100 | 6000 | 7900 | 9800 | 11700 | 13600 | 15500 | 17400 | 19300 |
| E | ij | 400 | 2300 | 4200 | 6100 | 8000 | 9900 | 11800 | 13700 | 15600 | 17500 | 19400 |
| F | vij | 500 | 2400 | 4300 | 6200 | 8100 | 10000 | 11900 | 13800 | 15700 | 17600 | 19500 |
| G | xij | 600 | 2500 | 4400 | 6300 | 8200 | 10100 | 12000 | 13900 | 15800 | 17700 | 19600 |
| H | xvij | 700 | 2600 | 4500 | 6400 | 8300 | 10200 | 12100 | 14000 | 15900 | 17800 | 19700 |
| I | iij | 800 | 2700 | 4600 | 6500 | 8400 | 10300 | 12200 | 14100 | 16000 | 17900 | 19800 |
| K | viij | 900 | 2800 | 4700 | 6600 | 8500 | 10400 | 12300 | 14200 | 16100 | 18000 | 19900 |
| L | xiij | 1000 | 2900 | 4800 | 6700 | 8600 | 10500 | 12400 | 14300 | 16200 | 18100 | 20000 |
| M | xviij | 1100 | 3000 | 4900 | 6800 | 8700 | 10600 | 12500 | 14400 | 16300 | 18200 | 20100 |
| N | iiij | 1200 | 3100 | 5000 | 6900 | 8800 | 10700 | 12600 | 14500 | 16400 | 18300 | 20200 |
| O | ix | 1300 | 3200 | 5100 | 7000 | 8900 | 10800 | 12700 | 14600 | 16500 | 18400 | 20300 |
| P | xiiij | 1400 | 3300 | 5200 | 7100 | 9000 | 10900 | 12800 | 14700 | 16600 | 18500 | 20400 |
| Q | xix | 1500 | 3400 | 5300 | 7200 | 9100 | 11000 | 12900 | 14800 | 16700 | 18600 | 20500 |
| R | v | 1600 | 3500 | 5400 | 7300 | 9200 | 11100 | 13000 | 14900 | 16800 | 18700 | 20600 |
| S | x | 1700 | 3600 | 5500 | 7400 | 9300 | 11200 | 13100 | 15000 | 16900 | 18800 | 20700 |
| T | xv | 1800 | 3700 | 5600 | 7500 | 9400 | 11300 | 13200 | 15100 | 17000 | 18909 | 20800 |

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | j | 20900 | 22800 | 24700 | 26600 | 28500 | 30400 | 32300 | 34200 | 36100 | 38000 | 39900 |
| B | vj | 21000 | 22900 | 24800 | 26700 | 28600 | 30500 | 32400 | 34300 | 36200 | 38100 | 40000 |
| C | xj | 21100 | 23000 | 24900 | 26800 | 28700 | 30600 | 32500 | 34400 | 36300 | 38200 | 40100 |
| D | xvj | 21200 | 23100 | 25000 | 26900 | 28800 | 30700 | 31600 | 34500 | 36400 | 38300 | 40200 |
| E | ij | 21300 | 23200 | 25100 | 27000 | 28900 | 30800 | 32700 | 34600 | 36500 | 38400 | 40300 |
| F | vij | 21400 | 23300 | 25200 | 27100 | 29000 | 30900 | 32800 | 34700 | 36600 | 38500 | 40400 |
| G | xij | 21500 | 23400 | 25300 | 27200 | 29100 | 31000 | 32900 | 34800 | 36700 | 38600 | 40500 |
| H | xvij | 21600 | 23500 | 25400 | 27300 | 29200 | 31100 | 33000 | 34900 | 36800 | 38700 | 40600 |
| I | iij | 21700 | 23600 | 25500 | 27400 | 29300 | 31200 | 33100 | 35000 | 36900 | 38800 | 40700 |
| K | viij | 21800 | 23700 | 25600 | 27500 | 29400 | 31300 | 33200 | 35100 | 37000 | 38900 | 40800 |
| L | xiij | 21900 | 23800 | 25700 | 27600 | 29500 | 31400 | 33300 | 35200 | 37100 | 39000 | 40900 |
| M | xviij | 22000 | 23900 | 25800 | 27700 | 29600 | 31500 | 33400 | 35300 | 37200 | 39100 | 41000 |
| N | iiij | 22100 | 24000 | 25900 | 27800 | 29700 | 31600 | 33500 | 35400 | 37300 | 39200 | 41100 |
| O | ix | 22200 | 24100 | 26000 | 27900 | 29800 | 31700 | 33600 | 35500 | 37400 | 39300 | 41200 |
| P | xiiij | 22300 | 24200 | 26100 | 28000 | 29900 | 31800 | 33700 | 35600 | 37500 | 39400 | 41300 |
| Q | xix | 22400 | 24300 | 26200 | 28100 | 30000 | 31900 | 33800 | 35700 | 37600 | 39500 | 41400 |
| R | v | 22500 | 24400 | 26300 | 28200 | 30100 | 32000 | 33900 | 35800 | 37700 | 39600 | 41500 |
| S | x | 22600 | 24500 | 26400 | 28300 | 30200 | 32100 | 34000 | 35900 | 37800 | 39700 | 41600 |
| T | xv | 22700 | 24600 | 26500 | 28400 | 30300 | 32200 | 34100 | 36000 | 37900 | 39800 | 41700 |



Digitized by Google

| | | *Anni Domini per 100. collecti, quibus Aurei numeri in sinistro latere descripti congruunt.* | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | j | 41800 | 43700 | 45600 | 47500 | 49400 | 51300 | 53200 | 55100 | 57000 | 58900 | 60800 |
| B | vj | 41900 | 43800 | 45700 | 47600 | 49500 | 51400 | 53300 | 55200 | 57100 | 59000 | 60900 |
| C | xj | 42000 | 43900 | 45800 | 47700 | 49600 | 51500 | 53400 | 55300 | 57200 | 59100 | 61000 |
| D | xvj | 42100 | 44000 | 45900 | 47800 | 49700 | 51600 | 53500 | 55400 | 57300 | 59200 | 61100 |
| E | ij | 42200 | 44100 | 46000 | 47900 | 49800 | 51700 | 53600 | 55500 | 57400 | 59300 | 61200 |
| F | vij | 42300 | 44200 | 46100 | 48000 | 49900 | 51800 | 53700 | 55600 | 57500 | 59400 | 61300 |
| G | xij | 42400 | 44300 | 46200 | 48100 | 50000 | 51900 | 53800 | 55700 | 57600 | 59500 | 61400 |
| H | xvij | 42500 | 44460 | 46300 | 48200 | 50100 | 52000 | 53900 | 55800 | 57700 | 59600 | 61500 |
| I | iij | 42600 | 44500 | 46400 | 48300 | 50200 | 52100 | 54000 | 55900 | 57800 | 59700 | 61600 |
| K | viij | 42700 | 44600 | 46500 | 48400 | 50300 | 52200 | 54100 | 56000 | 57900 | 59800 | 61700 |
| L | xiij | 42800 | 44700 | 46600 | 48500 | 50400 | 52300 | 54200 | 56100 | 58000 | 59900 | 61800 |
| M | xviij | 42900 | 44800 | 46700 | 48600 | 50500 | 52400 | 54300 | 56200 | 58100 | 60000 | 61900 |
| N | iiij | 43000 | 44900 | 46800 | 48700 | 50600 | 52500 | 54400 | 56300 | 58200 | 60100 | 62000 |
| O | ix | 43100 | 45000 | 46900 | 48800 | 50700 | 52600 | 54500 | 56400 | 58300 | 60200 | 62100 |
| P | xiiij | 43200 | 45100 | 47000 | 48900 | 50800 | 52700 | 54600 | 56500 | 58400 | 60300 | 62200 |
| Q | xix | 43300 | 45200 | 47100 | 49000 | 50900 | 52800 | 54700 | 56600 | 58500 | 60400 | 62300 |
| R | v | 43400 | 45300 | 47200 | 49100 | 51000 | 52900 | 54800 | 56700 | 58600 | 60500 | 62400 |
| S | x | 43500 | 45400 | 47300 | 49200 | 51100 | 53000 | 54900 | 56800 | 58700 | 60600 | 62500 |
| T | xv | 43600 | 45500 | 47400 | 49300 | 51200 | 53100 | 55000 | 56900 | 58800 | 60700 | 62600 |

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | j | 62700 | 64600 | 66500 | 68400 | 70300 | 72200 | 74100 | 76000 | 77900 | 79800 | 81700 |
| B | vj | 62800 | 64700 | 66600 | 68500 | 70400 | 72300 | 74200 | 76100 | 78000 | 79900 | 81800 |
| C | xj | 62900 | 64800 | 66700 | 68600 | 70500 | 72400 | 74300 | 76200 | 78100 | 80000 | 81900 |
| D | xvj | 63000 | 64900 | 66800 | 68700 | 70600 | 72500 | 74400 | 76300 | 78200 | 80100 | 82000 |
| E | ij | 63100 | 65000 | 66900 | 68800 | 70700 | 72600 | 74500 | 76400 | 78300 | 80200 | 82100 |
| F | vij | 63200 | 65100 | 67000 | 68900 | 70800 | 72700 | 74600 | 76500 | 78400 | 80300 | 82200 |
| G | xij | 63300 | 65200 | 67100 | 69000 | 70900 | 72800 | 74700 | 76600 | 78500 | 80400 | 82300 |
| H | xvij | 63400 | 65300 | 67200 | 69100 | 71000 | 72900 | 74800 | 76700 | 78600 | 80500 | 82400 |
| I | iij | 63500 | 65400 | 67300 | 69200 | 71100 | 73000 | 74900 | 76800 | 78700 | 80600 | 82500 |
| K | viij | 63600 | 65500 | 67400 | 69300 | 71200 | 73100 | 75000 | 76900 | 78800 | 80700 | 82600 |
| L | xiij | 63700 | 65600 | 67500 | 69400 | 71300 | 73200 | 75100 | 77000 | 78900 | 80800 | 82700 |
| M | xviij | 63800 | 65700 | 67600 | 69500 | 71400 | 73300 | 75200 | 77100 | 79000 | 80900 | 82800 |
| N | iiij | 63900 | 65800 | 67700 | 69600 | 71500 | 73400 | 75300 | 77200 | 79100 | 81000 | 82900 |
| O | ix | 64000 | 65900 | 67800 | 69700 | 71600 | 73500 | 75400 | 77300 | 79200 | 81100 | 83000 |
| P | xiiij | 64100 | 66000 | 67900 | 69800 | 71700 | 73600 | 75500 | 77400 | 79300 | 81200 | 83100 |
| Q | xix | 64200 | 66100 | 68000 | 69900 | 71800 | 73700 | 75600 | 77500 | 79400 | 81300 | 83200 |
| R | v | 64300 | 66200 | 68100 | 70000 | 71900 | 73800 | 75700 | 77600 | 79500 | 81400 | 83300 |
| S | x | 64400 | 66300 | 68200 | 70100 | 72000 | 73900 | 75800 | 77700 | 79600 | 81500 | 83400 |
| T | xv | 64500 | 66400 | 68300 | 70200 | 72100 | 74000 | 75900 | 77800 | 79700 | 81600 | 83500 |



Digitized by Google

| | | *Anni Domini per 100. collecti, quibus Aurei numeri in sinistro latere descripti congruunt.* | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | j | 83600 | 85500 | 87400 | 89300 | 91200 | 93100 | 95000 | 96900 | 98800 | 100700 | 102600 |
| B | vj | 83700 | 85600 | 87500 | 89400 | 91300 | 93200 | 95100 | 97000 | 98900 | 100800 | 102700 |
| C | xj | 83800 | 85700 | 87600 | 89500 | 91400 | 93300 | 95200 | 97100 | 99000 | 100900 | 102800 |
| D | xvj | 83900 | 85800 | 87700 | 89600 | 91500 | 93400 | 95300 | 97200 | 99100 | 101000 | 102900 |
| E | ij | 84000 | 85900 | 87800 | 89700 | 91600 | 93500 | 95400 | 97300 | 99200 | 101100 | 103000 |
| F | vij | 84100 | 86000 | 87900 | 89800 | 91700 | 93600 | 95500 | 97400 | 99300 | 101200 | 103100 |
| G | xij | 84200 | 86100 | 88000 | 89900 | 91800 | 93700 | 95600 | 97500 | 99400 | 101300 | 103200 |
| H | xvij | 84300 | 86200 | 88100 | 90000 | 91900 | 93800 | 95700 | 97600 | 99500 | 101400 | 103300 |
| I | iij | 84400 | 86300 | 88200 | 90100 | 92000 | 93900 | 95800 | 97700 | 99600 | 101500 | 103400 |
| K | viij | 84500 | 86400 | 88300 | 90200 | 92100 | 94000 | 95900 | 97800 | 99700 | 101600 | 103500 |
| L | xiij | 84600 | 86500 | 88400 | 90300 | 92200 | 94100 | 96000 | 97900 | 99800 | 101700 | 103600 |
| M | xviij | 84700 | 86600 | 88500 | 90400 | 92300 | 94200 | 96100 | 98000 | 99900 | 101800 | 103700 |
| N | iiij | 84800 | 86700 | 88600 | 90500 | 92400 | 94300 | 96200 | 98100 | 100000 | 101900 | 103800 |
| O | ix | 84900 | 86800 | 88700 | 90600 | 92500 | 94400 | 96300 | 98200 | 100100 | 102000 | 103900 |
| P | xiiij | 85000 | 86900 | 88800 | 90700 | 92600 | 94500 | 96400 | 98300 | 100200 | 102100 | 104000 |
| Q | xix | 85100 | 87000 | 88900 | 90800 | 92700 | 94600 | 96500 | 98400 | 100300 | 102200 | 104100 |
| R | v | 85200 | 87100 | 89000 | 90900 | 92800 | 94700 | 96600 | 98500 | 100400 | 102300 | 104200 |
| S | x | 85300 | 87200 | 89100 | 91000 | 92900 | 94800 | 96700 | 98600 | 100500 | 102400 | 104300 |
| T | xv | 85400 | 87300 | 89200 | 91100 | 93000 | 94900 | 96800 | 98700 | 100600 | 102500 | 104400 |

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | j | 104500 | 106400 | 108300 | 110200 | 112100 | 114000 | 115900 | 117800 | 119700 |
| B | vj | 104600 | 106500 | 108400 | 110300 | 112200 | 114100 | 116000 | 117900 | 119800 |
| C | xj | 104700 | 106600 | 108500 | 110400 | 112300 | 114200 | 116100 | 118000 | 119900 |
| D | xvj | 104800 | 106700 | 108600 | 110500 | 112400 | 114300 | 116200 | 118100 | 120000 |
| E | ij | 104900 | 106800 | 108700 | 110600 | 112500 | 114400 | 116300 | 118200 | 120100 |
| F | vij | 105000 | 106900 | 108800 | 110700 | 112600 | 114500 | 116400 | 118300 | 120200 |
| G | xij | 105100 | 107000 | 108900 | 110800 | 112700 | 114600 | 116500 | 118400 | 120300 |
| H | xvij | 105200 | 107100 | 109000 | 110900 | 112800 | 114700 | 116600 | 118500 | 120400 |
| I | iij | 105300 | 107200 | 109100 | 111000 | 112900 | 114800 | 116700 | 118600 | 120500 |
| K | viij | 105400 | 107300 | 109200 | 111100 | 113000 | 114900 | 116800 | 118700 | 120600 |
| L | xiij | 105500 | 107400 | 109300 | 111200 | 113100 | 115000 | 116900 | 118800 | 120700 |
| M | xviij | 105600 | 107500 | 109400 | 111300 | 113200 | 115100 | 117000 | 118900 | 120800 |
| N | iiij | 105700 | 107600 | 109500 | 111400 | 113300 | 115200 | 117100 | 119000 | 120900 |
| O | ix | 105800 | 107700 | 109600 | 111500 | 113400 | 115300 | 117200 | 119100 | 121000 |
| P | xiiij | 105900 | 107800 | 109700 | 111600 | 113500 | 115400 | 117300 | 119200 | 121100 |
| Q | xix | 106000 | 107900 | 109800 | 111700 | 113600 | 115500 | 117400 | 119300 | 121200 |
| R | v | 106100 | 108000 | 109900 | 111800 | 113700 | 115600 | 117500 | 119400 | Et sic in |
| S | x | 106200 | 108100 | 110000 | 111900 | 113800 | 115700 | 117600 | 119500 | infini- |
| T | xv | 106300 | 108200 | 110100 | 112000 | 113900 | 115800 | 117700 | 119600 | tum. |



Digitized by Google

CONSTRVCTIO porro huiuſce tabulæ, quæ in infinitũ extendi poteſt, perfacilis eſt. Centeſimi namque anni ordinatim deſcendunt, initio facto ab anno 0. donec nouendecim cellulæ repletæ ſint, vt in tabula apparet. Iuxta annum vero 0. qui primum locum occupat in prima linea annorum deſcendente, & iuxta centeſimos qui in alijs colũnis locum item primum occupant, deſcriptus eſt aureus numerus 1. à quo reliqui per continuam additionem quinarij, abiectis ſemper 19. quando ſumma conflata maior eſt, quam 19.

VSVS vero difficilis etiam non eſt, ſi hæc tabella quinque numerorum per 19. collectorum, quos præcedit annus 0. notetur, vna cum ſerie omnium 19. aureorum numerorum hic deſcripta.

| Tabella annorum per 19. collectorum. | | | | | | *Series Aureorum numerorum.* | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 19 | 38 | 57 | 76 | 95 | | | | | | | | | | | | | |
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |

INVENTVRVS enim aureum numerum quolibet anno, qui maior non ſit vltimo centeſimo proximę tabulæ, ſi is annus eſt aliquis ex centeſimis, quære eum inter annos Domini, illicoque è regione eius habebis aureum numerum quęſitum. Si vero non eſt centeſimus, ſume in proxima tabella annorum per 19. collectorum, numerum proxime minorem propoſito anno poſt datum centeſimum, eumque tribue illi aureo numero proximæ ſeriei, qui è regione illius centeſimi, poſt quem datus eſt annus, ſcriptus reperitur. Sequenti autem numero aureo eiuſdem ſeriei tribue ſequentem annum, & ſic deinceps, redeundo ad principium ſeriei, ſi opus eſt, donec ad annum propoſitum peruenias. Terminabitur enim numeratio in aureo numero quęſito. Quod ſi datus annus poſt aliquem centeſimum reperiatur in tabella annorum per 19. collectorum, erit eo anno aureus numerus is, qui illi anno centeſimo reſpondet, qui proxime datum annum non centeſimum antecedit. V. g. Anno 1600. aureus numerus eſt v. At anno 1683. aureus numerus eſt xij. quia, tribuendo in proxima ſerie aureo numero 5. è regione anni centeſimi 1600. reperto, annum 76. proximæ tabellæ annorum per 19. collectorum, & annum 77. ſequenti aureo numero 6. &c. annus 83. cadit in aureum numerum 12. Item anno Domini 48. aureus numerus fuit xj. Nam tribuendo in proxima ſerie aureo numero 1. è regione anni centeſimi 0. inuento, annum 38. proximæ tabellæ annorum per 19. collectorum, qui proxime minor eſt anno dato 48. & annum 39. ſequenti aureo numero, &c. terminabitur annus 48. in aureo numero 11. Sic anno 1810. aureus numerus erit 6. quia ſi in proxima ſerie aureo numero 15. è regione anni centeſimi 1800. ſcripto tribuas annum 0. proximæ tabellæ annorum per 19. collectorum, qui proxime minor eſt dato anno 10. poſt centeſimum 1800. & annum 1. ſequenti aureo numero 16. &c. terminabitur annus 10. in aureo numero 6. Denique anno 1657. aureus numerus erit 5. qui nimirum anno 1600. debetur; quia annus 57. in tabella annorum per 19. collectorum reperitur. & ſic de cæteris.

4 VERVM huiuſce tabulæ vſum longe expeditiorem efficiemus hoc modo. Iuxta aureos numeros prædictæ tabulæ ad ſiniſtram ſcribantur ordine nouendecim literæ alphabeti maiuſculæ, quæ eodem ordine in hac altera tabula repetantur, & iuxta quamlibet omnes nouemdecim aurei numeri apponantur, initio facto in qualibet linea ab eo aureo numero, qui vnitate excedit aureum numerum iuxta quamlibet literam ſuperioris tabulæ aſcriptum. Poſtremo ſupra eoſdem aureos numeros diſponantur anni centum expanſi, vt in hac tabula vides. Deſcriptis hoc modo aureis numeris, & annis expanſis, incredibile eſt, quam expedite aureus numerus cuiuſuis anni propoſiti reperiatur. Nam ſi annus datus eſt ex cẽteſimis aliquis, reperietur illico aureus eius numerus ad eius ſiniſtrã, in ſuperiori tabula, vt in præcedenti vſu diximus. Si vero datus annus eſt poſt aliquem centeſimum, inuenietur eius aureus numerus ſub dato anno expanſo in illa aureorum numerorum linea, quæ eandem literam præfixam habet, quæ centeſimo anno proxime antecedenti præfigitur. Vt anno 39300. in ſuperiori tabula reſpondet aureus numerus 9. At anno 39378. congruit aureus numerus 11. in hac altera tabula ſub anno 78. in linea, cui aſcripta eſt litera O, quæ in ſuperiori tabula è regione centeſimi anni 39300. appoſita eſt.

Anni

Digitized by Google

| Anni expansi. | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
| 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 | 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 | 38 |
| 39 | 40 | 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | 51 | 52 | 53 | 54 | 55 | 56 | 57 |
| 58 | 59 | 60 | 61 | 62 | 63 | 64 | 65 | 66 | 67 | 68 | 69 | 70 | 71 | 72 | 73 | 74 | 75 | 76 |
| 77 | 78 | 79 | 80 | 81 | 82 | 83 | 84 | 85 | 86 | 87 | 88 | 89 | 90 | 91 | 92 | 93 | 94 | 95 |
| 96 | 97 | 98 | 99 | 100 | | | | | | | | | | | | | | |

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 |
| B | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 |
| C | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 |
| D | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |
| E | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 |
| F | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
| G | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
| H | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
| I | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 |
| K | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
| L | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |
| M | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
| N | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 |
| O | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
| P | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
| Q | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
| R | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
| S | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| T | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |

NVMERO porro 11. huius eiusdem cap. reperies viam expeditissimam, qua aureus numerus cuiusq. anni propositi per tabellas quasdam temporarias eruatur. Quamuis nouendecim lineę auerorum numerorum proximæ tabulæ esse possunt instar nouendecim tabellarum temporariarum. Vt v.g. linea, cui pręposita est litera R, aureum numerum indicabit in annis expansis post annũ 1600. cui in antecedenti tabula centesimorum annorum eadem litera R, respondet, vsque ad annum 1700. si tamen anni expansi in vertice proximæ tabulæ descripti simul in vsum adhibeantur. Eodem modo eadem linea literę R, vsum habebit in annis expansis post quemlibet centesimum, cui eadem litera R, in antecedenti tabula annorum centesimorum respondet, vsque ad sequentem centesimum. Non aliter quęlibet alia linea aureorum numerorum tẽporaria esse potest in annis expansis post illos centesimos, quibus in tabula centesimorum annorum illa litera respondet, quæ illi lineæ proximę tabulæ præfigitur, vsque ad proxime sequentem centesimum. V. g. Linea, cui præfixa est litera G, aureum numerum indicabit in annis expansis post annum 600. vsque ad 700. Et ab anno 2500. vsque ad 2600. Et ab anno 17700 vsque ad 17800. & sic de cæteris.

Inuentio aurei numeri ex tabellis temporarijs.

POSTREMO ex sequenti tabella, quæ similis est illi, quam Can. 1. Calendarij exhibuimus, sed multo contractior, atque ad plures annos accommodata, & quæ in infinitum etiam extendi potest, non difficulter quoque aureus numerus cuiusuis anni quamuis magni inuenietur hoc modo. Si annus propositus in hac tabella reperitur, erit aureus eius numerus, qui ei in siniſtro latere ascriptus est, addita insuper 1. vt in vertice tabellæ pręcipitur. Vt anno 1000000000. aureus numerus erit xix. qui ex aureo numero xviij. illi anno præfixo, & 1. conflatur.

SI vero annus datus in hac tabella descriptus non est, excerpendi sunt ex tabella aurei numeri illis annis prefixi, qui tot cifras habent (Numerum cifrarum indicat numerus ad dexteram cuiusque centesimi collocatus, ne ipsas numerare cogaris) quot figurę quamlibet figuram propositi numeri significatiuam insequuntur, ijque per proprias figuras, si maio-

Digitized by Google

si maiores sunt quam 1. multiplicandi, atque à productis numeris Cyclus 19. annorum, quoties fieri potest, abijciendus. Si enim omnes hi numeri aurei excerpti in vnam summam colligantur, addita insuper vnitate, & omnia 19. abijciantur, reliquus fiet dati anni aureus numerus.

| Aur.nu. | Anni Domini. \| \| Adde 1. ad Aur. Num. | |
|---|---|---|
| j | 1 | 0 |
| x | 10 | 1 |
| v | 100 | 2 |
| xij | 1000 | 3 |
| vj | 10000 | 4 |
| iij | 100000 | 5 |
| xj | 1000000 | 6 |
| xv | 10000000 | 7 |
| xvij | 100000000 | 8 |
| xviij | 1000000000 | 9 |
| ix | 10000000000 | 10 |
| xiiij | 100000000000 | 11 |
| vij | 1000000000000 | 12 |
| xiij | 10000000000000 | 13 |
| xvj | 100000000000000 | 14 |
| viij | 1000000000000000 | 15 |
| iiij | 10000000000000000 | 16 |
| ij | 100000000000000000 | 17 |
| j | 1000000000000000000 | 18 |
| x | 10000000000000000000 | 19 |
| v | 100000000000000000000 | 20 |

SIT quærendus aureus numerus anni 4560926. Anno 4000000. congruit aur. num. 6. Nam aureus numerus 11. anno 1000000. debitus si ducatur in 4. fiunt 44. & abiectis 19. remanent 6. Anno 500000. aur. num. 17. quia anno 100000. conuenit 3. qui ductus in 5. facit 15. Anno 60000. aur. nu. 17. Anno 900. aur. num. 7. Anno 20. aur. num. 1. Anno denique 6. aureus numerus 6. Summa omnium est 52. Abiectis autem 19. remanent 14. additaque 1. fit aureus numerus 15. proposito anno congruens.

| |
|---|
| 6 |
| 15 |
| 17 |
| 7 |
| 1 |
| 6 |
| 52 |

ABIICIENTVR omnia 19. si omnia 20. reijciantur, atque tot vnitates, quoties 20. sunt abiecta, reliquo numero addantur. Vt abiectis omnibus 19. ex 87. supersunt 11. quia si 4. (quod 20. in 87. quater contineantur) addantur ad 7. fiunt 11.

QVANDO quoque aliquis numerus aureus tabellæ maior, quam 10. multiplicandus est per figuram aliquam significatiuam, percommode illud fiet, si prius per illam figuram multiplicentur 10. deinde reliquæ vnitates, abiectis semper 19. quando abijci possunt. Vt si 18. ducenda sint in 7. ducemus 10. in 7. & ex producto 70. abijciemus 19. vt remaneant 13. Deinde ducemus 8. in 7. & ex producto 56. reijciemus 19. vt remaneant 18. quæ addita ad 13. faciunt 31. & abiectis 19. supersunt 12.

FACILIVS fortassis idem efficiemus, etiamsi aureos numeros excerptos non multiplicemus per figuras significatiuas: hoc scilicet modo. Ponantur ordine numeri excerpti, quemlibet eorum toties scribendo, quoties est vnitas in figura significatiua respondente. Deinde ordine primus numerus cum secundo iungatur, & hoc aggregatum cum sequenti, atque ita deinceps: ita tamen, vt cum primum confeceris 19. vel plus, reijcias 19. Vt in eodem exemplo stabunt numeri excerpti hoc modo 11. 11. 11. 11. 3. 3. 3. 3. 3. 6. 6. 6. 6. 6. 6. 5. 5. 5. 5. 5. 5. 5. 5. 5. 5. 10. 10. 6. Igitur 11. & 11. faciunt 22. abiectisque



Digitized by Google

19. remanent 3. quæ cum 11. ſequentibus faciunt 14. & hæc cum 11. quæ ſequũtur, faciunt 25. & abiectis 19. remanent 6. quę cum 3. 3. 3. 3. 3. ordine collecta faciunt 21. & abiectis 19. ſuperſunt 2. quæ cum 6. 6. 6. ordine faciunt 20. & abiectis 19. ſupereſt 1. quę cum 6.6.6. ſequentibus facit 19. quæ abijcienda ſunt. Deinde 5.5.5.5. faciunt 20. abiectiſq. 19. remanet 1. quæ cũ ſequentibus 5.5.5.5. efficit 21. abiectiſq. 19. remanent 2. quæ cum 5. 10. 10. faciunt 27. & abiectis 19. ſuperſunt 8. quæ cum 6. conficiunt 14. additaque tandem 1. fit aureus numerus 15. vt prius. Sed expeditior eſt prior ratio, quando multiplicatio per figuram ſignificatiuam memoriter facile perfici poteſt.

TABELLAE conſtructio facilis etiam eſt. Nam anni progrediuntur per proportionẽ decuplam ab vnitate, aurei vero numeri per ſubduplam, additis tamẽ 19. numero aureo impari, vt dimidiari poſſit. Vt additis 19. ad 1. fiunt 20. & dimidium dabit aur. nu. inſequentem x. Dimidium numeri 10. dabit ſequentem aur. num. v. &c. Atque hæc quidem de aureo numero inueniendo dicta ſint. Cęterum in Computo Eccleſiaſtico, quem ad finem huius lib. perſcribam, regulam inuenies, qua nullo etiam negotio memoriter cuiuſuis anni, quamuis maximi, aureum numerum explorare poſſis.

5 EPACTAE vero inuentio quouis anno pendet ex vſu tabulæ expanſę, eiuſque æquationis ſuperiore cap. deſcriptę, qui talis eſt. Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, ſi is centeſimorum aliquis eſt, vel ſi non eſt vnus ex centeſimis, ſumatur centeſimus annus proxime minor anno propoſito, vel certe annus 1582. ſi datus annus eſt poſt correctionem, & ante annũ 1600. (Rectius autem poſt annũ 8200. Epacta inuenietur ex tabula æquationis, quam infra ad finem Num. 10. inſtituam, cuius quidem vſus idem eſt, qui præcedentis tabulæ æquationis.) noteturque diligenter litera ei centeſimo præfixa. Linea namque Epactarum, quę eandem literam in tabula expanſa præfixam habet, in vſum adhibenda eſt non ſolum anno propoſito, ſed omnibus etiam alijs annis ab eo centeſimo vſque ad alium annum centeſimum, qui aliam literam affixam habet. Epacta autem, quæ in ea linea aureo numero illius anni in vertice tabulæ reſpondet, propoſito anno tribuenda eſt. Ea namque in Calendario omnia Nouilunia illius anni ex vſu Eccleſiæ indicabit: eiuſque vſus in Ianuario incipiet: quamuis in annis centeſimis non biſſextilibus, dummodo Luna æquatione non egeat, Nouilunia in primis duobus anni menſibus per vnum diem poſtponantur, per nouam Epactam inuenta. Nihil enim abſurdi hinc in Neomenijs Paſchalibus oritur, & poſtpoſitio illa in duobus primis menſibus illius duntaxat centeſimi contingit.

Vſus tabulæ expanſæ, & æquationis Epactarũ in Epacta cuiuſuis anni inuenienda.

Per quam tabulam rectius Epacta inueniatur poſt annum 8200.

Cuiuslibet anni Epacta in Ianuario incipit.

ITAQVE vt Epacta cuiuslibet anni reperiatur, inueniendus primum eſt aureus numerus illius anni, & linea Epactarũ in tabula expanſa, quæ ei ſeculo inſeruit. Proponemus autem exempla nonnulla ad ſecula longius diſtantia. quod exercitij tantum cauſa faciemus: quia probe noui, æquationem prę ſcriptam à calculo Aſtronomico in tam magnis ſeculis diſcrepare, vt infra dicemus.

EXEMPLI gratia. Propoſito anno 1593. ſumendus eſt in tabula æquationis annus 1582. qui eo proxime minor eſt in tabula, vna cum litera D, maiuſcula. Deinde in tabula expanſa aſſumenda erit linea Epactarum, cui eadem litera D, maiuſcula præfigitur. Hęc enim in vſu erit ab anno 1582. poſt correctionem tamen, vſque ad annum 1700. excluſiue, qui aliam iam literam præfixam habet. Et quia anno 1593. aureus numerus eſt 17. cui in aſſumpta linea Epactarum literæ D, maiuſculæ reſpondet Epacta xxvij. quæ eo ipſo anno 1593. vſurpabitur, fientque Nouilunia eo anno illis diebus, quibus in Calendario Epacta xxvij. præponitur.

RVRSVS oblato anno 1916. accipiendus eſt in æquationis tabula annus 1900. vna cum litera B, maiuſcula: In tabula vero expanſa ſumenda eſt linea Epactarum, quæ eandem literam B, præfixam habet. Hæc namque in vſu erit ab anno 1900. vſque ad annum 2200. excluſiue, cui litera alia præponitur. Quia vero aureus numerus anni 1916. eſt 17. cui in accepta linea Epactarum literæ B, maiuſculæ reſpondet Epacta 25. diuerſo charactere ab alijs denotata, indicabit ea Epacta Nouilunia totius illius anni in Calendario.

ITEM detur annus 114519. Anno 114500. qui eſt centeſimus proxime minor propoſito anno, præponitur in tabula æquationis litera ſ, minuſcula. In tabula igitur expanſa ſumenda eſt linea Epactarum eiuſdem literæ ſ, minuſculæ. Hæc enim in vſu erit ab anno 114500. vſque ad annum 114700. excluſiue. Et quoniam numerus aureus anni 114519. eſt 7. cui in prædicta linea Epactarũ reſpondet Epacta j. Epacta j. eo anno Nouilunia in Calendario monſtrabit.

DE-

Digitized by Google

DENIQVE (vt exemplum quoque ante anni correctionem proponamus) si offeratur annus 415. capiendus est in tabula æquationis annus 320. eo proxime minor, vna cum litera P, maiuscula: Linea vero Epactarum suprema in tabula expansa, cui eadem litera P, maiuscula ascripta est. Hac enim tunc vtendũ erat. Cum ergo anno 415. aureus numerus fuerit 17. cui in ea linea Epactarum respondet Epacta iiij. inciderunt eo anno omnia Nouilunia in illos dies, quibus Epacta iiij. ascribitur. Eademq. est ratio in cæteris.

Constructio Cycli Epactarum perpetui.

6 SED loco tabulę expansę vti poterimus sequenti Cyclo Epactarum perpetuo, quem etsi in Calendario Gregoriano perpetuo proposuimus, eundem tamen hic repetendum esse censemus, vt eius vsum ad plures annos extendamus. Constructio huius Cycli hæc est. Ponantur ordine omnes 30. Epactæ, initio sumpto à ✳. siue xxx. per continuam additionem 11. progredientes. reiectis tamen semper 30. quando summa maior fit, quam 30. Deinde hisce Epactis supponantur literę illæ, quæ dictis Epactis in tabula expansa sub aureo numero 3. ascripte sunt, vt hic vides. Epacta autem xxv. 25. geminata est sub litera F, maiuscula, & diuersis characteribus notata.

CYCLVS EPACTARVM PERPETVVS.

| | P | l | C | c | p | F | f | ſ | M | i | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv. 25 | vj | xvij | xxviij | ix | |

| | A | a | m | D | d | q | G | g | t | N | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | |

| | k | B | b | n | E | e | r | H | h | u | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | |

MALVIMVS autem literas Indices tabulæ expansæ in hac tabella illis potius Epactis superscribere, quę in tabula expansa sub aureo numero 3. prope easdẽ Epactas collocantur, quam illis, quæ aureo numero j. iuxta easdem literas respondent; (quod tamen fieri potuisset) vt facilius intelligeretur, tabellam hanc ex tabula expansa esse excerptam, & vt illa minus ab hac discreparet: maxime vero vt eædem hæ literæ in Martyrologio ad Lunę ætatem pronunciandam assumerentur, quando Epacta illis subscriptæ in vsu sunt, vt supra cap. 11. non longe ab initio dictum est. Neque alia causa huius constructionis quærenda est.

Epactæ inuentio quouis anno ex Cyclo Epactarum perpetuo.

HVIC tabellæ Cycli Epactarũ perpetui congruit superior tabula æquationis tabulæ expansæ, atque etiam illa, quam infra Num. 10. correctiorem proponemus, cuius vsus in Epacta cuiusuis anni inquirenda hic est. Quæratur in tabula æquationis annus propositus, vel si is in tabula non inuenitur, annus proxime minor, noteturq. litera alphabeti, siue maiuscula, siue minuscula, ad sinistrã ipsius collocata, & aureus numerus anno proposito cõgruẽs inuestigetur. Deinde in Cyclo Epactarum perpetuo consimilis litera quęratur, & cællulę, quæ ab illa litera inclusiue tertia est versus sinistram, aureus numerus 1. tribuatur, & sequenti cellulæ ad dexteram subsequens aureus numerus 2. & ita deinceps, donec ad aureum numerum propositi anni perueniatur, redeundo ad principium Cycli, si eum vsque ad finem percurreris, antequam ad aureum numerum propositi anni perueneris, computata quoque litera F, maiuscula, sub qua Epacta xxv. 25. geminata, & diuersis depicta characteribus collocatur, pro vna cellula. His enim rite peractis, illico in cellula, in quam aureus numerus propositi anni cadit, Epacta illius anni reperietur. Diligenter tamen obseruandum est, vt quando aureus numerus anni propositi maior est, quam 11. quales sunt posteriores octo aurei numeri 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. inciditque in cellulam literæ F, maiusculæ, vbi sunt duæ Epactæ xxv. 25. sumatur Epacta 25. diuerso charactere insignita; alia vero Epacta xxv. si in eandem cellulam aureus numerus anni propositi minor quam 12. incidit, cuiusmodi sunt priores vndecim aurei numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLIS planum id faciemus. Anno 1582. post correctionem, siue detractionem 10. dierum respondet in tabula æquationis litera D, maiuscula, fuitque eo anno aureus numerus 6. Si igitur in Cyclo Epactarum perpetuo tribuas cellulę literæ a, minusculæ, quæ tertia est à cellula literæ D, maiusculę versus siniſtram, aureum numerum 1. & sequenti cellulæ ad dexteram aureum numerum 2. & ita deinceps, cadet aureus numerus 6. anni propositi 1582. in cellulam Epactæ xxvj. quæ in Calendario ab Idibus Octobris illius anni, id est, post exemptionem 10. dierum Nouilunia monstrabat.

RVRSVS anno eodem 1582. ante correctionem, nimirum à Ianuario vsque ad Octobrem, inuestiganda sit Epacta. Quoniam in tabula æquationis annus ante correctionem proxime minor est 1400. cui litera c, minuscula præfigitur, sumenda est in Cyclo Epactarum perpetuo similis litera c, minuscula. Si igitur cellulę literæ l, minusculæ, quæ versus siniſtram tertia est à cellula literæ c, minusculæ, tribuas aureum numerum 1. & sequenti cellulæ ad dexteram, aureum numerum 2. & sic deinceps, cadet aureus numerus 6. eiusdem anni in cellulam Epactæ vj. quæ anno 1582. ante 10. dierum exemptionem debetur.

ITEM anno 1599. aureus numerus est 4. eiq. in æquationis tabula respondet litera D, maiuscula. Quoniã enim hic annus in tabula non reperitur, sumendus est proxime minor 1582. cui litera D, maiuscula ascribitur. Tribuendo ergo in tabula Epactarum aureum numerum 1. cellulæ literæ a, minusculæ, quę tertia est siniſtram versus à cellula literæ D, maiusculæ, & aureum numerum 2. sequenti cellulæ ad dexteram, & sic deinceps, cadet aureus numerus 4. propositi anni in cellulam Epactæ iiij. quæ eo anno Nouilunia ostendet in Calendario.

PRAETEREA anno 4218. in tabula æquationis respondet litera l, minuscula, estque aureus numerus 1. Igitur si in Cyclo Epactarum aureum numerum 1. illius anni tribuas cellula literę u, quæ tertia est ad siniſtram à cellula literæ l, inuenies Epactam xix. anno 4218. conuenire.

AMPLIVS anno 1710. respondet litera C, maiuscula in tabula æquationis, estque rursum aureus numerus 1. Quare si aureum numerum 1. illius anni tribuas primæ cellulæ literæ P, maiusculæ in Cyclo Epactarum, quæ tertia est à litera C, maiuscula, reperies ✳. pro Epacta illius anni.

ANNO quoq. 1912. respõdet in tabula æquationis litera B, maiuscula, & aureus numerus est 13. Quapropter si tribuatur in Epactarum Cyclo cellulæ literæ N, maiusculæ, quæ tertia est à litera B, maiuscula, aureus numerus 1. & sequenti cellulæ ad dexteram aureus numerus 2. & ita deinceps, redeundo ad principium Cycli, cadet aureus numerus 13. propositi anni in secundam cellulam. Quare Epacta tunc erit xj.

ADHVC anno 1715. respondet in æquationis tabula litera C, maiuscula, estque numerus aureus 6. Tribuendo ergo aureum numerum 1. cellulæ primæ in Cyclo, vbi est litera P, maiuscula, quę tertia est à cellula literæ C, maiusculæ; & aureum numerum 2. sequenti cellulę ad dexteram, &c. cadet aureus numerus 6. propositi anni in cellulam literæ F, sub qua ponitur Epacta xxv. 25. geminata. Quia vero aureus numerus 6. maior non est, quam 11. accipienda est Epacta xxv. pro anno 1715. non autem 25. diuersi coloris.

POSTREMO anno 1916. in tabula æquationis respondet litera B, maiuscula, estque aureus numerus 17. Quam ob rem si in Cyclo Epactarum perpetuo cellulæ literæ N, maiusculæ, quæ tertia est à cellula literæ B, maiusculæ, detur aureus numerus 1. & sequenti cellulę ad dexteram aureus numerus 2. &c. redeundo ad principium Cycli, occurret aureus numerus 17. anni propositi eidem cellulæ F, sub qua Epacta xxv. 25. geminata reperitur. Et quoniam aureus numerus 17. maior est quam 11. accipienda est Epacta 25. diuersi coloris, characterisue, pro anno 1916. Atque hoc modo Epactam cuiuslibet anni inuenies in perpetuum.

7 HAC ergo ratione tabula Epactarum expansa per Cyclum Epactarum perpetuum ad Compendiũ redigitur, vt proxime explicatum est. Sed non minus commode superiorem tabulam ęquationis, quæ longissima est, ad exiguam magnitudinem reducemus, hoc modo. Scribantur in latere siniſtro tabulæ ordine triginta literæ tabulæ expansæ, à C, maiuscula incipiendo, quæ anno 1700. præfigitur, vnde ordinem Cycli annorum 300000. cap. 11. Num. 10. incipere diximus; & retrogrediendo per B, A, u, &c. vsque ad D. Deinde iuxta quamlibet literam ascribantur loca, vel sedes illorum centesimorum in primo spatio 10000. Compendium superioris tabulæ æquationis Epactarum.

Digitized by Google

10000. annorum, (sumpto initio ab anno 1700. vsque ad annum 11600. inclusiue) quibus ea litera in tabula æquationis præfigitur. Verbi gratia, quia primo, ac secundo centesimo, (hoc est, annis 1700. 1800.) & septuagesimo primo, septuagesimo secundo, & septuagesimo tertio centesimo ab anno 1700. inclusiue (hoc est, annis 8700. 8800. 8900.) præfixa est in tabula æquationis litera C, maiuscula, idcirco iuxta literam C, maiusculam ascripsimus sedes 1. 2. 71. 72. 73. Eadem ratione iuxta literam u, minusculam posuimus sedes 7. 9. 78. 80. quos anni 2300. 2500. 9400. 9600. quibus litera u, minuscula præfixa est in æquationis tabula, occupant in primo spatio 10000. annorum ab anno 1700. vsque ad annum 11600. inclusiue, & sic de cæteris.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| C | 1 | 2 | 71 | 72 | 73 | | m | 25 | 94 | 95 | 96 | | b | 47 | 49 | |
| B | 3 | 4 | 5 | 74 | | | l | 26 | 27 | 28 | 97 | 98 | a | 50 | 52 | |
| A | 6 | 8 | 75 | 76 | 77 | | k | 29 | 30 | 99 | 100 | | P | 51 | 53 | |
| u | 7 | 9 | 78 | 80 | | | i | 31 | 32 | 33 | | | N | 54 | 55 | 56 |
| t | 10 | 11 | 12 | 79 | 81 | | h | 34 | 36 | | | | M | 57 | 58 | |
| s | 13 | 14 | 82 | 83 | 84 | | g | 35 | 37 | | | | H | 59 | 60 | 61 |
| r | 15 | 16 | 17 | 85 | 86 | | f | 38 | 39 | 40 | | | G | 62 | 64 | |
| q | 18 | 20 | 87 | 88 | 89 | | e | 41 | 42 | | | | F | 63 | 65 | |
| p | 19 | 21 | 90 | 92 | | | d | 43 | 44 | 45 | | | E | 66 | 67 | 68 |
| n | 22 | 23 | 24 | 91 | 93 | | c | 46 | 48 | | | | D | 69 | 70 | |

Vsus compendij tabulæ æquationis in Epacta cuiusuis anni exquirenda.

8 HAEC ergo est tabula illa immensa æquationis Epactarum ad tam mirabile, vt vides, compendium redacta, per quam facilimo negotio reperiemus literam, quæ in tabula expansa superioris capitis, vel in Cyclo Epactarum perpetuo, ad Epactam inquirendam vsurpanda sit anno proposito quamuis magno: licet Epacta ex illa tabula post annum 8200. inuenta non respondeat omnino Nouilunijs cælestibus, vt Num 10. huius cap. dicemus. Nam proposito quouis anno centesimo, qui maior non sit, quã 301600. (si enim maior est, reijciendi sunt anni 300000. totius Cycli) auferantur ab eo anni 1600. & numerus per millenas, centenasque expressus (qui quidem sedem centesimi propositi ab anno 1700. in primo Cyclo annorum 10000. numeratam indicat) in proposita tabella quæratur. Litera namque ei præfixa assumenda est in tabula expansa, vel in Cyclo Epactarum perpetuo, eo anno centesimo, qui illam sedem occupat in primo Cyclo 10000. annorum; atque eadem illa litera vsurpanda erit centesimo anno proposito, si postquam detraxeris 1600. reliquus numerus maior quam 10000. non extiterit. Si vero reliquus ille numerus maior fuerit, quam 10000. numerandæ erunt post literam in proxima tabella inuentam, toties 13. literæ contra seriem literarum, quoties vnitas in numero denarum millenarum continetur. Ita enim numerare desines in litera, quæ proposito centesimo sumenda est. Quod si denę millenarum fuerint plures quam 2. multiplicandæ erunt per 13. & productus numerus per 30. diuidendus. Reliquus enim numerus dabit literas post inuentam numerandas. Quando item numerus per millenas & centenas expressus est 00. accipienda est vnitas mutuo à denis millenarum, vt habeatur sedes 100. nimirum vltima Cycli annorum 10000.

EXEMPLIS rem illustremus. Proponatur annus 10000. Ablatis 1600. supersunt 8400. Ergo in superiori tabella accipienda est litera s, minuscula iuxta sedem 84. Et quia nulla adest dena millenarum, quod relictus numerus 8400. maior non est quam 10000. existit propositus annus 10000. in primo Cyclo 10000. annorum; ideoque eademmet litera s, vsurpanda erit. Cum ergo aureus numerum tunc sit 7. erit Epacta j. quæ aureo numero 7. respondet in linea literæ s, minusculæ in tabula expansa, &c.

RVRSVS detur annus 11600. Ablatis 1600. supersunt 10000. Sedes ergo 100. dabit literam k, minusculam. Et quia nihil remanet in denis millenarum, nihil numerandum erit post k, literam, sed ipsamet assumenda. In linea autem literæ k, aureus numerus 11. exhibet Epactam viij. anni propositi, in quo numerus aureus est 11.

PRAETEREA datus sit annus 34700. Subtractis 1600. remanent 33100. Ergo sedes 31. quam numerus per millenas, centenasque expressus exhibet, offeret literam i, minuscu-

Digitized by Google

nuſculam, poſt quam ſi numeres 13. literas ter, (quod in denis millenarum ſit 3.) hoc eſt, 39. vel (abiectis 30.) 9. incides in literam P, maiuſculam, quæ dato centeſimo debetur: Aureus autem numerus 7. eiuſdem anni indicabit in linea literæ P, maiuſculæ in tabula expanſa, vel in Cyclo Epactarum perpetuo, Epactam xiiij.

ITEM offeratur annus 41600. Demptis 1600. relinquuntur 40000. Igitur cum numerus per millenas, centenaſque expreſſus ſit 00. ſumemus mutuo 1. à denis millenarum, vt habeatur ſedes 100. cui in ſuperiori tabella prefigitur litera k, minuſcula, à qua ſi numeres ter 13. literas, hoc eſt, 39. vel (abiectis 30.) 9. quod ſuperſint 3. in denis millenarum, incides in literam a, minuſculam oblato centeſimo debitam: aureus autem numerus 10. eiuſdem anni Epactam xviij. dabit.

DETVR inſuper annus 301600. ſubductis 1600. ſuperſunt 300000. Et quia in loco millenarum, & centenarum reperitur numerus 00. ſumemus à 30. denis millenarum mutuo 1. vt habeamus ſedem 100. cum litera k, minuſcula in ſuperiori tabella: poſt quam ſi numeremus toties 13. literas, quoties vnitas eſt in reliquo numero 29. denarum millenarum, hoc eſt, (abiectis omnibus 30. quod fiet multiplicando 29. per 13. productumque numerum 377. per 30. diuidendo, fiet enim reſiduum 17.) 17. incidemus in literam D, maiuſculam ſuperioris tabellæ, quę in vſu erit anno 301600. nimirum anno 300000. ab anno 1700. incluſiue, hoc eſt, in fine totius Cycli 300000. annorum, &c.

AMPLIVS annus datus ſit 590600. Subtractis 300000. remanent 290600. atque hinc ablatis 1600. ſuperſunt 289000. Ergo in ſuperiori tabella accipiemus ſedem 90. cum litera p, minuſcula. Deinde 28. denas millenarũ ducemus in 13. productumque numerũ 304. per 30. partiemur. Si enim reliquũ numerum 4. poſt literã p, minuſculã numeremus, incidet quarta vnitas in literam k, minuſculam, quæ vſurpanda erit anno 590600. &c.

POSTREMO offeratur annus 671600. Reiectis bis 300000. reliqua fiunt 71600. & hinc ablatis 1600. remanent 70000. Igitur ſumpta mutuo vnitate a denis millenarũ, habebimus ſedem 100. cum litera k, minuſcula in tabella ſuperiori: poſt quã ſi numerentur 13. ſexies, toties nimirum, quoties vnitas in 6. denis millenarum continetur, terminabitur numeratio in litera C, maiuſcula: quia 13. ducta in 6. faciunt 78. quibus diuiſis per 30. reliqua fiunt 18. at 18. literę poſt k, numeratæ offerunt literam C, maiuſculam. Atque ita de cæteris.

QVOD ſi magis lubeat poſt literam inuentam in ſuperiori tabella numerare literas ſerie naturali literarũ, ſumendum erit poſt diuiſionem per 30. numeri reſidui complementum vſque ad 30. dummodo, ſi memoriter numerare vis, memor ſis, in literis minuſculis omittendam eſſe literam o, eaſque vltra u, non progredi, in maiuſculis autem relinquendas eſſe literas I, K, L, O, atque vltra P, non eſſe progrediendum, ſed poſt P, maiuſculam ad a, minuſculam eſſe redeundum, & poſt u, minuſculam ad A, maiuſculam eſſe tranſeundum, vt ſupra cap. 11. Num. 2. dictum eſt. Aut certe numerus denarum millenarum multiplicandus eſt, non per 13. ſed per 17. numeruſque procreatus per 30. diuidendus. Reſiduum enim diuiſionis indicabit, quot literæ ſerie naturali numerandę ſint poſt literam inuentam in tabella ſuperiori.

VERBI gratia. Anno 34700. inuenimus paulo ante, poſt literam i, minuſculam numerandas eſſe 9. literas ordine retrogrado, hoc modo, h, g, f, e, d, c, b, a, P: ita vt litera P, maiuſcula eo centeſimo vſurpanda ſit. Quia vero complementum 9. vſque ad 30. eſt 21. ſi poſt eandem literam i, minuſculam numeres ordine naturali 21. literas, offendes eandem literam P, maiuſculam, vt hic vides. k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, u, A, B, C, D, E, F, G, H, M, N, P. Hunc numerum 21. reperies quoque, ſi denas millenarum dati centeſimi, hoc eſt, numerum 3. ducas in 17. & productum numerum 51. per 30. partiaris. Numerus enim reſiduus erit 21.

RVRSVS anno 590600. inuenimus, poſt inuentam literam p, minuſculam numerari oportere 4. literas hoc modo, n, m, l, k, vt litera k, minuſcula habeatur eo centeſimo vſurpanda: ſi poſt eandem literam p, minuſculam recto ordine numeremus 26. complementum videlicet numeri 4. vſque ad 30. reperiemus eandem literam k, minuſculam, vt hic vides, q, r, ſ, t, u, A, B, C, D, E, F, G, H, M, N, P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, qui numerus 26. habebitur etiam, ſi (reiectis 300000. ex eo centeſimo, & ex reliquo numero 290600. ablatis 1600. vt reliquus fiat numerus 289000.) denæ millenarum, nimirum 28. ducantur in 17. & numerus, qui gignitur, 476. per 30. diuidatur. Reſiduum namque diuiſionis erit 26.



Digitized by Google

CAVSA vero cur toties numerandæ sint post literam inuentam 13. literæ ordine retrogrado, vel 17. recto ordine, quoties vnitas continetur in denis millenarum (reiectis tamen prius 30. ex producto numero, qui fit ex denis millenarum in 13. vel 17.) est, quod denæ millenarum indicent, quot Cycli annorum 10000. transacti sunt ab anno 1700. inclusiue vsque ad centesimum annum propositum. Cum ergo in omnibus Cyclis 10000. annorum redeant eædem varietates literarum, vt cap. 11. Num 10. diximus; in quolibet autem eiusmodi Cyclo annorum 10000. post literam cuiuis centesimo præfixam vsque ad literam illi centesimo insequentis Cycli 10000. annorum, qui eandem sedem in suo Cyclo occupat, quam prior centesimus in suo, præfixam inclusiue numerentur 13. literę ordine retrogrado, vel 17. ordine directo, vt in tabula expansa positę sunt, liquido cõstat, cur iubeamus numerari retrogrado ordine toties 13. quoties vnitas in denis millenarum continetur; ac proinde recto ordine tot literas post inuentã, quot in complemento prioris illius numeri vsq. ad 30. continentur. quod quidem complementum producitur, si denæ millenarum per 17. multiplicentur, numerusque genitus per 30. diuidatur. Numerus enim in diuisione reliquus dabit illud complementũ. Ita vides post literam C, maiusculam præfixam anno 1700. qui primus est primi Cycli 10000. annorum, vsque ad literam i, minusculam anno 11700. præfixam, qui primus est secundi Cycli 10000. annorum, numerari 13. literas ordine retrogrado, nimirum B, A, u, t, s, r, q, p, n, m, l, k, i. Vel directo ordine hasce septemdecim, D, E, F, G, H, M, N, P, a, b, c, d, e, f, g, h, i. Idemque vides fieri post literam A, maiusculam anno 2400. qui octauus est in primo Cyclo annorum 10000. appositam vsque ad literam g, minusculam anno 12400. affixam, qui octauus etiam est in secundo Cyclo 10000. annorum, vt hic cernis, u, t, s, r, q, p, n, m, l, k, i h, g, & hic B, C, D, E, F, G, H, M, N, P, a, b, c, d, e, f, g, Atque ita deinceps.

VT quoque memoria retineantur quinque illæ literæ, o, minusculæ, & I, K, L, O, maiusculæ, quę in alphabeto omittendæ sunt, vt diximus, ac proinde memoriter, sine tabula vlla, literæ numerari possint siue recto ordine, siue retrogrado, post literam in superiori tabella inuentam, ediscendus erit hic versiculus quinque dictionum à prædictis literis incipientium.

*Ornabit Iustos* Κύριος *Laudabilis Omnes.*

Inuentio literæ tabulæ expansæ vel Cycli Epactarum perpetui ad Epactam inuestigandam quouis anno, per præcepta Arithmetices.

9 EANDEM literam tabulæ expansæ, vel Cycli Epactarum perpetui, quæ proposito cuiuis anno centesimo ad Epactam inuestigandam inseruiat, sine tabella superiori per pręcepta Arithmetices reperiemus hoc modo. Proposito quouis anno centesimo, qui maior non sit, quam 301800. (quando enim maior est, reijciendus est totus Cyclus 300000. annorum) auferantur ex eo 1600. Reliquus numerus per 400. diuidatur, & multiplicetur per 3. Si enim producto numero addantur tot vnitates, quot centenæ in diuisione supersunt, (si quæ remaneant) habebitur numerus dierum ab anno 1700. inclusiue, vsque ad datum centesimum inclusiue exemptorum, qui quidem dierum numerus facilius in tabula superiori æquationis reperitur iuxta annos centesimos. Hic autem numerus dierum exemptorum, dempto prius binario, seruetur. Nam quia propter æquationem Lunæ incipere debemus hanc inuentionem Epactæ ab anno 1900. à quo ordo æquationis Lunę vniformis incipit, non est habenda ratio duorum dierum, qui annis 1700. 1800. omittuntur. Deinde ab eodem anno centesimo oblato (reiectis prius 300000. si maior est, quam 301800.) demantur 1800. vel (quod idem est) ex superiori illo residuo numero, qui per 400. diuisus fuit, auferantur 200. Reliquus numerus per 2500. diuidatur, & Quotiens per 8. multiplicetur: (Nam in annis 2500. Nouilunia per octo dies anticipant loca sua in Calendario, qui quidem anni incipiunt ab anno 1900. vt ex tabula æquationis patet.) Numero autem genito adijciantur tot vnitates, quoties 300. in residuo numero diuisionis reperiuntur; dummodo nunquam octo addantur, etiamsi supersint 2400. in quibus 300. continentur octies; quod anni 2500. non autem 2400. octo dies exposcant. Summa enim ablata ex numero dierum exemptorum supra seruato, reliquus numerus (si tamen prius omnia 30. ex reliquo hoc numero abijciantur, quod fit per diuisionem per 30.) dabit literam, quæ in tabula expansa à litera B, inclusiue (quę in æquationis tabula anno 1900. præfigitur) retrogrado ordine descendendo, vsque ad dictum reliquum numerum inclusiue, assumenda est. Quod si nihil supersit post vltimam diuisionem per 30. sumenda erit litera 30. à litera B, inclusiue ordine retrogrado, hoc est, litera C, maiuscula proxime superior, quam litera B. Si vero 1. supersit, ipsamet litera B, vsurpanda erit.

Inuentio numeri dierum ab anno 1700. inclusiuè exemptorum.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLORVM appositione res planior fiet. Datus sit annus 2000. Ablatis 1600. remanent 400. quæ diuisa per 400. faciunt Quotientem 1. nihilque supereſt. Ductus autem Quotiens 1. in 3. gignit 3. dies exemptos ab anno 1700. inclusiue vsque ad annum 2000. inclusiue. Dempto autem binario, relinquitur 1. quæ seruetur. Deinde ab eodem anno 2000. subtrahãtur 1800. vel 200. ex superiori residuo 400. Reliquus numerus 200. per 2500. diuidatur, & Quotiens 0. per 8. multiplicetur. Ad productum 0. addatur 0. quod in residuo diuisionis 200. non contineantur 300. fit numerus 0. qui ex 1. supra seruata, detractus relinquit 1. Prima ergo litera à B, maiuscula anno 1900. præfixa inclusiue, hoc est, ipsamet litera B, maiuscula inseruiet dato anno 2000.

OFFERATVR rursus annus 29600. Detractis 1600. supersunt 28000. quæ diuisa per 400. faciunt 70. nihilque supereſt. Ducta ergo 70. per 3. efficiunt dies 210. exemptos ab anno 1700. inclusiue vsque ad annum 29600. inclusiue. Dempto autem binario, numerus reliquus 208. seruetur. Deinde ab eodem anno 29600. dato subtrahantur 1800. vel 200. ex superiori residuo 28000. Reliquus vero numerus 27800. per 2500. diuidatur, vt fiat Quotiens 11. cum residuo 300. Quotiens ductus in 8. facit 88. additaque 1. propter 300. in diuisione relicta, fit summa 89. quæ ex numero 208. supra seruato ablata relinquit 119. quibus per 30. diuisis, supersunt 29. Litera ergo 29. à B, maiuscula inclusiue, nimirum D, maiuscula inseruiet anno proposito 29600.

DATVS item sit annus 6700. Demptis 1600. remanent 5100. quibus diuisis per 400. fit Quotiens 12. supersuntque 300. Quotiente 12. ducto in 3. fiunt 36. & additis 3. propter 300. quæ in diuisione superfuerunt, efficitur numerus dierum omissorum 39. ab anno 1700. inclusiue, vsque ad annum 6700. inclusiue. Dempto ergo binario, seruetur numerus reliquus 37. Deinde ex eodem anno 6700. tollantur 1800. vel 200. ex priori residuo 5100. & reliquus numerus 4900. per 2500. diuidatur. Quotiens 1. per 8. multiplicetur, & producto 8. addantur 7. quod 2400. superfuerint in diuisione 4900. per 2500. (quamuis enim in 2400. contineantur 300. octies, solum tamen 7. addenda sunt, vt dictum est) vt fiat numerus 15. qui demptus ex numero 37. supra seruato relinquit 22. Litera ergo 22. à litera B, maiuscula inclusiue, retrogrado ordine, videlicet P, maiuscula, anno proposito 6700. congruet.

SIT insuper propositus annus 301800. à quo reijciendi non sunt anni 300000. cũ maior non sit, quam 301800. subtractis autem 1600. super sunt 300200. quibus diuisis per 406. fit Quotiens 750. supersuntque 200. Ducto Quotiente 750. in 3. & producto 2250. additis 2. propter 200. relicta in diuisione, efficitur numerus 2252. dierum exemptorum ab anno 1700. inclusiue ad annum vsque 301800. inclusiue. Dempto ergo binario, seruetur numerus reliquus 2250. Ab eodem anno 301800. proposito subducantur 1800. vel 200. à superiori residuo 300200. Reliquus numerus 300000. diuidatur per 2500. vt habeatur Quotiens 120. sine vllo residuo. Hoc Quotiente ducto in 8. fit numerus 960. quo sublato ex 2250. numero supra seruato, relinquuntur 1290. His denique diuisis per 30. nihil supereſt. Ergo litera 30. à B, maiuscula inclusiue, & ordine retrogrado, nimirum C, maiuscula anno proposito 301800. in vsu erit.

PRAETEREA datus sit annus 176500. Demptis 1600. remanent 174900. quæ diuisa per 400. exhibent Quotientem 437. cum residuo 100. Ducto Quotiente 437. in 3. productoq. addita 1. propter 100. numerum in diuisione relictum, exurgit numerus 1312. dierum exemptorum. Dempto ergo binario, seruetur reliquus numerus 1310. Ab eodem anno 176500. subducãtur 1800. vel 200. ex priore residuo 174900. Reliquo numero 174700. diuiso per 2500. fit Quotiens 69. supersuntq. 2200. Quotiente autem 69. ducto per 8. & numero procreato 552. additis 7. (quod 300. in illo residuo 2200. contineantur septies) fit summa 559. qua dempta ex numero 1310. supra seruato, reliqua fiunt 751. quibus per 30. diuisis, supereſt 1. Prima ergo litera à B, maiuscula inclusiue, id est, eademmet litera B, anno proposito 176500. tribuenda est.

POSTREMO oblatus sit annus 671600. Reiectis bis 300000. & à reliquo numero 71600. demptis 1600. remanent 70000. quæ diuisa per 400. efficiunt Quotientem 175. nihilque relinquunt. Ducta autem 175. per 3. faciunt dies exemptos 525. Dempto ergo binario, reliquus numerus 523. seruetur. Post hæc ex eodẽ numero reliquo 71600. tollantur 1800. vel 200. ex superiori residuo 70000. Reliquo numero 69800. diuiso per 2500. fit Quotiens 27. supersuntque 2300. Ducto autem Quotiente 27. in 8. & producto 216. additis 7. (quod 300. in 2300. contineantur septies) fiunt 223. His denique detractis ex



Digitized by Google

numero ſupra ſeruato 523. reliqua fiunt 300. quibus per 30. diuiſis, nihil ſupereſt. Triceſima igitur litera à B, incluſiue, hoc eſt, litera C, maiuſcula vſurpanda erit anno 671600. Atque ita de cæteris.

QVOD ſi quis maluerit à litera B, maiuſcula naturali ſerie literarum aſcendendo per C, D, &c. non autem deſcendendo per A, u, t, &c. memoriter numerare, ſumendum erit complementum reſidui inuenti ad 30. eique binarius adijciendus. Numerus enim conflatus in literam quæſitam incidet. Verbi gratia. Anno 29600. inueniemus, à litera B, retrogrado ordine numerandas eſſe literas 29. quarum complementum ad 30. eſt 1. Additis 2. fiunt 3. Tertia ergo litera à B, maiuſcula, nimirum D, vt hic apparet, B, C, D, aſſumenda tunc erit. Rurſus anno 6700. diximus, numerandas eſſe literas 22. à B, incluſiue deorſum. Et quia complementum numeri 22. ad 30. eſt 8. additiſque 2. fiunt 10. decima litera à B, hoc eſt, P, maiuſcula, vt hic patet, B, C, D, E, F, G, H, M, N, P, vſurpanda tunc erit. Item anno 761600. dictum eſt, numerari debere literas 30. à B, incluſiue. Cum igitur complementum numeri 30. ad 30. ſit 0. additiſque 2. fiant 2. Vel cum complementi reſidui 0. (quia cum ſupra diuiſimus 300. per 30. reſiduum fuit 0.) ad 30. ſit 30. additiſque 2. fiant 32. & abiectis 30. remaneant 2. aſſumenda tunc erit litera ſecunda à B, incluſiue nimirum C, vt hic apparet, B, C. Denique anno 2000. oſtendimus, numerandam eſſe vnam literam à B, incluſiue. Et quia complementum 1. ad 30. eſt 29. additiſque 2. fiunt 31. & ablatis 30. remanet 1. ſumenda iterum erit prima litera à B, incluſiue, hoc eſt, ipſamet litera B, maiuſcula.

IDEM aſſequemur, etiamſi ex anno propoſito non abijciantur 300000. quando abijci poſſunt. Proponatur enim rurſus poſtremi exempli annus 671600. Ablatis 1600. remanent 670000. quibus per 400. diuiſis, fit Quotiens 1675. nihilque ſupereſt, quo multiplicato per 3. producitur numerus dierum ablatorum 5025. Ablato autem binario, ſeruetur reliquus 5023. Rurſus demptis 1800. ex eodem anno 671600. remanent 669800. quibus diuiſis per 25. fit Quotiens 267. ſuperſuntque 2300. Ductis autem 267. per 8. gignuntur 2136. additiſque 7. (quod in reſiduo 2300. contineantur 300. ſepties) fit numerus 2143. quo ablato ex numero 5023. ſupra ſeruato, reliqua fiunt 2880. quibus per 30. diuiſis, nihil ſupereſt. Triceſima ergo litera à B, incluſiue ordine retrogrado, id eſt, litera C, maiuſcula anno 671600. aſſumenda eſt, vt prius. Vel certe ad complementum reſidui 0. hoc eſt, ad 30, adijciantur 2. vt fiant 32, & abiectis 30. numerentur ordine naturali à B, incluſiue reliqua 2. incideſque in eandem literam C, maiuſculam.

VERVM ne cogamur ſemper inueſtigare per diuiſiones, multiplicationeſq. numerum, qui, abiectis 30. quoties fieri poteſt, numerandus eſt à B, incluſiue ordine retrogrado, vt litera tabulæ expanſæ anno propoſito vſurpanda inueniatur, vt initio huius Num. 9. docuimus; proponemus hic tabulam expeditiſſimam, in qua prædictus numerus cuilibet centeſimo debitus, vſque ad annum 28400. appoſitus eſt. Deinde aliam tabulam annorum per 10000. 100000. & 1000000. collectorum ſubiungemus, ex qua idem numerus pro quolibet centeſimo, etiam maiore quam 28400. eruatur. Hi autem numeri centeſimis annis aſcripti indicant dies poſtpoſitionis Lunæ, hoc eſt, quot, diebus tardius Nouilunia plerunque contingant in Calendario: quippe cum numerus is reliquus fiat, ſi dies anticipationis Lunæ ex diebus exemptis tollantur, quibus Luna deorſum detruderetur, niſi ipſa ſingulis ſpatijs 2500. annorum ſurſum octo diebus, aſcenderet, & ſingulis annis 300. vno die.

---

# SEQVITVR TABVLA PRIOR
## Poſtpoſitionum Lunæ.



Digitized by Google

# TABVLA PRIOR.

| Anni p 100.col lecti. | post posi tio. Lu. | Anni p 100.col lecti. | post posi tio. Lu. | Anni p 100.col lecti. | post posi tio. Lu. | Anni per 100, col- lecti. | post posi tio. Lu. | Anni per 100. col- lecti. | post posi tio. Lu. | Anni per 100. col- lecti. | post posi tio. Lu. | Anni per 100. col- lecti. | post posi tio. Lu. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1700 | 0 | 5700 | 17 | 9700 | 34 | 13700 | 51 | 17700 | 68 | 21700 | 86 | 25700 | 103 |
| 1800 | 0 | 5800 | 17 | 9800 | 35 | 13800 | 52 | 17800 | 69 | 21800 | 86 | 25800 | 103 |
| 1900 | 1 | 5900 | 18 | 9900 | 35 | 13900 | 52 | 17900 | 70 | 21900 | 87 | 25900 | 104 |
| 2000 | 1 | 6000 | 18 | 10000 | 35 | 14000 | 52 | 18000 | 69 | 22000 | 87 | 26000 | 104 |
| 2100 | 1 | 6100 | 18 | 10100 | 36 | 14100 | 53 | 18100 | 70 | 22100 | 87 | 26100 | 104 |
| 2200 | 2 | 6200 | 19 | 10200 | 36 | 14200 | 54 | 18200 | 71 | 22200 | 88 | 26200 | 105 |
| 2300 | 3 | 6300 | 20 | 10300 | 37 | 14300 | 54 | 18300 | 71 | 22300 | 89 | 26300 | 106 |
| 2400 | 2 | 6400 | 19 | 10400 | 37 | 14400 | 54 | 18400 | 71 | 22400 | 88 | 26400 | 105 |
| 2500 | 3 | 6500 | 20 | 10500 | 37 | 14500 | 55 | 18500 | 72 | 22500 | 89 | 26500 | 106 |
| 2600 | 4 | 6600 | 21 | 10600 | 38 | 14600 | 55 | 18600 | 72 | 22600 | 90 | 26600 | 107 |
| 2700 | 4 | 6700 | 22 | 10700 | 39 | 14700 | 56 | 18700 | 73 | 22700 | 90 | 26700 | 108 |
| 2800 | 4 | 6800 | 21 | 10800 | 38 | 14800 | 56 | 18800 | 73 | 22800 | 90 | 26800 | 107 |
| 2900 | 5 | 6900 | 22 | 10900 | 39 | 14900 | 56 | 18900 | 73 | 22900 | 91 | 26900 | 108 |
| 3000 | 5 | 7000 | 23 | 11000 | 40 | 15000 | 57 | 19000 | 74 | 23000 | 91 | 27000 | 109 |
| 3100 | 6 | 7100 | 23 | 11100 | 40 | 15100 | 58 | 19100 | 75 | 23100 | 92 | 27100 | 109 |
| 3200 | 6 | 7200 | 23 | 11200 | 40 | 15200 | 57 | 19200 | 75 | 23200 | 92 | 27200 | 109 |
| 3300 | 6 | 7300 | 24 | 11300 | 41 | 15300 | 58 | 19300 | 75 | 23300 | 92 | 27300 | 110 |
| 3400 | 7 | 7400 | 24 | 11400 | 41 | 15400 | 59 | 19400 | 76 | 23400 | 93 | 27400 | 110 |
| 3500 | 8 | 7500 | 25 | 11500 | 42 | 15500 | 59 | 19500 | 77 | 23500 | 94 | 27500 | 111 |
| 3600 | 7 | 7600 | 25 | 11600 | 42 | 15600 | 59 | 19600 | 76 | 23600 | 93 | 27600 | 111 |
| 3700 | 8 | 7700 | 25 | 11700 | 43 | 15700 | 60 | 19700 | 77 | 23700 | 94 | 27700 | 111 |
| 3800 | 9 | 7800 | 26 | 11800 | 43 | 15800 | 60 | 19800 | 78 | 23800 | 95 | 27800 | 112 |
| 3900 | 9 | 7900 | 27 | 11900 | 44 | 15900 | 61 | 19900 | 78 | 23900 | 95 | 27900 | 113 |
| 4000 | 9 | 8000 | 26 | 12000 | 44 | 16000 | 61 | 20000 | 78 | 24000 | 95 | 28000 | 112 |
| 4100 | 10 | 8100 | 27 | 12100 | 44 | 16100 | 61 | 20100 | 79 | 24100 | 96 | 28100 | 113 |
| 4200 | 11 | 8200 | 28 | 12200 | 45 | 16200 | 62 | 20200 | 79 | 24200 | 97 | 28200 | 114 |
| 4300 | 11 | 8300 | 28 | 12300 | 46 | 16300 | 63 | 20300 | 80 | 24300 | 97 | 28300 | 114 |
| 4400 | 11 | 8400 | 28 | 12400 | 45 | 16400 | 62 | 20400 | 80 | 24400 | 97 | 28400 | 114 |
| 4500 | 12 | 8500 | 29 | 12500 | 46 | 16500 | 63 | 20500 | 80 | 24500 | 98 | | |
| 4600 | 12 | 8600 | 29 | 12600 | 47 | 16600 | 64 | 20600 | 81 | 24600 | 98 | | |
| 4700 | 13 | 8700 | 30 | 12700 | 47 | 16700 | 65 | 20700 | 82 | 24700 | 99 | | |
| 4800 | 13 | 8800 | 30 | 12800 | 47 | 16800 | 64 | 20800 | 81 | 24800 | 99 | | |
| 4900 | 13 | 8900 | 30 | 12900 | 48 | 16900 | 65 | 20900 | 82 | 24900 | 99 | | |
| 5000 | 14 | 9000 | 31 | 13000 | 48 | 17000 | 66 | 21000 | 83 | 25000 | 100 | | |
| 5100 | 15 | 9100 | 32 | 13100 | 49 | 17100 | 66 | 21100 | 83 | 25100 | 101 | | |
| 5200 | 14 | 9200 | 32 | 13200 | 49 | 17200 | 66 | 21200 | 83 | 25200 | 100 | | |
| 5300 | 15 | 9300 | 32 | 13300 | 49 | 17300 | 67 | 21300 | 84 | 25300 | 101 | | |
| 5400 | 16 | 9400 | 33 | 13400 | 50 | 17400 | 67 | 21400 | 84 | 25400 | 102 | | |
| 5500 | 16 | 9500 | 34 | 13500 | 51 | 17500 | 68 | 21500 | 85 | 25500 | 102 | | |
| 5600 | 16 | 9600 | 33 | 13600 | 50 | 17600 | 68 | 21600 | 85 | 25600 | 102 | | |



Digitized by Google

## TABVLA POSTERIOR.

| Anni p 10000. collecti | Post-posi-tion. Lu-næ. | Anni per 100000. collecti. | Post-posi-tion. Lu-næ. | Anni per 1000000. collecti. | Postpo-sitiones Lunæ. |
|---|---|---|---|---|---|
| 10000 | 43 | 100000 | 430 | 1000000 | 4300 |
| 20000 | 86 | 200000 | 860 | 2000000 | 8600 |
| 30000 | 129 | 300000 | 1290 | 3000000 | 12900 |
| 40000 | 172 | 400000 | 1720 | 4000000 | 17200 |
| 50000 | 215 | 500000 | 2150 | 5000000 | 21500 |
| 60000 | 258 | 600000 | 2580 | 6000000 | 25800 |
| 70000 | 301 | 700000 | 3010 | 7000000 | 30100 |
| 80000 | 344 | 800000 | 3440 | 8000000 | 34400 |
| 90000 | 387 | 900000 | 3870 | 9000000 | 38700 |
| 100000 | 430 | 1000000 | 4300 | 10000000 | 43000 |

Postpositio Lunæ cuiusuis centesimi anni quo pacto inueniatur.

PRIOR tabula extruitur per ea, quæ initio huius Num. 9. tradidimus. Vt si v. g. scire velis postpositionem Lunæ prope annum 28400. scribendam, ita agendum erit. Demptis 1600. ex 28400. remanent 26800. quæ diuisa per 400. efficiunt Quotientem 67. nihilque supereſt. hic autem Quotiens ductus in 3. efficit 201. numerum videlicet dierum exemptorum, Ablatis igitur 2. reliquus numerus 199. seruetur. Deinde ablatis 1800. ex eodem anno 28400. supersunt 26600. quibus diuisis per 2500. fit Quotiens 10. supesuntque 1600. Ducto autem Quotiente 10. per 8. & producto 80. additis 5. propter 300. quinquies in residuo 1600. cõtenta fiũt 85. qui numerus ablatus ex 199. numero prius seruato, reliquam facit postpositionem Lunæ 114. iuxta annum 28400. scribendam. Eademque ratio est de cæteris. Sed facilius ex postpositione 0. anni 1700. omnes sequentes formabuntur ex superiori tabula æquationis cap. 11. Quando enim in sequenti centesimo retinenda est eadem litera, scribetur etiam eadem postpositio. Quando autem inferior litera sumitur, augebitur Postpositio vnitate. Quando denique superior litera resumitur, minuetur Postpositio vnitate. quod facile intelliges, si priorem tabulam Postpositionum cum literis superioris tabulæ æquationis contuleris. Quamuis autem satis fuisset, si hanc tabulam ad annum 11700. solum extendissemus, cui ascripta est postpositio Lunæ 43. quod reliquorum annorum postpositiones facile ex posteriori tabula, & priori, si ad annum vsque 11700. duntaxat fuisset extensa, eruantur, vt mox dicemus, placuit tamen eam ad annum vsque 28400. continuare, vt & expeditius postpositio Lunæ cuiusque anni centesimi ante 28400. habeatur, quod satis esse videtur: cum fortasse tunc æquationis tabula mutanda sit, propterea quòd duo illi anni in quolibet spatio 400. annorum neglecti, eo tempore vnum diem constituunt, vt cap. 5. Num. 17. scripsimus, ideoque æquinoctium ex die 21. Martij ad 22. prolapsum erit. Si quis tamen postpositiones Lunæ vltra annum 28400. desideret, adhibenda erit posterior quoque tabula, quæ breuissima est, eiusque constructio facillima.

CVM enim singulis 10000. annis debeatur postpositio Lunæ 43. dierum; (Nam diuisis 10000. per 400. fit Quotiens 25. qui ductus in 3. efficit dies exemptos 75. Rursus diuisis 10000. per 2500. fit Quotiens 4. qui ductus in 8. facit 32. qui numerus ex 75. diebus exemptis detractus relinquit 43.) apponenda erit postpositio Lunæ 43. anno 10000. & per eius continuam additionem progrediendum vsque ad 100000. qui annus appositam habet postpositionem Lunæ 430. Deinde rursus per continuam additionem 430. procedendum vsque ad 1000000. cui anno ascripta est postpositio Lunæ 4300. &c.

IAM si quæratur postpositio Lunæ anno 27900. (Fingamus enim priorem tabulam vltra annum 11700. non esse extensam) sumemus in posteriori tabula postpositionem 86. anno 20000. ascriptam, eique adiungemus postpositionem 27. in tabula priori anno

7900.

Digitized by Google

7900. appositam. Ita enim efficiemus postpositionem 113. proposito anno 27900. conuenientem. Item si quæratur postpositio Lunæ anno 600000. accipiemus in posteriori tabula postpositionem 2150. anno 500000. ascriptam, eique addemus postpositionem 387. in eadem tabula anno 90000. appositam, ac tandem conflato numero 2537. postpositionem 35. anno 10000. in priori tabula appositam addemus. qua ratione efficiemus 2572. postpositionem proposito anno 6000000. debitam. Non accepimus autem vltimo loco postpositionem 43. anno 10000. in posteriori tabula ascriptam, sed postpositionem 35. eidem anno 10000. in tabula priori tributam, quia nunquam in tabula posteriori sumendus est totus numerus anni propositi, sed minor semper, ita vt vltimo loco reliquus numerus annorum in priori tabula accipi possit. Nam in posteriori tabula continentur postpositiones Lunę, quę simpliciter illis centesimis debentur, non habita ratione, quanto interuallo quilibet illorum centesimorum à Natiuitate Christi absit: In priori vero tabula notatæ sunt postpositiones annis centesimis à Christi Natiuitate conuenientes. Itaque quamuis in posteriori tabula anno 10000. ascripta sit postpositio 43. dierum, in priori tamen eidem anno appositа est postpositio 35. dierum. Itaque quando centesimus valde magnus est, ingrediendum est in posteriorem tabulam, quoties fieri potest, dummodo superstit centesimus, cum quo vltimo loco in priorem tabulam ingressus fieri possit. Atque hic vltimus ingressus in priorem tabulam necessario faciendus est, etiamsi ille centesimus, cum quo vltimus ingressus fieri debet, reperiatur quoque in posteriori tabula descriptus. Ita vides in proximo exemplo ingressum factum esse vltimo loco cum anno 10000. etiamsi hic idem annus in posteriori tabula contineatur cum alia postpositione. Neque vero cum anno 10000. bis fieri debet ingressus in priorem tabulam, nimirum primo loco cum anno 8000. deinde cum 2000. aut prius cum 7000. deinde cum 3000. quia acciperentur postpositiones 26. & 1. vel 23. & 5. quæ conficiunt postpositionem 27. vel 28. non autem 35. anno 10000. debitam. Ad summam, atque vt vno verbo dicam, solum vnus ingressus in priorem tabulã faciendus est, & alij ingressus omnes, si plures sunt, in posteriorẽ tabulam fieri debẽt. Cęterum postpositionem 2572. proximi exempli conuenire anno 600000. manifestum est. Nam demptis 1600. ex 600000. remanent 598400. quibus diuisis per 400. exit Quotiens 1496. quo ducto in 3. procreatur numerus dierum exemptorum 4488. dempto ergo binario, reliquus numerus 4486. seruetur. Rursus subductis 1800. ex 600000. supersunt 598200. quibus diuisis per 2500. exeunt 239. quæ ducta in 8. faciunt 1912. additisque 2. (quod in residuo diuisionis 700. contineantur 300. bis) fiunt 1914. quę tandem detracta ex seruato numero 4486. reliquam faciunt postpositionem Lunæ 2572. anni 600000. Sit postremo inquirenda postpositio Lunæ anni 1700600200. Primum ex posteriori tabula excerpatur postpositio 4300000. anni 1000000000. (Nam quamuis hic annus in tabula scriptus non sit, tamen postpositio 43000. anni 10000000. augenda est duabus figuris 00. quemadmodum & annus 10000000. duabus figuris 00. auctus est, vt fiat annus 1000000000.) Deinde postpositio 3010000. anni 700000000. Item postpositio 2150. anni 500000. (quia si postpositio acciperetur anni 600000. non potuisset sumi in priori tabula postpositio reliquorum annorum 200.) Item postpositio 387. anni 90000. ac postremo postpositio 36. anni 10200. atque omnes hæ postpositiones in vnam collectę summam efficiunt postpositionem 7312573. anni propositi 1700600200. vt in hac formula cernis.

Vt postpositio cuiuslibet centesimi eruatur, ingrediẽdum est in priorem tabulam semel tãtum in fine etiã si annus ille, cũ quo fit ingressus reperiatur quoque in tabula posteriori.

| Anni |
|---|
| 1000000000 |
| 700000000 |
| 500000 |
| 90000 |
| 10200 |
| Summa |

| Postpositiones. |
|---|
| 4300000 |
| 3010000 |
| 2150 |
| 387 |
| 36 |
| 7312573 |

10 ATQVE omnia hæc, quę de constructione tabulę æquationis ex sententia autoris Calendarij dicta sunt, vera essent, si in Calendario omnes 30. Epactæ ordine describerentur, vt in Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Octobri, ac Decembri collocatæ sunt, & nunquam

Digitized by Google

quam binæ Epactæ xxv.xxiiij.eundem diem occuparent, vt fieri videmus in Februario, Aprili, Iunio, Augusto, Septembri, & Nouembri. quod tamen necessarium est, vt menses Lunares sint alternis 30. ac 29. dierum, vt cap. 10. Num. 3. declarauimus. Ita enim compertum est, si ab Epacta xxi. inclusiue in Ianuario, quæ literæ B, maiusculæ respondet, numeretur postpositio Lunę ex superiori tabula reperta, retrogrado ordine, tamdiu recte inueniri Epactam, quamdiu postpositio illa maior non est, quam 27. quia non transgredimur tunc diē 5. Februarij, cui duæ Epactæ xxv. xxiiij. ascriptæ sunt. At quando maior est Lunæ postpositio, quam 27. fit error aliquis in Epacta inuenienda, quia sub die 5. Februarij non collocatur Epacta xxiiij. sed xxiij. ideoq. Epacta xxiij. cum litera D, maiuscula respondebit tunc aureo numero 3. non autem Epacta xxiiij. cum litera E, maiuscula, quando postpositio Lunæ est 28. quod continget anno 8200. ita vt tunc post annum 8100. fiat descensus à litera F, maiuscula per duas literas vsque ad D, maiusculam, non autem per vnam tantum. Idemque accidet infra 5. diem Aprilis, 3. Iunij, &c.

Cur auctor Calendarij voluerit suam æquationem, quamuis fallacē, proponere.

VARIETATEM hanc Epactarum æquationis, siue vitium, auctor Calendarij vel non aduertit, vel non magni fecit, propterea quod satis esse iudicauit, errorem in Epactæ inuentione in multis annorum millibus non committi. Et quia solum 30. literas tabulæ expansæ præ oculis habuit, vbi non reperiuntur binæ literæ in eadem cellula, ratio omnino postulare videbatur, vt semper per vnum solum diem Luna descenderet, quando postponenda esset. Sed cum diligentius postea tabulam illam ęquationis Epactarum ad annos 300000. post annum 1600. ex mente auctoris Calendarij extensam, (quippe ad plurima annorum millia Nouilunia media supputaui) deprehendi Nouilunia Epactarum à cælestibus Nouilunijs plus ęquo discrepare: atque ita cum huius rei causam exquirerem, atque vt obtrectatoribus, quoad eius fieri potest, satisfacerem, rationem, Deo iuuante, adinueni, qua Epactę, etiam ad secula longissime distantia, ad annos saltem 100000. vel etiam 200000. inueniantur, quarum Nouilunia à Cælestibus Nouilunijs non multum dissentiant: ita vt necesse sit omnino, tabulam æquationis Epactarum post annum 8100. aliter instituere, vt pluribus seculis, etiam longissime distantibus, congruere possit. quod qua ratione fiat, docendum nunc est. Atque hoc vnum est ex præcipuis, quæ in Epistola ad Lectorem nos Calendario Aloysij Lilij adiecturos recepimus: quamuis id simpliciter necessarium non sit. Nam satis est, vt dixi, æquationem ex mente auctoris præscriptam, vniformem sane ac facilem, ad aliquot millia annorum recte Epactas ostendere. Quando enim posteri deprehendent, eam non amplius veras Epactas exhibere, quod ante annum 8200. non continget, facile alia litera tabulæ expansæ vel superior, vel inferior assumi poterit, prout videlicet Nouilunia ascendisse, vel descendisse in Calendario deprehensa fuerint, vt Num. 15. 16. & 19. docebimus: vt propterea non videatur expedire, vt ratio æquationis difficilior Ecclesiæ proponatur, præsertim cum hoc perpetuitati Calendarij non obstet, vt Num. 18. dicemus. Si quis tamen ita curiosus fuerit, vt hoc contentus non sit, sed velit omnino æquationem ad longiora secula Epactas recte monstrare, assequetur id hoc modo.

Non esse simpliciter necessariū vt tabula æquationis auctoris Calendarij emendetur.

DESCRIBANTVR ordine omnes 365. dies totius anni, vna cum mensibus, & 30. literis tabulę expansæ sæpius repetitis, prout Epactis in Calendario respondent, collocando semper alternis duas literas F, E, in eadem cellula, vt sequens tabula monstrat.

# SEQVITVR TABVLA.



Digitized by Google

| Ianu. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | P | N | M | H | G | F | E | D | C | B | A | u | t |

| 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| f | r | q | p | n | m | l | k | i | h | g | f | e | d |

| 28 | 29 | 30 | 31 | Febr. | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 | 38 | 39 | 40 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c | b | a | P | | N | M | H | G | FE | D | C | B | A |

| 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | 51 | 52 | 53 | 54 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| u | t | f | r | q | p | n | m | l | k | i | h | g | f |

| 55 | 56 | 57 | 58 | 59 | Mart. | 60 | 61 | 62 | 63 | 64 | 65 | 66 | 67 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| e | d | c | b | a | | P | N | M | H | G | F | E | D |

| 68 | 69 | 70 | 71 | 72 | 73 | 74 | 75 | 76 | 77 | 78 | 79 | 80 | 81 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| C | B | A | u | t | f | r | q | p | n | m | l | k | i |

| 82 | 83 | 84 | 85 | 86 | 87 | 88 | 89 | 90 | Apr. | 91 | 92 | 93 | 94 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| h | g | f | e | d | c | b | a | P | | N | M | H | G |

| 95 | 96 | 97 | 98 | 99 | 100 | 101 | 102 | 103 | 104 | 105 | 106 | 107 | 108 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| FE | D | C | B | A | u | t | f | r | q | p | n | m | l |

| 109 | 110 | 111 | 112 | 113 | 114 | 115 | 116 | 117 | 118 | 119 | 120 | Mai. | 121 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| k | i | h | g | f | e | d | c | b | a | P | N | | M |

| 122 | 123 | 124 | 125 | 126 | 127 | 128 | 129 | 130 | 131 | 132 | 133 | 134 | 135 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| H | G | F | E | D | C | B | A | u | t | f | r | q | p |

| 136 | 137 | 138 | 139 | 140 | 141 | 142 | 143 | 144 | 145 | 146 | 147 | 148 | 149 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| n | m | l | k | i | h | g | f | e | d | c | b | a | P |

| 150 | 151 | Iun. | 152 | 153 | 154 | 155 | 156 | 157 | 158 | 159 | 160 | 161 | 162 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N | M | | H | G | FE | D | C | B | A | u | t | f | r |

| 163 | 164 | 165 | 166 | 167 | 168 | 169 | 170 | 171 | 172 | 173 | 174 | 175 | 176 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| q | p | n | m | l | k | i | h | g | f | e | d | c | b |

| 177 | 178 | 179 | 180 | 181 | Iul. | 182 | 183 | 184 | 185 | 186 | 187 | 188 | 189 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | P | N | M | H | | G | F | E | D | C | B | A | u |



Digitized by Google

| 190 | 191 | 192 | 193 | 194 | 195 | 196 | 197 | 198 | 199 | 200 | 201 | 202 | 203 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| t | f | r | q | p | n | m | l | k | i | h | g | f | e |

| 204 | 205 | 206 | 207 | 208 | 209 | 210 | 211 | 212 | Aug. | 213 | 214 | 215 | 216 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| d | c | b | a | P | N | M | H | G | | FE | D | C | B |

| 217 | 218 | 219 | 220 | 221 | 222 | 223 | 224 | 225 | 226 | 227 | 228 | 229 | 230 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | u | t | f | r | q | p | n | m | l | k | i | h | g |

| 231 | 232 | 233 | 234 | 235 | 236 | 237 | 238 | 239 | 240 | 241 | 242 | 243 | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| f | e | d | c | b | a | P | N | M | H | G | F | E | |

| Sept. | 244 | 245 | 246 | 247 | 248 | 249 | 250 | 251 | 252 | 253 | 254 | 255 | 256 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | D | C | B | A | u | t | f | r | q | p | n | m | l |

| 257 | 258 | 259 | 260 | 261 | 262 | 263 | 264 | 265 | 266 | 267 | 268 | 269 | 270 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| k | i | h | g | f | e | d | c | b | a | P | N | M | H |

| 271 | 272 | 273 | Oct. | 274 | 275 | 276 | 277 | 278 | 279 | 280 | 281 | 282 | 283 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| G | FE | D | | C | B | A | u | t | f | r | q | p | n |

| 284 | 285 | 286 | 287 | 288 | 289 | 290 | 291 | 292 | 293 | 294 | 295 | 296 | 297 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| m | l | k | i | h | g | f | e | d | c | b | a | P | N |

| 298 | 299 | 300 | 301 | 302 | 303 | 304 | Nov. | 305 | 306 | 307 | 308 | 309 | 310 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| M | H | G | F | E | D | C | | B | A | u | t | f | r |

| 311 | 312 | 313 | 314 | 315 | 316 | 317 | 318 | 319 | 320 | 321 | 322 | 323 | 324 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| q | p | n | m | l | k | i | h | g | f | e | d | c | b |

| 325 | 326 | 327 | 328 | 329 | 330 | 331 | 332 | 333 | 334 | Dec. | 335 | 336 | 337 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | P | N | M | H | G | FE | D | C | B | | A | u | t |

| 338 | 339 | 340 | 341 | 342 | 343 | 344 | 345 | 346 | 347 | 348 | 349 | 350 | 351 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| f | r | q | p | n | m | l | k | i | h | g | f | e | d |

| 352 | 353 | 354 | 355 | 356 | 357 | 358 | 359 | 360 | 361 | 362 | 363 | 364 | 365 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c | b | a | P | N | M | H | G | F | E | D | C | B | A |

HOC

Digitized by Google

HOC ordine obſeruato, facilis erit quouis ſeculo inuentio literæ tabulæ expanſæ, in cuius linea Epactæ aureis numeris illius ſeculi reſpondent. Nam ſi ex tabulis poſtpoſitionum Lunæ ſumatur poſtpoſitio ſeculo propoſito congruens, eique addantur 9. (dies nimirum, qui in Ianuario Epactam xxj. literæ B, maiuſculæ præcedunt: propterea quod anticipatio Lunæ ab anno 1900. cui in ſuperiori tabula æquationis congruit litera B, maiuſcula, incipiendo, quolibet 2500. annorum ſpatio octo dies requirit, vt ad initium Num. 9. diximus) dabit numerus conflatus in proxima tabula anni literam quæſitam. Vt quoniam anno 3400. poſtpoſitio Lunæ eſt 7. additis 9. fiunt 16. Igitur litera q, minuſcula ſub die 16. aſſumenda eſt in tabula expanſa anno 3400. Rurſus anno 1900. poſtpoſitio Lunæ eſt 1. additis 9. fiunt 10. Litera ergo B, maiuſcula ſub die 10. vſurpanda tunc erit. Item annis 1700. 1800. poſtpoſitio Lunæ eſt 0. additiſque 9. fiunt 9. Quare litera C, maiuſcula ſub die 9. tunc eſt accipienda. Præterea anno 28400. poſtpoſitio Lunæ eſt 114. ſicut etiam annis 28200. 28300. additis autem 9. fiunt 123. Igitur litera G, maiuſcula ſub die 123. inſeruiet nobis tam anno 28400. quam annis 28200. 28300. Poſtremo anno 84500. & 84600. poſtpoſitio eſt 356. additiſque 9. fiunt 365. Igitur ſub vltimo die anni accipienda eſt litera A. maiuſcula.

*Inuentio accuratior literæ tabulæ expanſæ quouis ſeculo propoſito.*

SI diligenter in proxima tabula dies notentur, quibus binę literæ F, E, aſcriptę ſunt, quales ſunt hi ſex, 36. 95. 154. 213. 272. 331. iuxta quos in tabella appoſita ſcribantur numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6. inueniemus literam tabulæ expanſæ propoſito quouis ſeculo memoriter, ſine tabula præcedenti dierum totius anni, dummodo numerus ex poſtpoſitione Lunæ & 9. conflatus maior non ſit quam 365. & ordo 30. literarum tabulæ expanſæ recte teneatur. Si namque numerus ex poſtpoſitione Lunæ & 9. conflatus minor eſt, quam 36. primus numerus huius tabellæ, numerandus is erit (abiectis prius 30. ſi abijci poſſunt) à P, incluſiue retrogrado ordine: vel eius complementum vſque ad 30. auctum prius binario, ordine naturali ac directo. Vtroque enim modo incides in literam, quam quæris. Si vero maior eſt, quam aliquis ex ſex numeris huius tabellæ, dummodo non excedat 365. abiectis omnibus 30. addantur reſiduo tot vnitates, quot ſcriptæ ſunt iuxta numerũ, qui proxime minor eſt illo numero cõflato ex Lunę poſtpoſitione, & 9. & cum aggregato procede, vt dictũ eſt, numerando nimirũ illud à P, incluſiue retrogrado ordine, vel eius cõplementum ad 30. addito prius binario, ordine directo. Si denique numerus ex poſtpoſitione ac 9. conflatus æqualis eſt alicui ex 6. numeris prædictę tabellæ, nihil numerandum erit, ſed ſemper litera F, maiuſcula accipienda. Exempli gratia. Anno 3400. ex poſtpoſitione Lunæ 7. & 9. fiunt 16. Si igitur à P, incluſiue numeres retrograde 16. literas, incides in q, minuſculam, vt hic vides, P, N, M, H, G, F, E, D, C, B, A, u, t, ſ, r, q. In eandem incides, ſi naturali ordine numeres complementum numeri 16. ad 30. quod eſt 14. addito prius binario, vt fiant 16. vt hic apparet P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, p, q.

*Inuentio literæ tabulæ expanſæ accuratior memoriter.*

| | |
|---|---|
| 1 | 36 |
| 2 | 95 |
| 3 | 154 |
| 4 | 213 |
| 5 | 272 |
| 6 | 331 |

RVRSVS anno 6600. Poſtpoſitio Lunæ eſt 21. additiſque 9. fiunt 30. Litera ergo triceſima à P, incluſiue retrogrado ordine, nimirum a, minuſcula eſt ea, quæ inquiritur. quam etiam dat complementum numeri 30. ad 30. quod eſt 0. ſi prius addantur 2. naturali ordine numeratum, vt hic P, a. Quod ſi ex conflato numero 30. abijcias 30. nihil remanet, nihil ergo numerandum eſt à P, vel certe numeranda ſunt 30. atque ita iterum literam a, minuſculam offendes. Quam rurſus exhibebit complementum illius reſidui 0. hoc eſt, 30. ſi prius addantur 2. vt fiant 32. hoc eſt (abiectis 30.) 2. Vel certe complementum numeri 30. ad 30. quod eſt 0. additis prius 2. ſi naturali ordine à P, incluſiue numeretur, vt prius.

ITEM annis 28200. 28300. 28400. Poſtpoſitio Lunæ eſt 114. additis autem 9. fiunt 123. quo numero proxime minor eſt 95. in proxima tabella, cui præfigitur numerus 2. abiectis igitur 30. ex 123. quater, ſi reliquo numero 3. addantur. 2. fiunt 5. Quocirca litera G, maiuſcula, quæ quinta eſt à P, vt hic apparet P, N, M, H, G, tunc in vſu erit: Et ſi complementum numeri 5. ad 30. nimirum 25. binario auctum ordine naturali numeretur, eadem litera G, inuenietur, vt hic, P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, u, A, B, C, D, E, F, G, quæ etiam litera reperitur ſub die 123.

PRAETEREA annis 84500. 84600. Poſtpoſitio Lunæ eſt 356. additiſque 9. fiunt 365. quo numero proxime minor eſt 331. in proxima tabella. Abiectis igitur omnibus 30. reliquo numero 5. addantur 6. (hic enim numerus numero 331. in tabella aſcriptus eſt) vt fiant 11. Litera n. A, maiuſcula, quæ vndecima eſt à P, vt hic P, N, M, H, G, F, E, D, C, B,

Digitized by Google

C, B, A, tunc erit in vſu. Et quia complementum numeri 11. ad 30. eſt 19. additoque binario, fiunt 21. litera viceſima prima à P, ordine directo erit iterum A, vt hic P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, u, A. quæ quoque litera ſupra ſub die 365. inuenta eſt.

DENIQVE annis 49100. 49200. 49300. poſtpoſitio Lunæ eſt 204. additiſque 9. fiunt 213. qui numerus in ſuperiori tabella reperitur. Quare litera tunc erit F, maiuſcula.

Sex numeri proximæ tabellæ, quo pacto cognoſcantur memoriter.

NVMERI porro illi ſex proximę tabellę facile memoriæ tradentur, ſi primus tantum 36. non ignoretur, Nam alij quinque per continuam additionem coaceruati ſunt.

Quando poſtpoſitio Lunæ cum 9. maior eſt quã 365. quid agendum.

QVANDO numerus ex Lunæ poſtpoſitione, & 9. compoſitus ſuperat dies 365. vnius anni, diuidendus eſt per 365. & Quotiens ſeruandus. Deinde cum reſiduo inuenienda litera, vt prius cum numero egimus, qui maior non erat quam 365. Poſtremo poſt literam ſub prædicto reſiduo inuentam toties vndecim literæ in tabula ſuperiori numerandæ ſunt, quoties vnitas in ſupra ſeruato Quotiente continetur, ſumendo literas F, E, in vna cella collocatas pro vna ſola. Quod ſi in hac numeratione peruentum erit ad finem anni, & ſupererunt adhuc aliquot vnitates numerandæ, nõ erit redeundum ad principium anni, vbi litera P, eſt, ſed ad literam u, minuſculam ſub 12. die collocatam, atque ita numeratio abſoluenda. Ratio huius rei eſt, quod poſt literam A, maiuſculam infra vltimum diem anni non ſequatur litera P, maiuſcula ſub primo die anni poſita; propterea quod Epactæ Cyclum in Calendario non ſeruant, vt cap. 10. Num. 2. diximus, ſed litera u, minuſcula, quę vndecimum locum poſt P, maiuſculam occupat.

SI vero, inſtituta diuiſione per 365. Quotiens deprehendatur maior, quam 4. ſubtrahendæ ſunt à reſiduo diuiſionis tot vnitates, quot quaternarij in Quotiente continentur, propterea quod quartus quiſque annus dies 366. complectitur. Et ſi numerus indicans, quoties quaternarius in Quotiente comprehenditur, ſubtrahi nequeat à reſiduo diuiſionis, adijciendi ſunt 365. dies, & ex Quotiente vnitas minuenda. Quod ſi in Quotiente eodem, facta diuiſione per 365. reperiatur numerus maior quam 300. auferendæ adhuc erunt ex reſiduo tot vnitates, quoties 300. in illo Quotiente reperiuntur, ita tamen, vt Quotiente exiſtente 2400. non auferantur 8. (quamuis 300. in eo octies contineantur) ſed 7. quia ſpatio 2500. annorum debentur octo vnitates anticipationis Lunæ, non autem interuallo 2400. annorum, vt ſupra dictum eſt. Sic etiam, cum Quotiens ille maior eſt quam 19. abijcienda ſunt ex eo omnia 19. & quoties in reſiduo eſt vnitas, toties vndecim literæ in ſuperiori tabula poſt literam per reſiduum diuiſionis inuentam numerandæ. quę omnia in exemplis planiora erunt.

SIT quærenda litera ſeculo 90000. Poſtpoſitio Lunæ eſt 379. additiſque 9. fiunt 388. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 1. & ſuperſunt 23. Ergo litera h, minuſcula ſub die 23. accipienda erit. Sed quia Quotiens fuit 1. ſumenda eſt vndecima litera poſt h, inuentam, nimirum H, maiuſcula ſeculo 90000. propoſito.

RVRSVS anno 200000. poſtpoſitio Lunę eſt 852. additiſque 9. fiunt 861. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 2. & ſuperſunt 131. Inuenta ergo litera infra diem 131. erit t, poſt quam ſi numeres bis 11. propter Quotientem 2. offendes literam G, maiuſculam. ſeculo propoſito vſurpandam.

ITEM anno 301700. poſtpoſitio Lunæ eſt 1290. additiſque 9. fiunt 1299. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 3. & ſuperſunt 204. Litera ergo infra diẽ 204. inuenta erit d, minuſcula, poſt quam ſi numerentur ter 11. nimirum 33. reperietur P, maiuſcula pro dato ſeculo.

POSTREMO anno 90006000. Lunæ poſtpoſitio eſt 387018. additiſque 9. fiunt 387027. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 1060. remanentque 127. Quia vero in Quotiente continentur 4. ſecundum hunc numerum 265. qui ex reſiduo detrahi nequit, addemus 365. reſiduo 127. vt fiant 392. à quibus ſi demantur 264. (Nam quia additæ ſunt 365. demenda eſt 1. ex Quotiente 1060. vt fiant 1059. in quibus continentur 4. non ſecundum numerum 265. vt prius, ſed tantum ſecundum numerum 264.) ſuperſunt 228. à quibus ſi adhuc auferantur 3. (quod 300. in Quotiente 1059. contineantur ter) remanent 225. Litera ergo infra diem 225. in ſuperiore tabula reperietur m, minuſcula. Sed quoniam, abiectis omnibus 19. ex ſuperiori Quotiente 1059. ſuperſunt 14. numerandæ adhuc erunt 11. literæ quatuordecies poſt literam m, ſub die 225. inuentam, hoc eſt, litera 154. poſt illam m, nimirum f, minuſcula, (redeundo in numeratione poſt finem anni ad literam u, minuſculam infra diem 21. poſitam) ſeculo propoſito reſpondebit.

VT

Digitized by Google

VT quoque facilius litera quæsita inueniatur, ne opus sit sæpius 11. literas post inuentam per residuum diuisionis numerare, adijciemus toties 11. ad illud residuum. Infra numerum enim conflatum in superiori tabula litera quæsita inuenietur. Quod si numerus conflatus maior sit quam 365. abiectis 365. residuum post literam A, maiusculam infra 11. diem numeretur. Vt quia in primo exemplo post literam h, infra diem 23. numerandæ sunt 11. literę semel, addemus 11. ad 23. vt fiat 34. litera n. H, maiuscula infra diem 34. erit quæsita. In secundo autem exemplo, quoniam post literam t, infra diem 131. numerandæ sunt 11. literæ bis, addemus 22. vt fiant 153. Litera n. G, maiuscula infra diem 153. erit ea, quam quærimus. Item in tertio exemplo, quia post literam d, infra diem 204. numerandæ sunt 11. literę ter, si addamus 33. ad 204. fient 237. infra quem diem reperietur litera P, maiuscula. Quia denique in quarto exemplo post literam m, sub 225. die numerandæ sunt literæ 11. quater & decies, ducemus 11. in 14. numerumque procreatum 154. ad 225. adijciemus, vt fiant 379. Abiectis autem 365. supersunt 14. Litera ergo f, minuscula, quæ quartadecima est post A, infra diem 11. positam, erit ea, quæ desideratur.

Facilis inuentio literæ, quando sæpius 11. literæ numerandæ sunt.

INVENTA litera tabulę expansæ, vt docuimus, inuenietur illico in eius linea Epacta cuilibet aureo numero respondens, vt supra in vsu tabulę æquationis dictum est. Hac ratione in proximo exemplo inuenietur in linea literæ f, minusculę Epacta xxj. respondens aureo numero 18. anni 90006000.

Inuentio Epactæ accuratior, quã supra Num. 5. traditum est.

CAETERVM frustra, ac sine fructu tantus insumitur labor in Epactis ad tam multa annorum millia inquirendis, vt paulo ante, priusquam constructionem tabulæ dierum anni traderemus, diximus. Cum n. incertum sit, an anticipatio Lunæ per vnum diem in 312½. annis, & per 8. in annis 2500. Solis autem in 400. annis per 3. dies tamdiu motibus cælestibus respondura sit, nec ne: iure optimo cura hęc posteris relinquenda videtur, qui facilę ex ijs, quæ Num. 15. 16. & 19. scripturi sumus, æquationem aliter, vt nimirum illi seculo congruat, instituere poterunt. Nam perdifficile esse, ne dicam impossibile, præscribi posse æquationis rationem, etiamsi artificium expositum adhibeatur, quæ post plura annorum millia motibus cęlestibus (quod ad Lunas xiiij. quod caput est, attinet) congruat, facile sibi quiuis persuadebit, si attento animo consideret, non pauca scrupula in singularum Lunationum calculo omitti, quæ in centenis annorum millibus non paruum possint errorem inducere. Huc accedit quod dies illi 23. & hor. 17 quibus quolibet spatio 312½. annorum æquationem Lunę præuenimus, in annis 481436. ad 100. annos excrescant, ac proinde post tot annos æquatio in centesimum proxime insequentem reijcienda sit, quemadmodum post 2400. annos, vt cap. 8. Num. 4. & cap. 11. Num. 11. scripsimus. Exemplum certe manifestum est in anno 90006000. in quo Epacta inuenta est xxj. quę Nouilunium indicat die 10. Martij, cum tamen calculus illud idem exhibeat die 27. Martij. Contenti ergo simus, si nostra æquatio vsque ad annos 100000. vel etiam 200000. non multum à vero discrepet.

Frustra inquiri literam tabulæ expansæ post 100000. vel 200000. annos per superiora præcepta.

SECVNDVM hæc, quæ declarauimus, instituenda erit tabula æquationis Epactarum post annum 8100. (Nam in superiori tabula cap. 11. recte constituta est ad annum vsque 8100. inclusiue) aliter, quam supra cap. 11. factum est. quod fiet, si pro singulis centesimis per Lunę postpositionem litera tabulæ expansę inueniatur, vt supra post tabulam dierum anni docuimus. Continuabimus autem tabulam solum ad annum vsq. 28400. propterea quod fortassis post eum annum æquinoctium non amplius diei 21. Martij adhærebit, propter diem, quem duo anni in 402. annis neglecti efficiunt, vt cap. 5. Num. 17. diximus; ideoque tunc tabula æquationis iterum immutanda erit: vt frustra ea extendi videatur vlterius, si amplius vsui esse non possit, nisi corrigatur. Non erit autem difficile, eam vltra 28400. extendere, si postpositiones Lunæ recte considerentur. Vel facilius extendetur per tabulam cap. 11. Progrediuntur n. literę in tabula æquationis sequente, eodem prorsus ordine retrogrado, quem in superiori tabula æquationis seruant: solum infra F, maiusculam ponenda est alternis litera D, maiuscula, non autem E. Ita vides anno 8100. in superiori tabula præfixam esse literam F, maiusculam, anno vero 8200. in tabula sequenti literam D, non autem E. Deinde infra proxime insequentem literam F, præfixam anno 14900. collocari literam E, ad annum 15000. sed infra aliam subsequentem literam F, anno 21800. præpositam, iterum scribi D, non autem E, &c. Atque hoc modo instituta æquatione, non amplius locum habet Cyclus 300000. annorum, vt in superiore tabula equationis

Constructio tabulæ æquationis accuratior, quam cap. 11.



Digitized by Google

Recte aliquando in tabula expansa descensum fieri per duas lineas.

NEMINI autem mirum videatur, quod interdum, propter hanc nouam æquationis tabulam per duas lineas in tabula expansa descensus fiat, nimirum ab F, ad D, ab anno 8100. ad annum 8200. & ab anno 21800. ad annum 21900. &c. vt in sequenti tabula patebit. Nam etiamsi hac ratione non pauca Nouilunia videantur plus æquo postponi, tamen nisi id fieret, plurima Nouilunia plus, quam par est, anticiparent sedes suas, eorumque dies xiiij. præirēt Plenilunia media plus vno die. Perspicuum autē est, minus peccatum esse in postpositione Lunæ xiiij. quam in anticipatione. Exempla sint hæc. Anno 8300. aureus numerus est 17. Epacta secundum tabulam sequentem xxvij. reponens Lunam xiiij. in 16. Aprilis. Plenilunium autem medium incidit in Aprilis Diem 16. hor. 6. fere à mer. quod Canonibus congruit. Epacta vero secundum superiorem tabulam æquationis est xxviij. cuius Luna xiiij. sedem habet in 15. Aprilis ante tempus debitum. Rursus anno 8303. tam aureus numerus, quam Epacta est 1. ex sequenti tabula, & Luna xiiij. cadit in 12. Aprilis. Plenilunium autem medium in Aprilis Diem 12. hor. 21. fere post mer. vt Canones volunt. Superior tabula dat Epactam ij. & Lunam xiiij. in 11. Aprilis, contra Canones. Denique (vt plura alia exempla omittam) anno 8305. aureus numerus est 3. & Epacta xxiij. in sequenti tabula: Luna autem xiiij. incidit in 21. Martij. Et Plenilunium medium in Martij Diem 21. hor. 15, fere à mer. intra terminos Paschales. At tabula superior præbet Epactam xxiiij. cuius Luna xiiij. cadit in 18. Aprilis: Plenilunium autem medium incidit in Aprilis diem 20. hor. 3. à mer. extra terminos Paschales: atque adeo secundum superiorem tabulam celebraretur Pascha in secundo mense. Recte ergo aliquando per duas literas descensus fit in tabula expansa, vt dictum est.

Cur superior tabula æquationis annorum 300000. cap. 11 proposita sit, cū tamen sit fallax

IAM vero, si quis desideret etiam vltra annum 28400. inuenire literam cuicunque seculo congruentem, facile id assequetur, si tabulam æquationis sequentem secundum ea, quæ tradidimus, extendat: vel si eam extendere nolit, sequentem tabellam diligenter inspiciat, & tabulam æquationis cap. 11. adhibeat, quam integram suo loco reliquimus tum quia per eam Epactas etiam emendatas venabimur, vt docebimus, tum vt discrimen inter illam æquationem, & hanc appareret, tum etiam, vt constaret progressus ille vniformis in Epactis æquandis, si à binis Epactis in eadem cellula positis non interrumperetur, tum vero maxime, quia in illa ascripti sunt dies quolibet centesimo exempti, qui quidem non raro in vsum veniunt, vt supra diximus. Regula autem hæc tenenda est.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 8200 | 21900 | 35700 | 49400 | 63100 | 76700 | 90600 | 104200 | 117900 |

| 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 131700 | 145400 | 159100 | 172900 | 186600 | 200300 | 214100 | 227800 | 241500 |

| 19 | 20 | 21 | 22 | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 255100 | 269000 | 282600 | 296300 | vsq; ad | 310000 | |

Facilis inuentio literæ tabulæ expansæ, vsque ad annum 310000.

A quolibet centesimo huius tabellæ vsque ad sequentem, numerentur post literam, quam superior æquationis tabula cap. 11. offert, tot literæ ordine retrogrado, quot vnitates sunt in numero supra centesimum huius tabellæ posito. Vltima namque litera dato seculo vsurpanda erit. V. g. Literę ab anno 1600. vsque ad 8200. excluſiuè sumendæ sunt, vt in superiori tabula æquationis habentur. At si proponatur annus 20000. numeranda erit post literam d, superioris tabulæ vna litera, nimirum vsque ad c, propter 1. supra 8200. Item si detur annus 267800. numerandæ erunt post literam t, superioris tabulæ nouendecim literæ, vsque ad N, maiusculam, propter 19. vnitates positas supra 255100. vt hic appareat ſ, r, q, p, n, m, l, k, i h, g, f, e, d, c, b, a, P, N, Et sic de cæteris.

TABV-

Digitized by Google

# TABVLA AEQVATIONIS emendata post annum 8100. vsque ad annum 28400.

| | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| D | 8200 | | | d | 12600 | | | q | 17000 | | |
| D | 8300 | | ☾ | d | 12700 | | ☾ | q | 17100 | | ☾ |
| D | 8400 | Biss. | | d | 12800 | Biss. | | q | 17200 | Biss. | |
| C | 8500 | | | c | 12900 | | | p | 17300 | | |
| C | 8600 | | ☾ | c | 13000 | | ☾ | p | 17400 | | ☾ |
| B | 8700 | | | b | 13100 | | | n | 17500 | | |
| B | 8800 | Biss. | | b | 13200 | Biss. | | n | 17600 | Biss. | |
| B | 8900 | | ☾ | b | 13300 | | ☾ | n | 17700 | | ☾ |
| A | 9000 | | | a | 13400 | | | m | 17800 | | |
| u | 9100 | | | P | 13500 | | | l | 17900 | | |
| u | 9200 | Biss. | | a | 13600 | Biss. | ☾ | m | 18000 | Biss. | ☾ |
| u | 9300 | | ☾☾ | P | 13700 | | | l | 18100 | | |
| t | 9400 | | | N | 13800 | | | k | 18200 | | |
| ſ | 9500 | | | N | 13900 | | ☾ | k | 18300 | | ☾ |
| t | 9600 | Biss. | ☾ | N | 14000 | Biss. | | k | 18400 | Biss. | |
| ſ | 9700 | | | M | 14100 | | | i | 18500 | | |
| r | 9800 | | | H | 14200 | | | i | 18600 | | ☾ |
| r | 9900 | | ☾ | H | 14300 | | ☾☾ | h | 18700 | | |
| r | 10000 | Biss. | | H | 14400 | Biss. | | h | 18800 | Biss. | |
| q | 10100 | | | G | 14500 | | | h | 18900 | | ☾ |
| q | 10200 | | ☾ | G | 14600 | | ☾ | g | 19000 | | |
| p | 10300 | | | F | 14700 | | | f | 19100 | | |
| p | 10400 | Biss. | | F | 14800 | Biss. | | f | 19200 | Biss. | |
| p | 10500 | | ☾ | F | 14900 | | ☾ | f | 19300 | | ☾☾ |
| n | 10600 | | | E | 15000 | | | e | 19400 | | |
| m | 10700 | | | D | 15100 | | | d | 19500 | | |
| n | 10800 | Biss. | ☾ | E | 15200 | Biss. | ☾ | e | 19600 | Biss. | ☾ |
| m | 10900 | | | D | 15300 | | | d | 19700 | | |
| l | 11000 | | | C | 15400 | | | c | 19800 | | |
| l | 11100 | | ☾ | C | 15500 | | ☾ | c | 19900 | | ☾ |
| l | 11200 | Biss. | | C | 15600 | Biss. | | c | 20000 | Biss. | |
| k | 11300 | | | B | 15700 | | | b | 20100 | | |
| k | 11400 | | ☾ | B | 15800 | | ☾ | b | 20200 | | ☾ |
| i | 11500 | | | A | 15900 | | | a | 20300 | | |
| i | 11600 | Biss. | | A | 16000 | Biss. | | a | 20400 | Biss. | |
| h | 11700 | | † | A | 16100 | | ☾ | a | 20500 | | ☾ |
| h | 11800 | | ☾☾ | u | 16200 | | | P | 20600 | | |
| g | 11900 | | | t | 16300 | | | N | 20700 | | |
| g | 12000 | Biss. | | u | 16400 | Biss. | ☾ | P | 20800 | Biss. | ☾ |
| g | 12100 | | ☾ | t | 16500 | | | N | 20900 | | |
| f | 12200 | | | ſ | 16600 | | | M | 21000 | | |
| e | 12300 | | | r | 16700 | | | M | 21100 | | ☾ |
| f | 12400 | Biss. | ☾ | ſ | 16800 | Biss. | ☾☾ | M | 21200 | Biss. | |
| e | 12500 | | | r | 16900 | | | H | 21300 | | |



Digitized by Google

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| H | 21400 | | ☾ | q | 23800 | | | e | 26200 | | |
| G | 21500 | | | q | 23900 | | ☾ | d | 26300 | | |
| G | 21600 | Biſſ. | | q | 24000 | Biſſ. | | e | 26400 | Biſſ. | ☾ |
| F | 21700 | | † | p | 24100 | | | d | 26500 | | |
| F | 21800 | | ☾☾ | n | 24200 | | | c | 26600 | | |
| D | 21900 | | | n | 24300 | | ☾☾ | b | 26700 | | |
| D | 22000 | Biſſ. | | n | 24400 | Biſſ. | | c | 26800 | Biſſ. | ☾☾ |
| D | 22100 | | ☾ | m | 24500 | | | b | 26900 | | |
| C | 22200 | | | m | 24600 | | ☾ | a | 27000 | | |
| B | 22300 | | | l | 24700 | | | a | 27100 | | ☾ |
| C | 22400 | Biſſ. | ☾ | l | 24800 | Biſſ. | | a | 27200 | Biſſ. | |
| B | 22500 | | | l | 34900 | | ☾ | P | 27300 | | |
| A | 22600 | | | k | 25000 | | | P | 27400 | | ☾ |
| A | 22700 | | ☾ | i | 25100 | | | N | 27500 | | |
| A | 22800 | Biſſ. | | k | 25200 | Biſſ. | ☾ | N | 27600 | Biſſ. | |
| u | 22900 | | | i | 25300 | | | N | 27700 | | ☾ |
| u | 23000 | | ☾ | h | 25400 | | | M | 27800 | | |
| t | 23100 | | | h | 25500 | | ☾ | H | 27900 | | |
| t | 23200 | Biſſ. | | h | 25600 | Biſſ. | | M | 28000 | Biſſ. | ☾ |
| t | 23300 | | ☾ | g | 25700 | | | H | 28100 | | |
| ſ | 23400 | | | g | 25800 | | ☾ | G | 28200 | | |
| r | 23500 | | | f | 25900 | | | G | 28300 | | ☾ |
| ſ | 23600 | Biſſ. | ☾ | f | 26000 | Biſſ. | | G | 28400 | Biſſ. | |
| r | 23700 | | | f | 26100 | | ☾ | | | | |

Conſtructio tabulæ ſequentis ad Epactam inquirendam.

11 IAM vero ab anno Domini 1600. dicto citius Epactam reperies ex ſequenti tabula, quę ſic extruitur. Scribantur in ſex lineis anni expanſi ab anno 0. vſque ad annum 99. ponendo 19. annos in ſingulis, excepta linea ſexta, in qua ſolum quinque anni deſcripti ſunt. Infra hos ad ſiniſtram collocentur ordine omnes anni centeſimi, initio facto ab anno 1600. Deinde inuentis aureis numeris centeſimorum annorum, quærantur per eos vel ex tabula expanſa, vel ex Cyclo Epactarum perpetuo, adhibita æquationis tabula, Epactæ eorundem centeſimorum, quæ iuxta annos centeſimos, quæque iuxta ſuum, ſub annis expanſis 0. 19. 38. 57. 76. 95. deſcribantur. Ex his reliquæ Epactæ ſingularum linearum formabuntur per continuam additionem 11. reiectis ſemper 30. quando ſumma fit maior quam 30. quando autem ſumma eſt 30. ponatur Epacta ✳. Hoc tamen obſeruato, vt ad Epactam aureo numero 19. reſpondentem addas 12. non autem 11. Item quando Epacta 25. reſpondet aureo numero maiori, quam 11. ponas eam, quæ diuerſo colore, vel charactere ſcribi ſolet. Immo eaſdem Epactas facilius deſcribes hac ratione. In tabula expanſa ſume literam dato centeſimo congruentem, & eius Epactam aureo numero eiuſdem centeſimi reſpondentem repone in prima cellula poſt illum centeſimum, & in alijs cellulis Epactas ſequentes eiuſdem lineæ, redeundo ad initium lineæ, quando opus erit. Atque hæc tabula in infinitum extendi poterit, quemadmodum hæc ab anno Domini 1600. vſque ad annum 3900. extenſa eſt.

EPA-

Digitized by Google

## EPACTARVM INVENTIO AB ANNO DOMINI 1600.

| Anni expansi. | 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 | 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 |
| | 38 | 39 | 40 | 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | 51 | 52 | 53 | 54 | 55 | 56 |
| | 57 | 58 | 59 | 60 | 61 | 62 | 63 | 64 | 65 | 66 | 67 | 68 | 69 | 70 | 71 | 72 | 73 | 74 | 75 |
| | 76 | 77 | 78 | 79 | 80 | 81 | 82 | 83 | 84 | 85 | 86 | 87 | 88 | 89 | 90 | 91 | 92 | 93 | 94 |
| | 95 | 96 | 97 | 98 | 99 | | | | | | | | | | | | | | |
| 1600 | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | j | xij | xxiij | iiij |
| 1700 | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxv j | vij | xviij | ✳ | xj | xxij | iii | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij |
| 1800 | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |
| 1900 | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xx | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij |
| 2000 | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxix | x | xxj | ij | xiij |
| 2100 | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij |
| 2200 | xiij | xxiiij | v | xvj | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij |
| 2300 | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvij |
| 2400 | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |
| 2500 | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij |
| 2600 | xxij | iij | xiiij | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj |
| 2700 | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxvj | vij |
| 2800 | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij |
| 2900 | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj |
| 3000 | ij | xiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj |
| 3100 | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiiij | v | xvj |
| 3200 | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj |
| 3300 | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj |
| 3400 | xj | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ |
| 3500 | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxij | iij | xiiij | xxv |
| 3600 | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj |
| 3700 | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv |
| 3800 | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxviij | ix |
| 3900 | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxviij | ix | xxj | ij | xiij | xxiiij | v |



Digitized by Google

IN hac tabula reperies Epactam anni propositi, si ad sinistram accipies centesimum datum, & in vertice annum expansum post illum centesimum. In angulo enim communi Epacta dati anni descripta est. Vt anno 1627. Epacta est xiij. Anno 2085. Epacta est iij. Anno 2106. Epacta est 25. diuerso charactere depicta. Anno denique 3000. Epacta est ij. è regione anni 3000. sub anno expanso o.

Inuentio Epactarum ex tabellis temporarijs.

AD maiorem quoque facilitatem proponemus hic aliquot tabellas temporarias pro varijs seculis, in quibus illico reperitur Epacta respondens aureo numero anni cuiuslibet propositi: ita vt pro Epacta inuestiganda ad quemlibet annum quærendus primum sit numerus aureus illius anni: quo inuento, statim in tabella illi seculo inseruiens sub eo aureo numero Epacta inuenietur. Vt quoniam anno 837. aureus numerus est 2. reperies in 3. tabella, quæ ab anno 800. vsque ad annum 1099. inclusiue in vsu est, Epactam xx. quæ tunc Nouilunia monstrabat, etsi aureus numerus in Calendario Concilij Nicæni temporibus eadem paulo serius indicabat: propterea quod Nouilunia à temporibus eius Concilij vsque ad annum 837. loca sua in Calendario anticiparunt; ideoque aurei numeri in eodem Calendario dispositi tardius Nouilunia anno 837. monstrabunt, quam Epacta inuenta xx.

Constructio tabellarum temporariarum pro Epactis inuestigandis.

CONSTRVCTIO porro harum tabellarum perfacilis est. Si enim in tabula equationis Epactarum cap. 11. descripta sumatur litera dato centesimo, vel anno, à quo proposita tabella incipit, congruens, (quam quidem cuilibet tabellæ apposuimus) & in tabula expansa Epacta in linea eiusdem literæ, aureo numero eiusdem centesimi, vel anni, respondens excerpatur; scribendi erunt omnes 19. aurei numeri in superiori parte tabellæ, initio facto ab aureo numero illius centesimi, vel anni, & sub primo aureo numero Epacta illi respondens; à qua omnes aliæ formabuntur per continuam additionem 11. Solummodo Epactæ sub aureo numero 19, addenda sunt 12. vt Epacta sub aureo numero 1. formetur. Ad finem quoque cuiusque tabulæ ascripsimus anno, à quibus eadem tabella incipit, vt facilior reddatur Epactarum inuentio, ne cogamur pro quolibet anno aureum numerum inuestigare ante Epactę inuestigationem. Nam si in qualibet tabella incipias numerare ab anno ad calcem tabellæ posito, qui proxime minor sit anno oblato, vel certe ab anno, à quo tabellæ vsus incipit, si forte annus oblatus minor sit minimo illorum annorum, qui ad calcem tabellæ positi sunt, vsque ad eundem propositum annum, terminabitur numeratio in cellula aurei numeri, & Epactę anni propositi. Verbi gratia, si proponatur annus 4328. numerandum erit in 22. tabella ab anno 4314. vsque ad annum 4328. qui in aureum numerum 16. & Epactam iiij, incidit. Et sic de cæteris. Itaque, vt vides, per easdem tabellas reperitur etiam aureus numerus anni propositi. Nam in proposito exęplo inuenta non solum est Epacta iiij. Nouilunia indicans anno 4328. verum etiam aureus numerus 16. eiusdem anni. Atque hoc modo quotuis aliæ tabellæ temporariæ extrui poterunt.

Inuentio aurei numeri per tabellas temporarias.

## I. Ab anno Domini o. vsque ad annum 319. inclusiue. N.

| Aur.num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij |

| Aur.num. | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ. | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 |

| 19 | 38 | 57 | 76 | 95 | 114 | 133 | 152 | 171 | 190 | 209 | 228 | 247 | 266 | 285 | 304 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

II. Ab

Digitized by Google

II. Ab anno Domini 320. vſque ad annum 799. incluſiue. P

| Aur.num. | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | iiij | xv | xxvj | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv |

| Aur.num. | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 339 | 358 | 377 | 396 | 415 | 434 | 453 | 472 | 491 | 510 | 529 | 548 | 567 | 586 | 605 |
| 624 | 643 | 662 | 681 | 700 | 719 | 738 | 757 | 776 | 795 | | | | | |

III. Ab anno Domini 800. vſque ad annum 1099. incluſiue. a

| Aur.num. | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj |

| Aur.num. | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | ix | xx |

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 819 | 838 | 857 | 876 | 895 | 914 | 933 | 952 | 971 | 990 | 1009 | 1028 | 1047 | 1066 | 1085 |

IIII. Ab anno Domini 1100. vſque ad annum 1399. incluſiue. b

| Aur.num. | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xvij | xxviij | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij |

| Aur.num. | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj |

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1119 | 1138 | 1157 | 1176 | 1195 | 1204 | 1233 | 1252 | 1271 | 1290 | 1309 | 1328 | | |
| 1347 | 1366 | 1385 | | | | | | | | | | | |

V. Ab anno Domini 1400. vſque ad 4. diem Octobris anni 1582. incluſiue, hoc eſt, vſque ad correctionem Calendarij. c

| Aur.num. | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | xj | xxij | iij | xiiij | xxv |

| Aur.num. | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1419 | 1438 | 1457 | 1476 | 1495 | 1514 | 1533 | 1552 | 1571 |

VI. A die

Digitized by Google

VI. A die 5. Octobris anni 1582. hoc est, à correctione Calendarij, vsque ad annum 1699. inclusiue. D

| Aur.num. | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj |

| Aur.num. | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxvij | viij | xix | j | xij | xxiij | iiij | xv |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1601 | 1620 | 1639 | 1658 | 1677 | 1696 |

VII. Ab anno Domini 1700. vsque ad annum 1899. inclusiue. C

| Aur.num. | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | ✳ |

| Aur.num. | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1719 | 1738 | 1757 | 1776 | 1795 | 1814 | 1833 | 1852 | 1871 | 1890 |

VIII. Ab anno Domini 1900. vsque ad annum 2199. inclusiue. B

| Aur.num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix |

| Aur.num. | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ. | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1919 | 1938 | 1957 | 1976 | 1995 | 2014 | 2033 | 2052 | 2071 | 2090 | 2109 | 2128 |
| 2147 | 2166 | 2185 | | | | | | | | | |

IX. Ab anno Domini 2200. vsque ad annum 2299. inclusiue. A

| Aur. num. | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xiij | xxiiij | v | xvj | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij |

| Aur.num. | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 2219 | 2238 | 2257 | 2276 | 2295 |



Digitized by Google

X. Ab anno 2300. vſque ad annum 2399. incluſiue. u

| Aur. num. | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij |

| Aur. num. | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvij |

| 2319 | 2338 | 2357 | 2376 | 2395 |
|---|---|---|---|---|

XI. Ab anno 2400. vſque ad annum 2499. incluſiue. A

| Aur. num. | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij |

| Aur. num. | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | v | xvj | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |

| 2419 | 2438 | 2457 | 2476 | 2495 |
|---|---|---|---|---|

XII. Ab anno 2500. vſque ad annum 2599. incluſiue. u

| Aur. num. | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvij | viij | xix |

| Aur. num. | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij |

| 2519 | 2538 | 2557 | 2576 | 2595 |
|---|---|---|---|---|

XIII. Ab anno 2600. vſque ad annum 2899. t

| Aur. num. | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxij | iij | xiiij | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij |

| Aur. num. | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj |

| 2619 | 2638 | 2657 | 2676 | 2695 | 2714 | 2733 | 2752 | 2771 | 2790 | 2809 | 2828 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2847 | 2866 | 2885 | | | | | | | | | |



Digitized by Google

XIIII. Ab anno 2900. vsque ad annum 3099. inclusiue. f

| Aur.num. | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxv | vj | xvij | xxviij |

| Aur.num. | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2919 | 2938 | 2957 | 2976 | 2995 | 3014 | 3033 | 3052 | 3071 | 3090 |

XV. Ab anno 3100. vsque ad annum 3399. inclusiue. r

| Aur.num. | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxvij | viij | xix | * | xj | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij |

| Aur.num. | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiiij | v | xvj |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3119 | 3138 | 3157 | 3176 | 3195 | 3214 | 3233 | 3252 | 3271 | 3290 | 3309 | 3328 |
| 3347 | 3366 | 3385 | | | | | | | | | |

XVI. Ab anno 3400. vsque ad annum 3499. inclusiue. q

| Aur.num. | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xj | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij |

| Aur.num. | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | * |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 3419 | 3438 | 3457 | 3476 | 3495 | |

XVII. Ab anno 3500. vsque ad annum 3599. inclusiue. p

| Aur.num. | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vj | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj |

| Aur.num. | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vij | xviij | xxix | x | xxij | iij | xiiij | xxv |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3519 | 3538 | 3557 | 3576 | 3595 | 3719 | 3738 | 3757 | 3776 | 3795 |



Digitized by Google

XVIII. Ab anno 3600. vsque ad annum 3699. inclusiue. q

| Aur. num. | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | * | xj | xxiij |

| Aur. num. | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 3619 | 3638 | 3657 | 3676 | 3695 |

XIX. Ab anno 3700. vsque ad annum 3799. inclusiue. p

| Aur. num. | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij |

| Aur. num. | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 3719 | 3738 | 3757 | 3776 | 3795 |

XX. Ab anno 3800. vsque ad annum 4099. inclusiue. n

| Aur. num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | * | xj |

| Aur. num. | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xxij | iij | xiiij | 25 | vj | xvij | xxviij | ix |

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3819 | 3838 | 3857 | 3876 | 3895 | 3914 | 3933 | 3952 | 3971 | 3990 | 4009 | 4028 |
| 4047 | 4066 | 4085 | | | | | | | | |

XXI. Ab anno 4100. vsque ad annum 4199. m

| Aur. num. | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | v | xvj | xxvij | viij | xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj |

| Aur. num. | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 4119 | 4138 | 4157 | 4176 | 4195 |



Digitized by Google

## XXII. Ab anno 4200. vsque ad annum 4499. inclusiue. l

| Aur. num. | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx |

| Aur. num. | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xix |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4219 | 4238 | 4257 | 4276 | 4295 | 4314 | 4333 | 4352 | 4371 | 4390 | 4409 | 4428 |
| 4447 | 4466 | 4485 | | | | | | | | | |

## XXIII. Ab anno 4500. vsque ad annum 4699. inclusiue. k

| Aur. num. | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xiiij | 25 | vj | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v |

| Aur. num. | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xvj | xxvij | viij | xix | ✳ | xj | xxij | iij |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4519 | 4538 | 4557 | 4576 | 4595 | 4614 | 4633 | 4652 | 4671 | 4690 |

## XXIIII. Ab anno 4700. vsque ad annum 4999. inclusiue. i

| Aur. num. | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x | xxj | ij | xiij | xxiiij |

| Aur. num. | 19 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | v | xvij | xxviij | ix | xx | j | xij | xxiij |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4719 | 4738 | 4757 | 4776 | 4795 | 4814 | 4833 | 4852 | 4871 | 4890 | 4909 | 4928 |
| 4947 | 4966 | 4985 | | | | | | | | | |

## XXV. Ab anno 5000. vsque ad aunum 5099. h

| Aur. num. | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xix | ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix |

| Aur. num. | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ | xx | j | xij | xxiij | iiij | xvj | xxvij | viij |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 5019 | 5038 | 5057 | 5076 | 5095 | |



Digitized by Google

12 CAETERVM inuenta Epacta cuiuslibet anni, formabitur facili negotio sequentis anni Epacta, si ad illam adijciantur 11. & ex summa, si maior quam 30. fuerit, abijciantur 30. Vel si fuerit 30. pro Epacta sumatur signum ✳. Cuius rei causa est hæc. Quoniam vt cap. 8. Num. 4. docuimus, annus Solaris Lunarem superat 11. diebus, fient Nouilunia quolibet anno 11. diebus prius, quam anno superiore; ac propterea ad Epactam antecedentis anni addenda sunt 11. vt componatur Epacta anni sequentis, quæ nimirum 11. diebus illã in Calendario antecedat. Solum ad Epactam illius anni, in quo aureus numerus est 19. addenda sunt 12. non autem 11. vt sequentis anni Epacta conficiatur, in quo aureus numerus est 1. cuius rei causam mox aperiemus. Obseruandum tamen est, (quod supra etiam cap. 10. Num. 5. dictum est) vt quando Epacta ita conflata est xxv. aureusque numerus illius anni, in quo Epacta illa est in vsu, maior existit, quam 11. assumatur Epacta illa 25. quæ diuerso ab alijs colore, vel charactere est insignita.

Epacta cuiuslibet anni, quo pacto ab Epacta antecedẽtis anni formetur.

13 CVR autẽ ex additione 12. potius, quam 11. ad Epactam illius anni, in quo aureus numerus est 19. formanda sit Epacta insequentis anni, causa hæc est. Ex illis diebus 209. qui in 19. annis Solaribus conflantur ex 11. diebus, quibus singuli anni Solares singulos Lunares superant, constituntur septem Lunationes Emboliſmicę, sex quidem dierum 30. vna vero dierum 29. vt cap. 8. Num. 5. diximus. Igitur non essent semper abijcienda 30. ex summa conflata per additionem 11. ad Epactam antecedentem, quando ea summa maior est, quam 30. ac proinde quando annus ille Lunaris Emboliſmicus est continens 13. Lunationes, vt ex cap. 17. intelligetur; sed in septimo Emboliſmo atque vltimo, cuius Lunatio dies tantum 29. complectitur, auferri deberent tantummodo 29. Cum ergo regula vsitata abijciat semper 30. vt omnes Emboliſmi similes sint, necesse est post vltimum Emboliſmum addere 12. ad Epactam, vt insequentis anni Epacta conficiatur: vt nimirum vnitas illa, quæ antecedenti Epactæ adempta est, sequenti Epactæ restituatur. Quod si à superiore Epacta ablata essent solum 29. vt par esset, satis foret, si adijcerentur 11. ad insequentis anni Epactam colligendam, sicut in alijs fit. Ita enim procrearetur eadem numero Epacta, quę ante 19. annos in vsu fuit, Nouiluniaque ad eosdem dies redirent, vt Cycli decennouennalis ratio postulat: quemadmodum accidit, si vltimę Epactæ addantur 12. quando exempta sunt 30. in vltimo Emboliſmo. Quanquam autem annus, in quo aureus numerus est 19. non fuerit ante Calendarij correctionem septimus siue vltimus Emboliſmicus, sed penultimus, siue sextus, vt cap. 17. ostendemus: quia tamen annus ille semper fuit Emboliſmicus, & numerus 19. est omnium numerorum aureorum maximus, ac postremus, placuit Computistis additionem numeri 12. fieri tunc, cum aureus numerus 19. vsurpatur. Nullus enim error notabilis ea ex re in Lunationibus accidere potest. Eadem de causa voluimus & nos illam additionem fieri, quando aureus numerus est 19. quæcunque tunc Epacta ei respondeat, vt antiquorum vestigijs, quoad eius fieri potest, insisteremus, etsi annus ille neque sit vltimus Emboliſmicus semper, neque vero semper Emboliſmicus. Verum hæc planius atque apertius cap. 17. percipientur.

Quare addãtur 12. ad Epactam cum Aur. num. 19. concurrente ad efficiendam sequentis anni Epactam.

14 HINC patet ratio, cur, quando aureus numerus 19. in vsu est, ad dies, qui post vltimam Lunationem Decembris supersunt, adijciatur vnitas, vt sequentis anni Epacta formetur, veluti ad finem cap. 10. Num. 14. dictum est: quia nimirum ad Epactam cum aureo numero 19. currentem apponenda sunt 12. cum ad alias tantum 11. addantur, ad procreandã Epactam insequentis anni, vt proxime ostendimus. Quod si vnitas tunc non adderetur, offerrent superflui illi dies Epactam vna vnitate minorem, eam videlicet quæ ex additione 11. ad superiorem Epactam efficeretur, quemadmodum fit in alijs, non autem eam, quæ gignitur ex additione 12. quod absurdum est. Excipiuntur tamen hæ duæ Epactæ xviij. & xix. quę si vna cum aureo numero 19. in vsu sunt, non addenda est vnitas diebus illis superfluis, sed ipsi dies superflui Epactam sequentis anni exhibent: quia tunc Lunationibus duarum harum Epactarum in Decembri adimitur vnus dies, ita vt fiant dierum duntaxat 29. cum alias semper complectantur dies 30. Quo fit, vt vno die citius tunc Lunatio vtriusque Epactæ in Decembri terminetur, quam oporteret, ac proinde supersit ille dies in fine Decembris, qui alioquin deberet alijs diebus superfluis adijci. Cur autem, currente aureo numero 19. cum duabus illis Epactis, earum Lunationes mense Decembri contineant tantum 29. dies, cap. 17. in quo de Emboliſmis agetur, explicabimus.

Cur aureo numero 19. currẽte ad dies, qui in Decẽbri post vltimã Lunationem supersunt, addenda sit vnitas, vt Epacta sequentis anni constituatur.

NON est etiam prætereundum, quando de linea superiori ad inferiorem fit descensus in tabula expansa, addenda tantum esse 10. ad Epactam, vt sequens Epacta formetur,



Digitized by Google

nisi forte aureus numerus sit 19. Tunc enim adduntur 11. Quando autem de inferiori linea ad superiorem ascendendum est, addenda sunt 12. etiamsi aureus numerus non sit 19. Immo si esset aureus numerus 19. addenda essent in illo ascensu 13. quæ omnia in tabula expansa perspicua sunt. Hoc autem ita faciendum esse, exigit æquatio Lunæ. Extra enim hunc casum regula Num. 12. tradita seruanda est.

Cur non semper Epacta sequens formetur per addirionẽ 11. vel 12.

15 IAM vero si post aliquot secula elapsa ab Astronomis alia diuersa ab ea, quam nunc sequimur, anni magnitudo deprehendatur, ita vt annus Alphonsinus non amplius medius sit inter maximum annum, ac minimum, ac proinde omissio trium dierum intercalarium quolibet 400. annorum spatio æquinoctium vernum longius à die 21. Martij cogat recedere, ita vt ad eum sua sponte reuerti nequeat, restituendum erit æquinoctiũ ad diẽ 21. Martij per intercalationẽ, siue omissionẽ tot dierũ extra ordinẽ in aliquo anno, quot diebus ipsum versus finẽ mensis, vel versus principiũ à 21. die discesserit, vt cap. 5. Nu. 14. docuimus. Restituto autẽ hac ratione æquinoctio, recipienda iterũ erit æquatio nostra anni Solaris, quæ spatio quouis 400. annorũ ternos dies intercalares iubet omitti, vel alia magis cõmoda instituẽda, pro anni Solaris noua magnitudine inuẽta. Deinde innouãda erit æquationis tabula hoc modo. Si vt æquinoctiũ ad diẽ 21. Martij reduceretur, intercalati fuerint aliquot dies, ascendendũ erit in tabula expansa ab ea linea Epactarũ, quæ tũ in vsu erat ante intercalationem, per tot lineas, quot dies intercalares interpositi fuerint, ita vt in vsum adhibeatur ea linea cuius Epactæ tot vnitatibus maiores sint Epactis alterius lineæ, quæ ante intercalationem illam extraordinariam vsurpabatur, quot dies fuerint intercalati; quia videlicet totidem diebus Nouilunia citius contingent, quam ante a, propter ascititios illos dies anno extra ordinem adiectos. Si vero ad restituendum æquinoctium in diem 21. Martij, exempti fierint aliquot dies ex anno, descendendum erit in tabula expansa per tot lineas ab ea linea Epactarum, quæ tunc vsum habebat, quot dies ex anno fuerint exempti, ita vt ad Nouilunia inuestiganda recipiatur ea linea, quæ Epactas contineat tot vnitatibus minores Epactis alterius lineæ, quæ ante hanc dierum exemptionem in vsu erat, quot dies exempti fuerint; propterea quod totidem diebus Nouilunia tardius contingent, quam antea, ob dies illos ex anno extra ordinem detractos. Litera postea huic lineæ Epactarum ascripta, ad quam vsque factus est ascensus, descensusue, præfigenda est in tabula æquationis illi anno, in quo extraordinaria illa dierum intercalatio, vel exemptio facta fuerit. Postremo vltra eum annum continuanda erit æquationis tabula ex præceptis cap. 11. & hoc cap. Num. 10. traditis, initio facto à centesimo anno, qui illi anno, in quo æquinoctium restitutum fuerit, si non sit centesimus, proximus erit: ita vt, quando Solaris annus æquatione eget, non autem Lunaris, descensus fiat in tabula expansa ad proxime inferiorem lineam: quando autem Lunaris annus æquationem desiderat, Solaris non item, ascendatur ad lineam proxime superiorem: quando deniq. neuter annus, vel vterq. æquandus est, in eadẽ linea Epactarũ persistatur, vt supra cap. 11. Nu. 9. in tripertita illa regula dictũ est: Adhibita tamen semper correctione, quam hoc cap. Num. 10. præscripsimus.

Qua ratione instauranda sit tabula æquationis Epactarum, si forte alia anni magnitudo inueniatur à posteris.

16 QVOD si forte defectus aliquis in æquatione Lunę deprehensus fuerit, ita vt Luna non annis $312\frac{1}{2}$. per diem vnum sedes suas anteuertat in Calendario, sed pauciori-bus, pluribusue, vel tabula æquationis Epactas non recte exhibeat post aliquot annorum millia, mutari poterit facile ratio æquationis Lunæ in tabula, obseruando diligenter, quando anni in centesimis omissi summam 100. vel 200. vel 300. &c. annorum conficiant, vt tunc æquatio Lunæ in proximum centesimum differatur.

Qua ratione instaurenda sit tabula æquationis, si forte Luna aliter sit æquanda.

17 ETSI autem post aliquot seculorũ lapsum necessario tabula æquationis eo, quem diximus, modo, ex auctoritate Romani Pontificis per Astronomos peritos corrigenda sit, nulla tamen in ipso Calendario propterea mutatio facienda erit, sed dispositio Epactarum, quam supra cap. 10. descripsimus, intacta prorsus, atque illæsa est permansura. Nam cum Epactæ ita in dies anni digestæ sint, vt nulla dies relinquatur vacua, fit vt, siue Nouilunia in Calendario descendant, siue ascendant, aliæ Epactæ eisdem semper aureis numeris respondentes, ad eorum inuestigationem assumi possint, prout æquationis tabula præcipiet, absque vlla earum in Calendario mutatione. Quæ res neque in aureum numerum, neque in alium Cyclum, qui in Calendario dispositus non omnia eius loca expleat, quadrare potest. Nam si Nouilunia propter æquationem ascendere debent, aut descendere ad ea loca Calendarij, quæ vacua sunt, & numeris Cycli destituta, carebimus necessario numeris Nouiluniorum indicibus, nisi aliter Cyclus disponatur, ita nimirum, vt numerus Nouiluniorũ tũc index in locá illa vacua, ad quæ delapsa sunt Nouilunia, incidat:

Epactas in Calẽdario loca nõ mutare, etiamsi tabula æquationis innouanda sit.

Cur aur. num. vel alius quiuis Cyclus omnia loca Calendarij nõ replẽs non possit esse in Calendario immutabilis.

qua

Digitized by Google

qua ratione conficienda forent 30. Calendaria, tot nimirum, quot diebus Nouilunia aſcendere poſſunt, ac deſcendere: de quibus 30. Calendarijs cap. 15. diſſeremus. Quod ſi quis dicat, neceſſe non eſſe, vt Cyclus aliter in Calendario digeratur, ſed ſatis eſſe, vt numerus illis locis vacuis proximus aſſumatur ad Nouilunia indaganda; neq. enim ex hac re notabilis error committi poteſt, cum Cyclus non poſſit exquiſite, ac ſubtiliter monſtrare Nouilunia, quocunque ille modo in Calendario collocetur, ſed neceſſe ſit, eum interdum Nouilunia citius, aut tardius indicare. Quod ſi, inquam, ita quis dicat, quis non videt, Nouilunia non poſſe hac ratione tot diebus aſcendere aut deſcendere, quot eis æquationis tabula præſcribit? Quis etiam non animaduertit, alium tunc numerũ Cycli Nouilunia indicaturũ, quam quem regula vſitata inueniẽdi aureũ numerũ, aut numerũ alterius cuiuſpiã Cycli exhibet, ac proinde ſingulis tẽporibus, quibus Nouiluniorũ ſedes mutãtur, ſingulos nouos Canones ad eum numerum inquirendum eſſe condendos? Omitto, quod cum bini ſemper numeri locis in Calendario vacuis ſint proximi, inferior vnus, & alter ſuperior, perpetuo ambigeremus, vter eorum ad Nouilunia indicanda recipiẽdus eſſet. Quæ res quantum perturbationis rebus tum Eccleſiaſticis, tum politicis eſſet allatura, nemo non videt.

Calẽdariũ Gregorianum cur dicatur perpetuum.

18 PROPTER hanc autem ſtabilitatem ſolam Cycli Epactarũ in Calendario, videlicet quod nihil in eo immutandum ſit, etſi alia magnitudo anni, vel periodus alia Lunæ à poſteris reperiatur, ac proinde tabula æquationis immutari debeat, dictum eſt à nobis Calendarium hoc Gregorianum Perpetuum, ac perenne, & nulli vnquam mutationi obnoxium: & merito id quidem, quandoquidem in eo Cyclus Epactarum omnia loca replet, & ad vſitatum aureum numerum directus, ad quamcunque anni Solaris, atque etiam Lunaris magnitudinem accommodatur, modo rite æquationis tabula conſtruatur, vt proxime declarauimus. Neq. vero vlli noſtrum, qui à ſummo Pontifice ad hoc Correctionis munus euocati fuimus, in mentem vnquã venit, (quod perperam nonnulli, qui omnem occaſionẽ quęrunt, vt Calendariũ Gregorianũ calumnijs impugnẽt, nobis affingunt) vt putaremus Calendariũ dicendum eſſe perpetuum, propter reſtitutionẽ ęquinoctij, & anni Solaris æquationẽ in eo præſcriptam. Nam cum à peritioribus Aſtronomis obſeruatum ſit, annum modo eſſe maiorem, modo minorem, & eius magnitudo nondum ſit certo explorata, vt tanta tabularum Aſtronomicarum varietas teſtatur, quis tam impudens ac temerarius fuerit, vt affirmare ac recipere audeat, æquinoctium perpetuo permanſurum in ea ſede, ad quam reuocatum ſit, etiãſi æquatio anni Solaris, omni adhibita cautione, inſtituatur? Et certe hoc nos non aſſeruiſſe, teſtis eſt locupletiſſimus libellus ille Compendij de reſtituendo Calendario ad principes Chriſtianos tranſmiſſus, & quem initio huius operis prępoſuimus, in quo duplex anni Solaris æquandi ratio fuit propoſita, vna ex anno Alphonſino, altera ex Coperniano: quod ſane nunquam feciſſemus, ſi noſtram ęquationem, quę ex ſententia Alphonſinorum inſtituta eſt, tam certam eſſe arbitrati eſſemus, vt nulli vnquam mutationi fieri poſſet obnoxia. Teſtantur hoc idem apertiſſime hæc verba pene extrema eiuſdem Compendij. *Reſtituto itaque verno æquinoctio in eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quamcunque anni magnitudinem accommodari poteſt, Calendario appoſito, intercalationiſque ratione, quam diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita in poſterum anni, atque menſes congruent cũ Solis ac Lunæ ratione, vt nulla deinde varietas, aut diſſenſio poſſit exiſtere: quod ſi quãdo acciderit, eadẽ hac via beatiſſime in ſuum ſtatũ poſſunt reſtitui. Quod ſi alicui Alphonſini calculi incertiores eſſe videbuntur, quã vt illis fidendũ putet, potiuſque recentioribus adhærendum exiſtimet, is profecto intelliget, eam eſſe huius artificioſi Cycli, tabulæq. Epactarum à Lilio excogitatæ diſpoſitionẽ, ac digeſtionem, vt nullo negotio ſiue Copernici, ſiue cuiuſuis alterius calculis poſſit aptari, ſi tabellæ æquationis ex illis confectæ pro ea, quã ad marginẽ ſcripſimus, ſubſtituatur.* En quam clare & aperte profiteamur, æquationem noſtram anni Solaris non eſſe vſque adeo firmam, ac ratam, vt aliquando eam reſtauratione non poſſe indigere credamus.

Cyclus Epactarum noui Calẽdarij qua ratione dicatur ad quamcunque anni magnitudinem poſſe accommodari.

Calendariũ nouum non dici perpetuũ, quod putemus æquinoctium ex noſtra æquatione diem 21. Martij non poſſe deſerere.

Quare duplex æquãdi Solaris anni ratio in Compendio ad principes miſſo propoſita ſit.

Reſtitutio æquinoctij quam ſit facilis per omiſſionem, vel intercalationem aliquot dierũ.

19 ET ſane quod ad æquinoctium attinet, facile in priſtinam ſedem, ſi quãdo eam deſeruerit, reuocari poterit per omiſſionẽ, vel intercalationem aliquot dierum, ex edicto ſummi Pontificis, vt in hac ipſa correctione anni factum eſt per decem dierum exemptionem.

Cur difficile ſẽper viſum fuerit Cyclum Calendario inſcribere, qui perpetuus ſit.

21 AT in Calendario Cyclũ ad Nouilunia monſtranda diſponere, qui ad omnem anni magnitudinẽ accommodari poſſit, & perpetuus ſit, ita vt nihil vnquã in eius diſpoſitione in Calendario ſit immutandũ, hoc viſum ſemper eſt antiquis Patribus, & Aſtronomis perdifficile, ne dicã, impoſſibile; propterea quod cũ Sol, vt die integro ſedẽ ſuã anteuertat in Calendario, pauciores dies deſideret, quã Luna, non videbatur fieri poſſe, vt longo tempore idem



Digitized by Google

Cyclus, quicunque ille sit, Calendario inscriptus Nouilunia monstraret. Nam quando pro æquatione Solis dies vnus anno eximitur, necesse est, Nouilunia per diem in Calendario descendere, si Luna nondum æquatione tunc indigeat, vt supra diximus. Nisi ergo tunc Cyclus in Calendario aliter disponatur, nullo modo fieri poterit, vt idem numerus Cycli, qui prius, Nouilunia indicet. Eadem ratione quando Luna æquationem requirit, non autem Sol, ascendent necessario Nouilunia in Calendario per diem. Quare neque tunc idem numerus Cycli, qui prius, Nouilunia recte monstrabit, nisi sursum promoueatur in ea loca, ad quæ Nouilunia fuerint progressa. Quod si quis tali in re, ac tempore eximendum esse vnum diem ex anno existimaret, vt Nouilunia eisdem diebus retinerentur, is æquinoctium de sede propria exturbaret, cogeretq. ipsum versus finem mensis prolabi. Atque ita si anno Solari æquationem quis adhibebit, non paruam Nouiluniorum iacturam faciet: si vero Lunarem annum æquare instituet, necessario æquinoctium ex propria sede deijciet, vt recte quadret in eum, quod vulgo dici solet.

*Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.*

Calendarij noui encomium.

AT si æquinoctium, ac Nouilunia eodem temporis spatio per vnum diem in Calendario versus initia mensium progrederentur, tota hæc difficultas sublata esset omnino. Quæ cum ita sint, non parum effectum esse in Calendarij correctione existimandum est, quod discordes Solis ac Lunæ motus ad talē sint adducti concordiam, vt vnius æquatio æquationem alterius, qualiscunque ea sit, non impediat: vt non iniuria propterea Calendarium dici possit perpetuum, etsi æquinoctium præter æquationem præscriptam egeat interdum alio remedio, ne longius à die 21. Martij euagetur. Maxima ergo gratia, & laus Aloysio Lilio tribuenda est, qui tam artificiosum Epactarum Cyclum excogitauit, qui in Calendario inscriptus perpetuo Nouilunia commonstret, & ad quamcumque anni magnitudinem tam facile possit accommodari, si nimirum suis temporibus debita æquatio adhibeatur.

Quo modo tabula æquationis corrigenda sit in longissime distantibus seculis.

ITA autē tabula equationis corrigi poterit, si forte post longissime distantia secula in ea error deprehenderetur. Pro centesimo proposito supputetur Neomenia Paschalis, vel potius plenilunium, cum huius maior sit ratio habenda, quam illius. Deinde obseruetur, quænam Epacta in Martio, vel Aprili offerat Lunam xiiij. quæ non amplius, quam vno die, plenilunium illud antecedat. Illa namque Epacta assumenda tunc erit cum aureo numero illius centesimi: ac proinde illi centesimo præfigenda litera tabulæ expansæ, è regione cuius aureo numero dato Epacta assumpta respondet. V.g. Anno 109500. quo aureus numerus est 4. Nouilunium Paschale incidit in Martij. diem 18. H. 11. fere post mer. Plenilunium vero in Aprilis diem 2. H. 5. fere post mer. Igitur Luna xiiij. cadere debet in 2. Aprilis: quam exhibet Epacta xj. diei 20. Martij ascripta. Ea ergo tunc Epacta respondere debet aureo numero 4. quod quidem fit in tabula expansa in linea, cui præfigitur litera P, maiuscula. Hæc ergo litera anno 109500. præfigenda est in æquationis tabula. quam etiam literam reperies per ea, quæ hoc cap. 12. Num. 10. tradidimus. Deinde in proximo futuro centesimo non bissextili, si Luna non egeat æquatione, assumenda litera N, maiuscula: si vero Luna æquationem desideret, eadē litera P, retinenda. quod etiam faciendum est, quando insequens centesimus est bissextilis, & Luna non sit æquanda. Nam si foret æquanda Luna, assumenda esset litera a, minuscula, &c. quæ res difficilis non est, si attente triplex illa regula cap. 11. Num. 9. tradita perpendatur. Non ergo in illo centesimo vsurpanda erit litera h, minuscula, quam tabula æquationis cap. 11. offert.

# CAPVT XIII.

## *De Calculo Nouiluniorum, & Pleniluniorum mediorum per Epactas veras.*

IVONIAM non raro examinandus erit noster Cyclus Epactarum, num videlicet legitimam xiiij. Paschalem exhibeat, & num recte sit in Calendario dispositus, atque æquatus in tabula expansa cap. præcedenti, denique sæpe numero Cycli aliorum cum nostro conferendi; operæ pretium me facturum arbitror, si rationem quandam hoc loco simplicē, ac facilē proposuero, qua sine magno labore quiuis per Epactas veras Nouilunia, atq. Plenilunia media possit inuestigare. Quę quidē ratio, etsi nō sit tā accurata, vt ea, quę ex tabulis mediorū motuū depromitur, parū tamē aberrare deprehēditur, atque

Digitized by Google

atque in tabulis Prutenicis, & in tabulis Gregorianis Ioſephi Moletij nec non in tabulis Ioan. Antonij Magini traditur, diligenterque à Paulo Middelburgenſi in ſua Paulina deſcribitur: ita vt ei tuto in hoc negotio Paſchæ fidere poſſimus. Verum longe faciliorem, breuioremque rationem calculandi Nouilunia, ac Plenilunia media poſt correctionem reperies cap. 26. & 27. vbi prius inquiritur Nouilunium, ſeu Pleniluniũ Paſchale cuiusq. centeſimi, deinde dicto citius ex eo inuento Nouilunia, Pleniluniaq. omnium 100. annorum expanſorum poſt illum centeſimum eliciuntur.

Facilior ratio ſupputandi Nouil. & Plenil. traditur cap. 26. & 27.

PRAETER Epactas igitur, quæ adhuc declaratæ ſunt, oriunturq. ex diebus, quibus Lunaris annus à Solari ſuperatur, vtroq. anno per dies integros computato, neglectiſq. horis, earumque fragmentis, conſiderantur ab Aſtronomis aliæ Epactæ exquiſitiores, in quibus nimirum horæ quoque, atque horarum fragmenta obſeruantur, ſuntque dies, horæ, minutiæque horarum, quæ in quolibet anno, vel etiam menſe, vltra integras Lunationes medias ſuperſunt, non explentes vnam Lunationem mediam integram: quæ quidem, Epactæ annorum ac menſium dicuntur.

Epactæ annorũ ac menſiũ quæ.

2 ITAQ. ſi annum Lunarem, hoc eſt, dies 354. hor. 8. min. 48. ſec. 38. ter. 7. quar. 36. ex anno Solari dierũ 365. detrahas, reliquæ fient Epactæ vnius anni cõmunis, Dies 10. hor. 15 min. 11. ſec. 21. ter. 52. quar. 24. Anni vero biſſextilis Epactæ erunt Dies 11. hor. 15. min. 11. ſec. 21. ter. 52. quar. 24. Hinc facile Epactas duorum annorum communium, trium, vel quatuor &c. vſque ad 100. conficies, per continuam additionem Epactarum vnius anni communis, abijciendo tamen ſemper Lunationem integram, hoc eſt, dies 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. quando ſumma confecta maior eſt, & addendo inſuper diem 1. annis biſſextilibus, cuiuſmodi ſunt anni 4. 12. 16. 20. & reliqui, quos quaternarius numerat, vt vides in ſequenti tabula 100. annorum expanſorum eſſe factum.

Epactæ annorũ ac mẽſium quo pacto colligantur, & in tabulas redigantur.

EADEM ratione compones ex continua additione Epactarum 100. annorum, Epactas 200. 300. 400. 500. & conſequentium annorum centenariorum, reijciendo ſemper, quando fieri poteſt, integram Lunationem. quod cernitur in altera tabula annorum per 100. collectorum vſq. ad 7200. quam tamen extendere vlterius poteris, quantum libuerit, ſi adijcias continue dies 25. hor. 4. min. 30. ſec. 33. ter. 2. quar. 16. reijciendo ſemper Lunationem integram dierum 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. quando abijci poteſt.

RVRSVS ſi ex 31. diebus Ianuarij demas Lunationẽ integram dierum 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. reliquæ fiẽt Epactę Ianuarij, Dies 1. hor. 11. min. 15. ſec. 56. ter. 49 quar. 12. Quibus ſi addas dies ſequentium menſium ordinatim, abijciendo item, quando fieri poteſt, integram ſemper Lunationem, & in anno biſſextili tribuendo dies 29. Februario, conflabis Epactas omnium menſium tam anni communis, quam biſſextilis, quemadmodum factum eſſe vides in duplici tabula duodecim menſium.

POSTREMO ſi à dimidiato mẽſe Lunari dierũ 14. hor. 18. min. 22. ſec. 1. ter. 35. quar. 24. incipias, progrediariſq. per continuam additionẽ eiuſdem dimidiati menſis, in vtraq. tabella alternatim, nihil abijciẽdo, donec ad tertiamdecimã coniunctionẽ peruenias, dierũ 383. hor. 21. mi. 32. ſec. 41. ter. 18. quar. 24. nimirum ad quantitatem anni Lunaris Emboliſmici, vt in duabus tabellis Reuolutionum cernere licet, quas Aſtronomi Tabulas reuolutionum Nouiluniorum Pleniluniorumque appellant, compoſitę erunt omnes tabellę, quibus facili negotio & Nouilunia, & Plenilunia media ſupputabuntur, vt mox dicemus. Quamuis autem, ſi calculus vltra annum 6000. extendendus non eſt, ſatis erit tabella reuolutionum peruenire ad quartam coniunctionem dierum 118. hor. 2. min. 56. ſec. 12. ter. 43. quar. 12. quod ſumma ex his reuolutionibus ſubtrahenda nunquam tunc maior eſſe poſſit, quam numerus quartæ huius coniũctionis: tamen quia vſu interdum euenire poteſt, vt Plenilunium aliquod, vel Nouilunium poſt annos 6000. inquirendum ſit, ac proinde, vt dicemus ſæpius in tabulam annorum per 100. collectorum ingrediendum, placuit eam tabellam vſque ad tertiãdecimam coniunctionem extendere, quod tunc ſumma ſubtrahẽda maior eſſe poſſit, quam numerus quartæ coniũctionis. Quod eo præſertim etiam conſilio fecimus, vt in promptu habeantur magnitudines omnium menſium Lunarium tam anni communis, quam Emboliſmici. Ita enim vides, duos menſes Lunares complecti dies 59. hor. 1. min. 28. ſec. 6. Duodecim vero menſes continere dies 354. hor. 8. min. 48. ſec. 38. &c. Immo Num. 4. proponemus multo maiores Nouiluniorũ reuolutiones, propter ſecula longiſſime diſtantia, vbi propter plurimos dies exemptos, qui ad calculum addi debent, vt Num. 3. dicemus, magnæ reuolutiones ex calculi ſumma ſubducendæ ſunt, vt Num. 3. dicetur.



Digitized by Google

| Anni expansi | Epactæ. D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 10 | 15 | 11 | 22 |
| 2 | 21 | 6 | 22 | 44 |
| 3 | 2 | 8 | 50 | 2 |
| 4 | 14 | 0 | 1 | 24 |
| 5 | 24 | 15 | 12 | 46 |
| 6 | 5 | 17 | 40 | 5 |
| 7 | 16 | 8 | 51 | 27 |
| 8 | 28 | 0 | 2 | 49 |
| 9 | 9 | 2 | 30 | 7 |
| 10 | 19 | 17 | 41 | 29 |
| 11 | 0 | 20 | 8 | 48 |
| 12 | 12 | 11 | 20 | 10 |
| 13 | 23 | 2 | 31 | 32 |
| 14 | 4 | 4 | 58 | 50 |
| 15 | 14 | 20 | 10 | 12 |
| 16 | 26 | 11 | 21 | 34 |
| 17 | 7 | 13 | 48 | 53 |
| 18 | 18 | 5 | 0 | 15 |
| 19 | 28 | 20 | 11 | 37 |
| 20 | 10 | 22 | 38 | 55 |
| 21 | 21 | 13 | 50 | 17 |
| 22 | 2 | 16 | 17 | 36 |
| 23 | 13 | 7 | 28 | 58 |
| 24 | 24 | 22 | 40 | 20 |
| 25 | 6 | 1 | 7 | 38 |
| 26 | 16 | 16 | 19 | 0 |
| 27 | 27 | 7 | 30 | 22 |
| 28 | 9 | 9 | 57 | 41 |
| 29 | 20 | 1 | 9 | 3 |
| 30 | 1 | 3 | 36 | 21 |
| 31 | 11 | 18 | 47 | 43 |
| 32 | 23 | 9 | 59 | 5 |
| 33 | 4 | 12 | 26 | 24 |
| 34 | 15 | 3 | 37 | 46 |
| 35 | 25 | 18 | 49 | 7 |
| 36 | 7 | 21 | 16 | 26 |
| 37 | 18 | 12 | 27 | 48 |
| 38 | 29 | 3 | 39 | 10 |
| 39 | 10 | 6 | 6 | 29 |
| 40 | 21 | 21 | 17 | 51 |
| 41 | 2 | 23 | 45 | 9 |
| 42 | 13 | 14 | 56 | 31 |
| 43 | 24 | 6 | 7 | 53 |
| 44 | 6 | 8 | 35 | 12 |
| 45 | 16 | 23 | 46 | 33 |

| Anni expansi | Epactæ. D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| 46 | 27 | 14 | 57 | 55 |
| 47 | 8 | 17 | 25 | 14 |
| 48 | 20 | 8 | 36 | 36 |
| 49 | 1 | 11 | 3 | 55 |
| 50 | 12 | 2 | 15 | 16 |
| 51 | 22 | 17 | 26 | 38 |
| 52 | 4 | 19 | 53 | 57 |
| 53 | 15 | 11 | 5 | 19 |
| 54 | 26 | 2 | 16 | 41 |
| 55 | 7 | 4 | 43 | 59 |
| 56 | 18 | 19 | 55 | 21 |
| 57 | 29 | 11 | 6 | 43 |
| 58 | 10 | 13 | 34 | 2 |
| 59 | 21 | 4 | 45 | 24 |
| 60 | 3 | 7 | 12 | 42 |
| 61 | 13 | 22 | 24 | 4 |
| 62 | 24 | 13 | 35 | 26 |
| 63 | 5 | 16 | 2 | 45 |
| 64 | 17 | 7 | 14 | 7 |
| 65 | 27 | 22 | 25 | 29 |
| 66 | 9 | 0 | 52 | 47 |
| 67 | 19 | 16 | 4 | 9 |
| 68 | 1 | 18 | 31 | 28 |
| 69 | 12 | 9 | 42 | 50 |
| 70 | 23 | 0 | 54 | 12 |
| 71 | 4 | 3 | 21 | 30 |
| 72 | 15 | 18 | 32 | 52 |
| 73 | 26 | 9 | 44 | 14 |
| 74 | 7 | 12 | 11 | 33 |
| 75 | 18 | 3 | 22 | 55 |
| 76 | 0 | 5 | 50 | 13 |
| 77 | 10 | 21 | 1 | 35 |
| 78 | 21 | 12 | 12 | 57 |
| 79 | 2 | 14 | 40 | 16 |
| 80 | 14 | 5 | 51 | 38 |
| 81 | 24 | 21 | 3 | 0 |
| 82 | 5 | 23 | 30 | 18 |
| 83 | 16 | 14 | 41 | 40 |
| 84 | 28 | 5 | 53 | 2 |
| 85 | 9 | 8 | 20 | 21 |
| 86 | 19 | 23 | 31 | 43 |
| 87 | 1 | 1 | 59 | 1 |
| 88 | 12 | 17 | 10 | 23 |
| 89 | 23 | 8 | 21 | 45 |
| 90 | 4 | 10 | 49 | 4 |

| Anni expansi | Epactæ. D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| 91 | 15 | 2 | 0 | 26 |
| 92 | 26 | 17 | 11 | 47 |
| 93 | 7 | 19 | 39 | 6 |
| 94 | 18 | 10 | 50 | 28 |
| 95 | 29 | 2 | 1 | 50 |
| 96 | 11 | 4 | 29 | 9 |
| 97 | 21 | 19 | 40 | 30 |
| 98 | 2 | 22 | 7 | 49 |
| 99 | 13 | 13 | 19 | 11 |
| 100 | 25 | 4 | 30 | 33 |

Reuolutiones Nouiluniorum.

| | D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| Coniunctiones. | 29 | 12 | 44 | 3 |
| | 59 | 1 | 28 | 6 |
| | 88 | 14 | 12 | 10 |
| | 118 | 2 | 56 | 13 |
| | 147 | 15 | 40 | 16 |
| | 177 | 4 | 24 | 19 |
| | 206 | 17 | 8 | 22 |
| | 236 | 5 | 52 | 25 |
| | 265 | 18 | 36 | 29 |
| | 295 | 7 | 20 | 32 |
| | 324 | 20 | 4 | 35 |
| | 354 | 8 | 48 | 38 |
| | 383 | 21 | 32 | 41 |

Reuolutiones Pleniluniorum.

| | D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| Oppositiones. | 14 | 18 | 22 | 2 |
| | 44 | 7 | 6 | 5 |
| | 73 | 19 | 50 | 8 |
| | 103 | 8 | 34 | 11 |
| | 132 | 21 | 18 | 14 |
| | 162 | 10 | 2 | 17 |
| | 191 | 22 | 46 | 21 |
| | 221 | 11 | 30 | 24 |
| | 251 | 0 | 14 | 27 |
| | 280 | 12 | 58 | 30 |
| | 310 | 1 | 42 | 33 |
| | 339 | 14 | 26 | 37 |
| | 369 | 3 | 10 | 40 |

Anni

Digitized by Google

| Anni per 100. collecti | Epactę D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| 100 | 25 | 4 | 30 | 33 |
| 200 | 20 | 20 | 17 | 3 |
| 300 | 16 | 12 | 3 | 33 |
| 400 | 12 | 3 | 50 | 3 |
| 500 | 7 | 19 | 36 | 32 |
| 600 | 3 | 11 | 23 | 2 |
| 700 | 28 | 15 | 53 | 35 |
| 800 | 24 | 7 | 40 | 5 |
| 900 | 19 | 23 | 26 | 35 |
| 1000 | 15 | 15 | 13 | 5 |
| 1100 | 11 | 6 | 59 | 35 |
| 1200 | 6 | 22 | 46 | 5 |
| 1300 | 2 | 14 | 32 | 35 |
| 1400 | 27 | 19 | 3 | 8 |
| 1500 | 23 | 10 | 49 | 37 |
| 1600 | 19 | 2 | 36 | 7 |
| 1700 | 14 | 18 | 22 | 37 |
| 1800 | 10 | 10 | 9 | 7 |
| 1900 | 6 | 1 | 55 | 37 |
| 2000 | 1 | 17 | 42 | 7 |
| 2100 | 26 | 22 | 12 | 40 |
| 2200 | 22 | 13 | 59 | 10 |
| 2300 | 18 | 5 | 45 | 39 |
| 2400 | 13 | 21 | 32 | 9 |
| 2500 | 9 | 13 | 18 | 39 |
| 2600 | 5 | 5 | 5 | 9 |
| 2700 | 0 | 20 | 51 | 39 |
| 2800 | 26 | 1 | 22 | 12 |
| 2900 | 21 | 17 | 8 | 42 |
| 3000 | 17 | 8 | 55 | 12 |
| 3100 | 13 | 0 | 41 | 41 |
| 3200 | 8 | 16 | 28 | 11 |
| 3300 | 4 | 8 | 14 | 41 |
| 3400 | 0 | 0 | 1 | 11 |
| 3500 | 25 | 4 | 31 | 44 |
| 3600 | 20 | 20 | 18 | 14 |

| Anni per 100. collecti | Epactæ D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| 3700 | 16 | 12 | 4 | 44 |
| 3800 | 12 | 3 | 51 | 14 |
| 3900 | 7 | 19 | 37 | 44 |
| 4000 | 3 | 11 | 24 | 13 |
| 4100 | 28 | 15 | 54 | 46 |
| 4200 | 24 | 7 | 41 | 16 |
| 4300 | 19 | 23 | 27 | 46 |
| 4400 | 15 | 15 | 14 | 16 |
| 4500 | 11 | 7 | 0 | 46 |
| 4600 | 6 | 22 | 47 | 16 |
| 4700 | 2 | 14 | 33 | 46 |
| 4800 | 27 | 19 | 4 | 19 |
| 4900 | 23 | 10 | 50 | 48 |
| 5000 | 19 | 2 | 37 | 18 |
| 5100 | 14 | 18 | 23 | 48 |
| 5200 | 10 | 10 | 10 | 18 |
| 5300 | 6 | 1 | 56 | 48 |
| 5400 | 1 | 17 | 43 | 18 |
| 5500 | 26 | 22 | 13 | 51 |
| 5600 | 22 | 14 | 0 | 21 |
| 5700 | 18 | 5 | 46 | 51 |
| 5800 | 13 | 21 | 33 | 20 |
| 5900 | 9 | 13 | 19 | 50 |
| 6000 | 5 | 5 | 6 | 20 |
| 6100 | 0 | 20 | 52 | 50 |
| 6200 | 26 | 1 | 23 | 23 |
| 6300 | 21 | 17 | 9 | 53 |
| 6400 | 17 | 8 | 56 | 23 |
| 6500 | 13 | 0 | 42 | 53 |
| 6600 | 8 | 16 | 29 | 22 |
| 6700 | 4 | 8 | 15 | 52 |
| 6800 | 0 | 0 | 2 | 22 |
| 6900 | 25 | 4 | 32 | 55 |
| 7000 | 20 | 20 | 19 | 25 |
| 7100 | 16 | 12 | 5 | 55 |
| 7200 | 12 | 3 | 52 | 25 |

| Menses. |
|---|
| Ian. |
| Feb. |
| Mar. |
| Apr. |
| Mai. |
| Iun. |
| Iul. |
| Aug. |
| Sept. |
| Octob. |
| Nou. |
| Dec. |

Epactæ anni communis.

| D | H | M | S |
|---|---|---|---|
| 1 | 11 | 15 | 57 |
| 29 | 11 | 15 | 57 |
| 1 | 9 | 47 | 50 |
| 1 | 21 | 3 | 47 |
| 3 | 8 | 19 | 44 |
| 3 | 19 | 35 | 41 |
| 5 | 6 | 51 | 38 |
| 6 | 18 | 7 | 35 |
| 7 | 5 | 23 | 31 |
| 8 | 16 | 39 | 28 |
| 9 | 3 | 55 | 25 |
| 10 | 15 | 11 | 22 |

| Menses. |
|---|
| Ian. |
| Feb. |
| Mar. |
| Apr. |
| Mai. |
| Iun. |
| Iul. |
| Aug. |
| Sept. |
| Octob. |
| Nou. |
| Dec. |

Epactæ Anni Biſſextilis.

| D | H | M | S |
|---|---|---|---|
| 1 | 11 | 15 | 57 |
| 0 | 22 | 31 | 54 |
| 2 | 9 | 47 | 50 |
| 2 | 21 | 3 | 47 |
| 4 | 8 | 19 | 44 |
| 4 | 19 | 35 | 41 |
| 6 | 6 | 51 | 38 |
| 7 | 18 | 7 | 35 |
| 8 | 5 | 23 | 31 |
| 9 | 16 | 39 | 28 |
| 10 | 3 | 55 | 25 |
| 11 | 15 | 11 | 22 |

Epochę ſiue radix Chriſti calculo addenda.

| D | H | M | S |
|---|---|---|---|
| 16 | 18 | 12 | 30 |

Digitized by Google

HASCE porro tabulas etsi diligenter supputauimus (neq. enim tabulis aliorũ omnino fidendũ esse censuimus, propterea quod facile in numeris imprimendis error potest admitti) in diebus, horis, minutis, secundis, tertijs, & quartis, neglecta tamen sunt in eis Minuta tertia, & quarta, & solum ad Minuta secunda peruentum est, hac tamen adhibita cautione, vt quando in compositione tabularum plura Minuta tertia in summa fuerunt, quam 30. Minutis secundis additum sit. 1. secundum.

AD finem denique omnium tabularum apposuimus Epochen Christi (vulgo Radicem Christi vocant) quæ Magino auctore, atq. ex tabulis Prutenicis collecta, continet dies 16. horas 18. min. 12. sec. 30. quoniam ea in fine cuiusque calculi adijcienda est.

Nouilunia, pleniluniaque qua ratione ex tabulis Epactarum inquirantur.

3 VSVS harum tabularum ad Nouilunia media Pleniluniaque inquirenda est eiusmodi. Colligantur in vnam summam Epactæ annorum per 100. collectorum, qui elapsi sunt, & Epactę annorum expansorum, qui etiam completi sunt, ac denique Epactæ mensis, qui illum, cuius Nouilunium medium, aut plenilunium queritur, antecedit, vna cum Radice Christi, vt in tabulis Astronomicis fieri solet, reijciendo semper 60. & pro singulis abiectionibus singulas vnitates præcedentibus minutis addendo. Item ex horis abijciendo 24. & pro singulis abiectionibus singulos dies numero dierum addendo. Summa deinde hęc ex numero Coniunctionum, in propria tabella, aut Oppositionum, in propria etiã tabella, proxime maiore in tabellis reuolutionum, reijciatur, prout media Coniunctio, vel Oppositio inquiritur. Reliquus enim numerus dabit tempus Coniũctionis, Oppositionisue quæsitæ: si tamen post correctionem adijciãtur prius dies propter æquationem æquinoctij exempti vsque ad propositum annum incluſiue. In omnibus porro Nouilunijs, Plenilunijsue per hasce tabulas inuentis horæ cum earum fragmentis post meridiem numerandæ sunt.

EXEMPLI causa. Sit inuestigandũ Nouilunium mensis Aprilis anno 1598. cuius Epacta est xxiij. Epacta annorum 1500. sunt Dies 23. hor. 10. min. 49. sec. 37. Epactæ vero annorum 97. completorum sunt Dies 21. hor. 19. min. 40. sec. 31. Epactæ denique mensis Martij completi in anno communi, sunt Dies 1. hor. 9. min. 47. sec. 50. vt ex superioribus tabulis patet. Hæ omnes vna cum Radice D. 16. H. 18. min. 12. sec. 30. efficiunt summam D. 63. H. 10 min. 30. sec. 28. quæ summa ablata ex proxime maiore numero coniunctionum, hoc est, ex D. 88. H. 14. min. 12. sec. 10. relinquit D. 25. H. 3. min. 41. sec. 42. Si igitur annus nondum fuisset emendatus per detractionem 10. dierum, fieret Nouilunium die Aprilis 25. H. 3. min. 41. sec. 42. Sed quia anno 1582. vt Calendarium corrigeretur, exempti sunt dies 10. addendi sunt 10. dies ad Nouilunium inuentum: quo facto, incidet Nouilunium idem in diem Aprilis 35. hoc est, in Diem Maij 5. H. 3. min. 41. sec. 42. vt in hisce formulis apparet.

| | D | H | M | S | | D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Anni 1500. | 23 | 10 | 49 | 37 | | 88 | 14 | 12 | 10 |
| 97. | 21 | 19 | 40 | 31 | Deme | 63 | 10 | 30 | 28 |
| Martius | 1 | 9 | 47 | 50 | Apr. | 25 | 3 | 41 | 42 |
| Radix | 16 | 18 | 12 | 30 | | 10 | | | |
| Summa | 63 | 10 | 30 | 28 | | 35 | 3 | 41 | 42 |

QVOD si ex hoc tempore dierũ 35. hor. 3. mi. 41. sec. 42. Aprilis (hoc est, ex diebus 5. hor. 3 min. 41. sec. 42. Maij, adiecto prius integro mense Aprili dierum 30.) detrahes tempus vnius Lunationis, nimirum D. 29. H. 12. min. 44. ter. 3. relinquetur tempus Nouilunij antecedentis, quod fiet mense Aprili Die 5. H. 14. min. 57. ter. 39. Quod quidem fere tempus etiam inueniſſes, si pro Martio accepiſſes Epactas Februarij, vt hic vides.

| | D | H | M | S | | D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Anni 1500. | 23 | 10 | 49 | 37 | | 118 | 2 | 56 | 13 |
| 97. | 21 | 19 | 40 | 31 | Deme | 91 | 11 | 58 | 35 |
| Febr. | 29 | 11 | 15 | 57 | Mart. | 26 | 14 | 57 | 38 |
| Radix | 16 | 18 | 12 | 30 | | 10 | | | |
| Summa | 91 | 11 | 58 | 35 | | 36 | 14 | 57 | 38 |



Digitized by Google

SI autem eidem illi tempori dierum 5. Maij Hor. 3. min. 41. ſec. 42. adijcies tempus vnius Lunationis, & ex ſumma abijcies dies 31. menſis Maij, reperies Nouilunium inſequens fieri menſe Iunio Die 3. H. 16. min. 25. ter. 45.

AT vero ſi ex tempore cuius libet Nouilunij demas ſemiſſem menſis Lunaris, (additis prius diebus præcedentis menſis, ſi detractio fieri nequit) vel eidem addes, reperies tempus plenilunij medij antecedentis, vel inſequentis. Ita comperies ex Nouilunio, quod fit anno 1598. in Aprilis Die 5. H. 14. min. 57. ſec. 38. plenilunium precedens Die Martij 21. H. 20. min. 35. ſec. 36. Atque ita ſemper auferendi ſunt dies menſis propoſiti, ſi ſumma collecta excedat dies illius menſis: Item adijciendi ſemper ſunt dies antecedentis menſis, quando ſubtractio fieri nequit.

SIT rurſus inueniendum Plenilunium medium Paſchale menſe Martio, vel Aprili anni 2673. quo Epacta eſt xix. Dico menſe Martio, vel Aprili, quia nondum conſtat, quo menſe plenilunium Paſchale futurum ſit. Cum annis 2600. accipe Epactas D. 5. min. 5. ſec. 9. At cum annis 72. completis Epactas D. 15. H. 18. min. 32. ſec. 52. Et cum Februario elapſo anni communis currentis Epactas D. 29. H. 11. min. 15. ſec. 57. quarum ſumma vna cum Radice D. 16. H. 18. min. 12. ſec. 30. continet D. 67. H. 5. min. 6. ſec. 28. qua ſubtracta ex numero oppoſitionum proxime maiore, nimirum ex D. 73. H. 19. min. 50. ſec. 8. remanent D. 6. H. 14. min. 43. ſec. 40. Et additis diebus 18. qui ad illud vſque tempus ablati erunt, fiet oppoſitio media menſe Martio, Die 24. H. 14. min. 43. ſec. 40. quæ Paſchalis eſt, cum diem 21. Martij æquinoctio deputatum ſubſequatur.

SI loco Februarij cum Martio anni communis accepiſſes Epactas D. 1. H. 9. min. 47. ſec. 50. effeciſſes ſummam D. 39. H. 3. min. 38. ſec. 21. quæ dempta ex D. 44. H. 7. min. 6. ſec. 5. (qui numerus oppoſitionum proxime maior eſt) relinquit D. 5. H. 3. min. 27. ſec. 44. & additis diebus 18, qui detracti tunc erunt ex anno, fiet plenilunium menſe Aprili D. 23. H. 3. min. 27. ſec. 44. quod Paſchale non eſt, cum conſequatur diem 19. Aprilis, quo claudũtur plenilunia media Paſchalia. Aufer ergo ab illo (adiectis prius diebus 31. menſis Martij antecedentis) Lunationem integram, inuenieſque plenilunium Paſchale menſe Martio fieri Die 24. H. 14. min. 43. ſec. 41. vt prius fere.

PRAETEREA quærendum ſit plenilunium medium Paſchale menſe Martio, vel Aprili anni 1600. biſſextilis, cuius Epacta xv. Cum annis 1500. collectis, & completis ſume Epactas D. 23. H. 10. min. 49. ſec. 37. cum annis vero 99. expanſis, qui elapſi ſunt, Epactas D. 13. H. 13. min. 19. ſec. 11. Et cum Februario elapſo anni biſſextilis, Epactas D. 0. H. 22. min. 31. ſec. 54. quæ omnes vna cum Radice D. 16. H. 18. min. 12. ſec. 30. ſummam conficiunt D. 54. H. 16. min. 53. ſec. 12. Hac ſumma ſubtracta ex proxime maiore numero oppoſitionum, hoc eſt, ex D. 73. H. 19. min. 50. ſec. 8. & additis reliquo numero decem diebus ex anno demptis, fiet plenilunium Paſchale menſe Martio, D. 29. H. 2. min. 56. ſec. 56.

QVAERENDVM quoque proponatur Nouilunium menſe Ianuario anni 1700. cuius Epacta ix. Cum collectis annis 1600. elapſis cape Epactas D. 19. H. 2. min. 36. ſec. 7. Et cum annis expanſis elapſis 99. Epactas D. 13. H. 13. min. 19. ſec. 11. quæ cum Radice, D. 16. H. 18. min. 12. ſec. 30. (quia nullus eſt menſis elapſus vſque ad Ianuarium) efficiunt ſummam D. 49. H. 10. min. 7. ſec. 48. qua detracta ex coniunctionum numero proxime maiore, videlicet ex D. 59. H. 1. min. 28. ſec. 6. & ad reliquum numerum adiectis diebus 11. tunc ablatis, reperietur Nouilunium in Ianuario, Die 20. H. 15. min. 20. ſec. 18.

ITEM deſideret quis plenilunium Paſchale menſe Martio, vel Aprili anni 325. cuius Epacta ✳. Cum annis completis 300. in annis collectis capiantur Epactæ D. 16. H. 12. min. 3. ſec. 33. Et cum expanſis 24. elapſis Epactæ D. 24. H. 22. min. 40. ſec. 20. Item cum Februario tranſacto Epactæ D. 29. H. 11. min. 15. ſec. 57. quarum ſumma cum Radice D. 16. H. 18. min. 12. ſec. 30. complectitur D. 87. H. 16. min. 12. ſec. 20. quæ dempta ex Oppoſitionum numero proxime maiore D. 103. H. 8. min. 34. ſec. 11. relinquit tempus medij plenilunij in Martio D. 15. H. 16. min. 21. ſec. 51. quod Paſchale non eſt. Addita ergo Lunatione integra, reperietur plenilunium Paſchale menſe Martio, Die 45. H. 5. min. 5. ſec. 54. hoc eſt, Aprilis D. 14. H. 5. min. 5. ſec. 54.

SI pro Februario ſumpſiſſes Epactas Martij anni communis, inueniſſes ſtatim plenilunium Aprilis D. 14. H. 5. min. 5. ſec. 55. vt prius fere.

POSTREMO inueſtigandum ſit Nouilunium menſe Ianuario anni 11111. cuius

aureus

Digitized by Google

aureus numerus 16. & Epacta iiij. Quoniam anni collecti excedunt annum 7200. ſumemus prius annorum collectorũ 7000. Epactas D.20.H.20.mi.19.ſec.25.Deinde reliquorum annorum 4100. collectorum Epactas D. 28. H. 15. min. 54. ſec. 46. Et expanſorum annorum 10. tranſactorum Epactas D. 19. H. 17. min. 41. ſec. 29. ( In menſes non fit introitus, quia nullus menſis Ianuarium anteceſſit ) Harum omnium cum Radice D. 16. H. 18. min. 12. ſec. 30. ſummam D. 86. H. 0. min. 8. ſec. 10. ex proxime maiore coniunctionum numero D. 88. H. 14. min. 12. ſec. 10. ſubtrahemus, & ad reliquum numerum Dierum 2. H. 14. min. 4. ſec. 0. adijciemus dies 82. exemptos, ( quo pacto autem numerus dierum vſque ad datum centeſimum incluſiue ſublatorum poſt annum 1600. inueniendus ſit, cap. 12. ad initium Num. 9. docuimus, cui ſi addantur 10. dies anno 1582. exempti, totus numerus dierum ſubtractorum conflabitur) comperiemuſq. Nouilunium Ianuarij incidere in Diem 84. H. 14. min. 4. ſec. 0. hoc eſt, ablatis diebus 31. Ianuarij, & 28. Februarij, in Martij Diem 25. H. 14. min. 4. ſec. 0. Quod ſi ex D. 84. H. 14. min. 4. ſec. 0. ſubtrahemus maximum numerum coniunctionum, non autẽ Pleniluniorum, qui ſubtrahi poteſt, (quod quidem ſemper faciendum eſt, quando Nouilunium, aut Plenilunium quæſitum cadit vltra menſem propoſitum ) nimirum tempus duarum Lunationum, id eſt, D. 59. H. 1. min. 28. ſec. 6. relinquetur Nouilunium Ianuarij quæſitum D. 25. H. 12. min. 35. ſec. 54.

Quid faciendũ quando Nouilunij, Pleniluniſue quæſitum cadit vltra menſe propoſitum.

SI pro 10. annis expanſis ſumamus Epactas 9. annorum, nimirum D. 9. H. 2. min. 30. ſec. 7. Item Epactas Octobris anni communis D. 8. H. 16. min. 39. ſec. 28. vt additis 82. diebus, qui tunc ex anno ablati erunt, Nouilunium cadat in Ianuarium, efficietur ſumma D. 84. H. 1. min. 36. ſec. 16. qua detracta ex proxime maiore numero coniunctionum, videlicet ex D. 88. H. 14. min. 12. ſec. 10. deprehendemus Nouilunium Nouembris anno 11110. cadere in Nouembris diem 4. H. 12. min. 35. ſec. 54. additiſque 82. diebus detractis ex anno, in Diem Nouembris 86. H. 12. min. 35. ſec. 54. hoc eſt, demptis diebus 61. quos Nouember, ac December continent, in Diem Ianuarij 25. H. 12. min. 35. ſec. 34. ſequentis anni 11111. vt prius.

4 CAETERVM ſi quæras, cur ad calculum adijciendi ſint omnes dies exempti, ſiue omiſſi, cum tamen non ſemper per tot lineas Epactarum factus ſit deſcenſus in tabula expanſa Epactarum, vt ex tabula æquationis liquido conſtat, ſcito hanc eſſe cauſam: Calculus Aſtronomicus exhibet Lunationes, ſi nullus dies ex anno eſſet ablatus, vt vere in cælo contingunt, nulla habita ratione æquationis Lunæ: quippe cum calculus ipſe Lunam per ſe æquet, & æquatio Lunæ in Calendario ſolum ad corrigendum Cyclum decennouennalem adhibeatur. Quare ſi vſque ad tempus, quo calculus initur alicuius Lunationis, aliquot dies ob æquinoctij æquationem exempti ſint, accidet Lunatio illa totidem diebus ſerius: quandoquidem in calculo illi ijdem dies aſſumpti fuerunt, ac ſi non eſſent ablati. Neceſſario ergo addendi ſunt omnes dies exempti, vt Lunationes totidem diebus ſerius indicentur, atque in proprios dies incidant.

Cur ad calculũ Lunationum addendi ſint omnes dies ob æquationẽ æquinoctij exempti.

QVONIAM vero, quando annus propoſitus tam magnus eſt, vt plurimi dies exempti ad Nouilunium, pleniluniumue inuentum adijciendi ſint, ac proinde plurimæ etiam reuolutiones Nouiluniorum ſubtrahendæ, vt Nouilunium, aut plenilunium propoſiti menſis fiat reliquum; ſupputauimus ſequentes reuolutiones, quę vltimę ſuperioris tabulę dierũ 383. Hor. 21. Min. 32. Sec. 41. Ter. 20. Quar. 24. multiplices ſunt, vt ex ijs ſumatur ſemper maxima, quæ ſubtrahi poſſit, ne illas, quæ in ſuperiori tabula deſcriptæ ſunt, ſæpius non ſine moleſtia detrahantur. Negleximus autem Tertia, & Quarta, addentes tamen 1. Secundum, quando Tertia plura ſunt, quam 30.

REVOLVTIONES NOVILVNIORVM.

| Dies | H | M | S | Dies | H | M | S | Dies | H | M | S |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 767 | 19 | 5 | 23 | 3838 | 23 | 26 | 53 | 34550 | 19 | 2 | 1 |
| 1151 | 16 | 38 | 4 | 7677 | 22 | 53 | 47 | 38389 | 18 | 28 | 54 |
| 1535 | 14 | 10 | 45 | 11516 | 22 | 20 | 40 | 76779 | 12 | 57 | 48 |
| 1919 | 11 | 43 | 27 | 15355 | 21 | 47 | 34 | 115169 | 7 | 26 | 42 |
| 2303 | 9 | 16 | 8 | 19194 | 21 | 14 | 27 | 153559 | 1 | 55 | 36 |
| 2687 | 6 | 48 | 49 | 23033 | 20 | 41 | 20 | 191948 | 20 | 24 | 30 |
| 3071 | 4 | 21 | 31 | 26872 | 20 | 8 | 14 | 230338 | 14 | 53 | 24 |
| 3455 | 1 | 54 | 12 | 30711 | 19 | 35 | 7 | 268728 | 9 | 22 | 18 |

307118

Digitized by Google

| Dies | H | M | S | Dies | H | M | S | Dies | H | M | S |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 307118 | 3 | 51 | 12 | 23032862 | 1 | 0 | 0 | 1535590802 | 18 | 40 | 0 |
| 345507 | 22 | 20 | 6 | 26872839 | 1 | 10 | 0 | 1919488503 | 11 | 20 | 0 |
| 383897 | 16 | 49 | 0 | 30711816 | 1 | 20 | 0 | 2303386204 | 4 | 0 | 0 |
| 767795 | 9 | 38 | 0 | 34550793 | 1 | 30 | 0 | 2687283904 | 20 | 40 | 0 |
| 1151693 | 2 | 27 | 0 | 38389770 | 1 | 40 | 0 | 3071181605 | 13 | 20 | 0 |
| 1535590 | 19 | 16 | 0 | 76779540 | 3 | 20 | 0 | 3455079306 | 6 | 0 | 0 |
| 1919488 | 12 | 5 | 0 | 115169310 | 5 | 0 | 0 | 3838977006 | 22 | 40 | 0 |
| 2303386 | 4 | 54 | 0 | 153559080 | 6 | 40 | 0 | 7677954013 | 21 | 20 | 0 |
| 2687283 | 21 | 43 | 0 | 191948850 | 8 | 20 | 0 | 11516931020 | 20 | 0 | 0 |
| 3071181 | 14 | 32 | 0 | 230338620 | 10 | 0 | 0 | 15355908027 | 18 | 40 | 0 |
| 3455079 | 7 | 21 | 0 | 268728390 | 11 | 40 | 0 | 19194885034 | 17 | 20 | 0 |
| 3838977 | 0 | 10 | 0 | 307118160 | 13 | 20 | 0 | 23033862041 | 16 | 0 | 0 |
| 7677954 | 0 | 20 | 0 | 345507930 | 15 | 0 | 0 | 26872839048 | 14 | 40 | 0 |
| 11516931 | 0 | 30 | 0 | 383897700 | 16 | 40 | 0 | 30711816055 | 13 | 20 | 0 |
| 15355908 | 0 | 40 | 0 | 767795401 | 9 | 20 | 0 | 34550793062 | 12 | 0 | 0 |
| 19194885 | 0 | 50 | 0 | 1151693102 | 2 | 0 | 0 | 38389770069 | 10 | 40 | 0 |

5 QVAERET fortaſſe etiam quiſpiam, quid cauſæ ſit, quod calculo Lunationum inſtituto ad duos annos, quorum alter alterum 19. annis ſuperet, non cernatur anticipatio H. 1. min. 27. ſec. 33. fere, quam anticipationem Lunæ deberi quibuſque 19. annis cap. 8. Num. 4. oſtendimus. Quod vt euidentius percipiatur, ſupputauimus Nouilunia Martij horum quinque annorum. Vbi nullo modo dicta anticipatio inuenitur. Hoc autem accidit propter annos communes, & biſſextiles. Nam in annis 19. vltra 4. biſſextiles ſuperſunt adhuc 3. communes; In annis 38. ſuperſunt 2. In annis 57. ſupereſt 1. at in annis 76. continentur 4. Cycli, & nullus annus communis ſupereſt. Et quoniam Epactæ annorum communium ſunt 6. horis minores, quam deberent eſſe, propter 6. horas omiſſas in Calendario, fit, vt prædicta anticipatio non ſeruetur: at in duobus annis 1600. 1676. quorum differentia eſt 76. annorum, liquido apparet anticipatio hor. 5. min. 50. ſec. 11. propemodum, vt ratio poſtulat. Quod ſi ex Nouilunio anni 1600. auferantur 18. horæ propter 3. annos communes poſt annum 1596. biſſextilē tranſactos, (quia in calculo debuiſſent hæ 18. horæ auferri etiam ex numero coniunctionum proxime maiore) incidet Nouilunium Martij in diem 13. H. 14. min. 34. ſec. 54. Immo quia in fine anni excreſcit primū 1. dies, dicemus illud incidere in diem 14. H. 14. min. 34. ſec. 54. Item ſi ex Nouilunio anni 1619. tollantur 12. horæ propter duos annos communes elapſos poſt biſſextilem 1616. cadet Nouilunium Martij in diem 14. H. 13. min. 7. ſec. 21. quod proxime dicto Nouilunio citius contingit Hora 1. min. 27. ſec. 33. Rurſus ſi ex Nouilunio anni 1638. demantur 6. horæ, quod vnus annus communis ſuperſit poſt biſſextilem 1636. fiet illud in Martio Die 14. H. 11. min. 39. ſec. 48. quod etiam à proxime antecedenti differt Hora 1. min. 27. ſec. 33. Sic etiam ſi Nouilunium anni 1657. (ex hoc nihil auferendum eſt, cum proxime elapſus annus 1656. ſit biſſextilis) ſubtrahas ex proximo Nouilunio, id eſt, ex D. 14. H. 11. min. 39. ſec. 48. reliqua fiet eadem anticipatio H. 1. min. 27. ſec. 33. Præterea ſi ex Nouilunio anni 1676. tollas 18. horas, propter 3. annos communes poſt biſſextilem 1672. elapſos, fiet illud in Martio Die 13. vel potius 14. (quod in fine anni tunc primum vnus dies excreſcat) H. 8. min. 44. ſec. 40. quod iterum à precedenti differt H. 1. min. 27. ſec. 35. Denique ſi Nouilunium anni 1676. ex Nouilunio anni 1600. detrahatur (Hæc enim Nouilunia ſumenda ſunt, vt iacent, cum duo illi anni differant inter ſe annis 76. in quibus continentur 4. Cycli decennouennales, & 19. anni biſſextiles ad vnguem) apparebit anticipatio H. 5. min. 50. ſec. 14.

Cur in Nouilunijs per ſupputationem inuentis nō cernatur poſt 19. annos anticipatio H. 1. min. 27. ſec. 33.

| Anni | D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| 1600 | 14 | 8 | 34 | 54 |
| 1619 | 15 | 1 | 7 | 21 |
| 1638 | 14 | 17 | 39 | 48 |
| 1657 | 14 | 10 | 12 | 15 |
| 1676 | 14 | 2 | 44 | 40 |

SI quis velit ad vlteriora ſecula ſupputare Nouilunia, Plenilunia que, poterit pro tabula annorum per 100. collectorum adhibere ſequentem, quæ vſque ad annum 1000000000. extenditur.

Anni

Digitized by Google

| Anni | Epactæ. | | | | Anni | Epactæ. | | | | Anni | Epactæ. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | D | H | M | S | | D | H | M | S | | D | H | M | S |
| 100 | 25 | 4 | 30 | 33 | 50000 | 13 | 21 | 48 | 44 | 9000000 | 23 | 0 | 32 | 10 |
| 200 | 20 | 20 | 17 | 3 | 60000 | 22 | 14 | 19 | 18 | 10000000 | 5 | 21 | 26 | 23 |
| 300 | 16 | 12 | 3 | 33 | 70000 | 1 | 18 | 5 | 48 | 20000000 | 11 | 18 | 52 | 46 |
| 400 | 12 | 3 | 50 | 3 | 80000 | 10 | 10 | 36 | 21 | 30000000 | 17 | 16 | 19 | 9 |
| 500 | 7 | 19 | 36 | 32 | 90000 | 19 | 3 | 6 | 55 | 40000000 | 23 | 13 | 45 | 31 |
| 600 | 3 | 11 | 23 | 2 | 100000 | 27 | 19 | 37 | 28 | 50000000 | 29 | 11 | 11 | 54 |
| 700 | 28 | 15 | 53 | 35 | 200000 | 26 | 2 | 30 | 54 | 60000000 | 5 | 19 | 54 | 14 |
| 800 | 24 | 7 | 40 | 5 | 300000 | 24 | 9 | 24 | 19 | 70000000 | 11 | 17 | 20 | 37 |
| 900 | 19 | 23 | 26 | 35 | 400000 | 22 | 16 | 17 | 44 | 80000000 | 17 | 14 | 47 | 0 |
| 1000 | 15 | 15 | 13 | 5 | 500000 | 20 | 23 | 11 | 9 | 90000000 | 23 | 12 | 13 | 23 |
| 2000 | 1 | 17 | 42 | 7 | 600000 | 19 | 6 | 4 | 35 | 100000000 | 29 | 9 | 39 | 45 |
| 3000 | 17 | 8 | 55 | 12 | 700000 | 17 | 12 | 58 | 0 | 200000000 | 29 | 6 | 35 | 28 |
| 4000 | 3 | 11 | 24 | 13 | 800000 | 15 | 19 | 51 | 25 | 300000000 | 29 | 3 | 31 | 10 |
| 5000 | 19 | 2 | 37 | 18 | 900000 | 14 | 2 | 44 | 50 | 400000000 | 29 | 0 | 26 | 52 |
| 6000 | 5 | 5 | 6 | 20 | 1000000 | 12 | 9 | 38 | 16 | 500000000 | 28 | 21 | 22 | 34 |
| 7000 | 20 | 20 | 19 | 25 | 2000000 | 24 | 19 | 16 | 31 | 600000000 | 28 | 18 | 18 | 16 |
| 8000 | 6 | 22 | 48 | 27 | 3000000 | 7 | 16 | 10 | 43 | 700000000 | 28 | 15 | 13 | 59 |
| 9000 | 22 | 14 | 1 | 32 | 4000000 | 20 | 1 | 48 | 59 | 800000000 | 28 | 12 | 9 | 41 |
| 10000 | 8 | 16 | 30 | 33 | 5000000 | 2 | 22 | 43 | 11 | 900000000 | 28 | 9 | 5 | 23 |
| 20000 | 17 | 9 | 1 | 7 | 6000000 | 15 | 8 | 21 | 27 | 1000000000 | 28 | 6 | 1 | 5 |
| 30000 | 26 | 1 | 31 | 40 | 7000000 | 27 | 17 | 59 | 43 | | | | | |
| 40000 | 5 | 5 | 18 | 11 | 8000000 | 10 | 14 | 53 | 55 | | | | | |

ITAQVE si proponatur annus 3469000. ingrediendum primum erit in hanc tabulam, cum annis 3000000. Deinde cũ 400000. postea cum 60000. & 8000. elapsis: ac tandem cum 900. & 99. transactis, &c. Sed quando annus maior non est, quam 7200. expeditior est tabula superior, cum in ea pauciores ingressus adhibendi sint.

# CAPVT XIIII.

*De Calculo Nouiluniorum, & Pleniluniorum mediorum faciliore per Nouilunia media ad 76. annos supputata.*

Constructio tabulæ Nouiluniorũ pro 76. annis primarijs.

VT facilius Nouilunia, Pleniluniaque media inuestigentur, supputauimus Nouilunia ad 76. annos, (quod in his 4. Cycli, & 19. anni bissextiles contineantur præcise) initio sumpto ab anno 1501. vsque ad annum 1576. quos quidem annos 76. ab anno 1501. vsque ad 1576. Primarios in tabula appellabimus: quippe cum omnia Nouilunia huiusce tabulæ simpliciter, vt iacent, illis conueniant, nulla re addita, vel dempta. Qua in re imitati sumus Paulum Middelburgensem Episcopum Forosempronienſem, qui idem lib. 11. suæ Paulinæ effecit. In hoc autem calculo plerunque ex præcedentibus Nouilunijs sequentia venati sumus per additionem vnius integræ Lunationis, quamuis nonnunquam per superiores tabulas Epactarum eadem quoque supputauerimus, quia vel nullum, vel perexiguum discrimen inter vtrumque calculum deprehendimus. Omnium quidem annorum Nouilunia Ianuarij per tabulas supputata sunt, aliorum vero mensium Nouilunia ex illis per additionem continuam integræ Lunationis inuenta sunt. quod ideo dixerim, ne mireris, si interdũ Nouilunia supputes, deprehendasque vnius alterius ue minuti secundi differentiam inter tua, ac nostra Nouilunia, quæ differentia nunquam maior quam 3. secundorum, à me fuit deprehensa.

QVONIAM vero cap. 8. Num. 4. docuimus, Nouilunia in annis 76. anticipare sedes

Digitized by Google

sedes suas horis 5. min. 50. sec. 10. ter. 44. quar. 0. formauimus tabulam sequentẽ ante tabulam 76. annorum, per continuam additionem vnius anticipationis, & ad sinistram numeros 1. 2. 3. 4. &c. naturali serie descripsimus, vt significẽt ordines quorumlibet 76. annorum. Ita vides 10. ordine, hoc est post 76. annos decies transactos, anticipationem fieri D. 2. H. 10. Min. 21. sec. 47. ter. 20. Extensa est autem hæc tabula vsque ad 130. ordinem, quo per dies 31. hor. 14. min. 43. sec. 15. ter. 20. facta erit anticipatio in Nouilunijs: sed eam extendere quilibet poterit in infinitum, si continuè addat hor. 5. min. 50. sec. 10. ter. 44 quod tamen necessarium non est, ne in immensum tabula excrescat: præsertim cum pro annis, quibus maior ordo quam 130. debetur, facilius, ac certius Nouilunia per Epactas cap. 13. inquirantur. Verum operæpretium non est Nouilunia vltra annos 28400. inuestigare, quia tunc Nouilunia supputata discrepabunt à Nouilunijs Epactarum in Calendario per vnum diem, & post annum 300300. per 11. ferme dies: propterea quod circa annum 28400. æquinoctium restituendum est ad diem 21. ex 22. ad quem prolapsum erit, propter duos annos, quibus exemptionem 3. dierum præuenimus in 400. annis, vt cap. 5. Nũ. 17. diximus. Circa annũ vero Domini 300300. id est, post correctionẽ anno 298700. aut circiter, prolapsum erit ex die 21. in diem 1. Aprilis: quod tunc 11. ferme dies exempti essent amplius, quam ratio postulat. In omnibus porro Nouilunijs tabulæ insequentis, horæ cum earum fragmentis numerandę sunt post meridiem.

Constructio tabulæ ordinum & tẽporis, quod quolibet ordine addendũ est Nouilunijs, vel subtrahendum.

SERIES quoque annorum, qui numeris ordinum in tabula 76. annorum ascripti sunt, facilis est, cum apud quemlibet annum ex illis 76. primarijs, primus conflatus sit ex eo anno primario, cuius Nouilunia in tabula sunt supputata, & ex 76. Reliqui vero omnes ex primo per continuam additionem 76. Vel facilius, sine hac additione, omnes ascribẽtur hoc modo. Iuxta primũ annũ primariũ pone annũ 1577. qui proxime maior est vltimo anno 1576. primario in tabula. Deinde prope secundum annũ primarium scribe annũ 1578. & 1579. iuxta tertium, &c. quo pacto iuxta annum 1576. primarium ascriptus erit annus 1652. Quare iterum iuxta primum annum primarium appone 1653. & 1654. iuxta secundum, &c. Vel certe hoc modo agemus. Scriptis quotuis annis iuxta annũ 1501. primarium ad dexteram, per continuam additionem 76. formatis, scribantur ijdem anni aucti vnitate iuxta annum secundum primarium, qui est 1502. Et hi rursus aucti vnitate iuxta tertium annum primarium, id est, iuxta annum 1503. & ita deinceps.

Series annorum ad dexteram tabulæ Nouiluniorum quomodo progrediatur.

SERIES annorum quoque ad sinistram tabulæ progreditur per continuã subtractionẽ 76. ex annis primarijs, quibus appositi sunt, donec amplius subtractio fieri nequeat. Vel facilius, sine hac subtractione continua, eosdem annos ascribemus hoc modo. Scriptis nouẽ decim annis ad sinistram anni primi 1501. per illam subtractionẽ continuã formatis, scribantur ijdẽ anni vnitate aucti iuxta secundũ annum primarium, hoc est, iuxta annũ 1502. Et hi iterum aucti vnitate iuxta tertium, Et sic deinceps. Quando autẽ vltimus numerus cõflatus iuxta aliquem annum primarium maior fuerit, quam 76. detrahe 76. Vt alius annus minor formetur. Vt quia vltimus annus iuxta annũ primariũ 1520. ad sinistrã est 76. è regione ordinis 19. si addatur 1. fiet annus 77. scribẽdus iuxta annũ 1521. è regione eiusdẽ ordinis 19. Et ablatis annis 76. remanet annus 1. è regione ordinis 20. scribendus. Atq. hi anni ad sinistram sunt omnes minores, quam 1501. quemadmodum illi ad dexteram omnes maiores sunt. Denique minoribus suprapositus est titulus [Adde] maioribus vero [subtrahe] quorum titulorum vsus postea explicabitur.

Series annorum ad sinistram tabulæ Nouiluniorum quo pacto progrediatur.

# SEQVVNTVR TABVLAE.



Digitized by Google

Tabula ordinum, & temporis, quod quolibet ordine addendum est Nouilunijs, vel subtrahendum,

| Ordines | Dies | Horæ | Min. | Sec. | Ter. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 5 | 50 | 10 | 44 |
| 2 | 0 | 11 | 40 | 21 | 28 |
| 3 | 0 | 17 | 30 | 32 | 12 |
| 4 | 0 | 23 | 20 | 42 | 56 |
| 5 | 1 | 5 | 10 | 53 | 40 |
| 6 | 1 | 11 | 1 | 4 | 24 |
| 7 | 1 | 16 | 51 | 15 | 8 |
| 8 | 1 | 22 | 41 | 25 | 52 |
| 9 | 2 | 4 | 31 | 36 | 36 |
| 10 | 2 | 10 | 21 | 47 | 20 |
| 11 | 2 | 16 | 11 | 58 | 4 |
| 12 | 2 | 22 | 2 | 8 | 48 |
| 13 | 3 | 3 | 52 | 19 | 32 |
| 14 | 3 | 9 | 42 | 30 | 16 |
| 15 | 3 | 15 | 32 | 41 | 0 |
| 16 | 3 | 21 | 22 | 51 | 44 |
| 17 | 4 | 3 | 13 | 2 | 28 |
| 18 | 4 | 9 | 3 | 13 | 12 |
| 19 | 4 | 14 | 53 | 23 | 56 |
| 20 | 4 | 20 | 43 | 34 | 40 |
| 21 | 5 | 2 | 33 | 45 | 24 |
| 22 | 5 | 8 | 23 | 56 | 8 |
| 23 | 5 | 14 | 14 | 6 | 52 |
| 24 | 5 | 20 | 4 | 17 | 36 |
| 25 | 6 | 1 | 54 | 28 | 20 |
| 26 | 6 | 7 | 44 | 39 | 4 |
| 27 | 6 | 13 | 34 | 49 | 48 |
| 28 | 6 | 19 | 25 | 0 | 32 |
| 29 | 7 | 1 | 15 | 11 | 16 |
| 30 | 7 | 7 | 5 | 22 | 0 |
| 31 | 7 | 12 | 55 | 32 | 44 |
| 32 | 7 | 18 | 45 | 43 | 28 |
| 33 | 8 | 0 | 35 | 54 | 12 |
| 34 | 8 | 6 | 26 | 4 | 56 |
| 35 | 8 | 12 | 16 | 15 | 40 |
| 36 | 8 | 18 | 6 | 26 | 24 |
| 37 | 8 | 23 | 56 | 37 | 8 |
| 38 | 9 | 5 | 46 | 47 | 52 |
| 39 | 9 | 11 | 36 | 58 | 36 |
| 40 | 9 | 17 | 27 | 9 | 20 |
| 41 | 9 | 23 | 17 | 20 | 4 |
| 42 | 10 | 5 | 7 | 30 | 48 |
| 43 | 10 | 10 | 57 | 41 | 32 |
| 44 | 10 | 16 | 47 | 52 | 16 |
| 45 | 10 | 22 | 38 | 3 | 0 |
| 46 | 11 | 4 | 28 | 13 | 44 |
| 47 | 11 | 10 | 18 | 24 | 28 |
| 48 | 11 | 16 | 8 | 35 | 12 |
| 49 | 11 | 21 | 58 | 45 | 56 |
| 50 | 12 | 3 | 48 | 56 | 40 |
| 51 | 12 | 9 | 39 | 7 | 24 |
| 52 | 12 | 15 | 29 | 18 | 8 |
| 53 | 12 | 21 | 19 | 28 | 52 |
| 54 | 13 | 3 | 9 | 39 | 36 |
| 55 | 13 | 8 | 59 | 50 | 20 |
| 56 | 13 | 14 | 50 | 1 | 4 |
| 57 | 13 | 20 | 40 | 11 | 48 |
| 58 | 14 | 2 | 30 | 22 | 32 |
| 59 | 14 | 8 | 20 | 33 | 16 |
| 60 | 14 | 14 | 10 | 44 | 0 |
| 61 | 14 | 20 | 0 | 54 | 44 |
| 62 | 15 | 1 | 51 | 5 | 28 |
| 63 | 15 | 7 | 41 | 16 | 12 |
| 64 | 15 | 13 | 31 | 26 | 56 |
| 65 | 15 | 19 | 21 | 37 | 40 |
| 66 | 16 | 1 | 11 | 48 | 24 |
| 67 | 16 | 7 | 1 | 59 | 8 |
| 68 | 16 | 12 | 52 | 9 | 52 |
| 69 | 16 | 18 | 42 | 20 | 36 |
| 70 | 17 | 0 | 32 | 31 | 20 |
| 71 | 17 | 6 | 22 | 42 | 4 |
| 72 | 17 | 12 | 12 | 52 | 48 |
| 73 | 17 | 18 | 3 | 3 | 32 |
| 74 | 17 | 23 | 53 | 14 | 16 |
| 75 | 18 | 5 | 43 | 25 | 0 |
| 76 | 18 | 11 | 33 | 35 | 44 |
| 77 | 18 | 17 | 23 | 46 | 28 |
| 78 | 18 | 23 | 13 | 57 | 12 |
| 79 | 19 | 5 | 4 | 7 | 56 |
| 80 | 19 | 10 | 54 | 18 | 40 |
| 81 | 19 | 16 | 44 | 29 | 24 |
| 82 | 19 | 22 | 34 | 40 | 8 |
| 83 | 20 | 4 | 24 | 50 | 52 |
| 84 | 20 | 10 | 15 | 1 | 36 |
| 85 | 20 | 16 | 5 | 12 | 20 |
| 86 | 20 | 21 | 55 | 23 | 4 |
| 87 | 21 | 3 | 45 | 33 | 48 |
| 88 | 21 | 9 | 35 | 44 | 32 |
| 89 | 21 | 15 | 25 | 55 | 16 |
| 90 | 21 | 21 | 16 | 6 | 0 |
| 91 | 22 | 3 | 6 | 16 | 44 |
| 92 | 22 | 8 | 56 | 27 | 28 |
| 93 | 22 | 14 | 46 | 38 | 12 |
| 94 | 22 | 20 | 36 | 48 | 56 |
| 95 | 23 | 2 | 26 | 59 | 40 |
| 96 | 23 | 8 | 17 | 10 | 24 |
| 97 | 23 | 14 | 7 | 21 | 8 |
| 98 | 23 | 19 | 57 | 31 | 52 |
| 99 | 24 | 1 | 47 | 42 | 36 |
| 100 | 24 | 7 | 37 | 53 | 20 |
| 101 | 24 | 13 | 28 | 4 | 4 |
| 102 | 24 | 19 | 18 | 14 | 48 |
| 103 | 25 | 1 | 8 | 25 | 32 |
| 104 | 25 | 6 | 58 | 36 | 16 |
| 105 | 25 | 12 | 48 | 47 | 0 |
| 106 | 25 | 18 | 38 | 57 | 44 |
| 107 | 26 | 0 | 29 | 8 | 28 |
| 108 | 26 | 6 | 19 | 19 | 12 |
| 109 | 26 | 12 | 9 | 29 | 56 |
| 110 | 26 | 17 | 59 | 40 | 40 |
| 111 | 26 | 23 | 49 | 51 | 24 |
| 112 | 27 | 5 | 40 | 2 | 8 |
| 113 | 27 | 11 | 30 | 12 | 52 |
| 114 | 27 | 17 | 20 | 23 | 36 |
| 115 | 27 | 23 | 10 | 34 | 20 |
| 116 | 28 | 5 | 0 | 45 | 4 |
| 117 | 28 | 10 | 50 | 55 | 48 |
| 118 | 28 | 16 | 41 | 6 | 32 |
| 119 | 28 | 22 | 31 | 17 | 16 |
| 120 | 29 | 4 | 21 | 28 | 0 |
| 121 | 29 | 10 | 11 | 38 | 44 |
| 122 | 29 | 16 | 1 | 49 | 28 |
| 123 | 29 | 21 | 52 | 0 | 12 |
| 124 | 30 | 3 | 42 | 10 | 56 |
| 125 | 30 | 9 | 32 | 21 | 40 |
| 126 | 30 | 15 | 22 | 32 | 24 |
| 127 | 30 | 21 | 12 | 43 | 8 |
| 128 | 31 | 3 | 2 | 53 | 52 |
| 129 | 31 | 8 | 53 | 4 | 36 |
| 130 | 31 | 14 | 43 | 15 | 20 |

OR-

| | | | | | | Prima Lunatio. | Secunda Lunatio. | Tertia Lunatio. | Quarta Lunatio. | Quinta Lunatio. | Sexta Lunatio. | Septima Lunatio. | Octaua Lunatio. | Nona Lunatio. | Decima Lunatio. | Vndecima Lunatio. | Duodecima Lunatio. | Tertiadecima Lunatio. |
| 8 | * | 1. Ian. | 20 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 9 | xj | 21. Dec. | 9 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 10 | xxij | 10 | 28 No. | 28 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 11 | iij | 29 | 17 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 12 | xiiij | 18 | 6 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 13 | 25 | 7 | 25 No. | 25 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 14 | vj | 26 | 14 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 15 | xvij | 15 | 3 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 16 | xxviij | 4 | 23 No. | 22 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 17 | ix | 23 | 11 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 18 | xx | 12 | 30 No. | 30 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 19 | j | 31 | 19 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 1 | xiij | 20 | 7 | | 353 | 29 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 2 | xxiiij | 8 | 26 No. | 26 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 3 | v | 27 | 15 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 4 | xvj | 16 | 4 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 5 | xxvij | 5 | 24 No. | 23 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 6 | viij | 24 | 12 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 7 | xix | 13 | 1 Dec. | 31 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |



Digitized by Google

Quot dies Lunatio quælibet tam in anno communi, quàm in Embolismico contineat in vigesimoseptimo Cyclo tabulæ expansæ, cui præfigitur litera d, minuscula, & cui ex triginta Calendarijs aureorum numerorum vigesimumseptimum sub eadem litera d, minuscula respondet.

| AVREI NVMERI | EPACTAE. | Initium primi mensis Lunaris tam in anno communi, quàm in Embolismico. | Finis duodecimi mensis Lunaris tã in anno communi, quàm in Embolismico. | Finis tertijdecimi mensis Lunaris in anno Embolismico. | Magnitudo anni Lunaris tam communis, quàm Embolismici. | NVMERVS ET ORDO Lunationum totius anni. | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | Prima Lunatio. | Secunda Lunatio. | Tertia Lunatio. | Quarta Lunatio. | Quinta Lunatio. | Sexta Lunatio. | Septima Lunatio. | Octaua Lunatio. | Nona Lunatio. | Decima Lunatio. | Vndecima Lunatio. | Duodecima Lunatio. | Tertiadecima Lunatio. |
| 19 | ✳ | 1. Ian. | 20 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 1 | xij | 21 Dec. | 8 | | 353 | 29 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 2 | xxiij | 9 | 27 No. | 27 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 3 | iiij | 28 | 16 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 4 | xv | 17 | 5 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 5 | xxvj | 6 | 25 No. | 24 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 6 | vij | 25 | 13 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 7 | xviij | 14 | 2 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 8 | xxix | 3 | 22 No. | 21 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 9 | x | 22 | 10 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 10 | xxj | 11 | 29 No. | 29 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 11 | ij | 30 | 18 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 12 | xiij | 19 | 7 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 13 | xxiiij | 8 | 26 No. | 26 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 14 | v | 27 | 15 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 15 | xvj | 16 | 4 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 16 | xxvij | 5 | 24 No. | 23 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 17 | viij | 24 | 12. Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 18 | xix | 13 | 1. Dec. | 31 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |

Quot

Digitized by Google

# Quot dies Lunatio quælibet tam in anno communi, quàm in Emboliſmico contineat in vigeſimo octauo Cyclo tabulæ expanſæ, cui præfigitur litera c, minuſcula, & cui ex triginta Calendarijs aureorum numerorum vigeſimum octauum ſub eadem litera c, minuſcula reſpondet.

| AVREI NVMERI | EPACTAE. | Initium primi menſis Lunaris tam in anno communi, quàm Emboliſmico. | Finis duodecimi menſis Lunaris tã in anno communi, quàm in Emboliſmico. | Finis tertiidecimi menſis Lunaris in anno Emboliſmico. | Magnitudo anni Lunaris tam communis, quàm Emboliſmici. | NVMERVS ET ORDO Lunationum totius anni. | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | Prima Lunatio. | Secunda Lunatio. | Tertia Lunatio. | Quarta Lunatio. | Quinta Lunatio. | Sexta Lunatio. | Septima Lunatio. | Octaua Lunatio. | Nona Lunatio. | Decima Lunatio. | Vndecima Lunatio. | Duodecima Lunatio. | Tertiadecima Lunatio. | | | | | | | |
| 11 | j | 31 Dec. | 19 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 12 | xij | 20 | 8 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 13 | xxiij | 9 | 27 No. | 27 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | | | | | | |
| 14 | iiij | 28 | 16 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 15 | xv | 17 | 5 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 16 | xxvj | 6 | 25 No. | 24 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | |
| 17 | vij | 25 | 13 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 18 | xviij | 14 | 2 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 19 | xxix | 3 | 22 No. | 21 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | |
| 1 | xj | 22 | 9 Dec. | | 353 | 29 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 2 | xxij | 10 | 28 No. | 28 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | | | | | | |
| 3 | iij | 29 | 17 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 4 | xiiij | 18 | 6 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 5 | xxv | 7 | 26 No. | 25 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | |
| 6 | vj | 26 | 14 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 7 | xvij | 15 | 3 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 8 | xxviij | 4 | 23 No. | 22 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | |
| 9 | ix | 23 | 11 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | | | | | | | |
| 10 | xx | 12 | 30 No. | 30 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | | | | | | |



Digitized by Google

Quot dies Lunatio quælibet tam in anno communi, quàm in Emboliſmico contineat in vigeſimonono Cyclo tabulæ expanſæ, cui præfigitur litera b, minuſcula, & cui ex triginta Calendarijs aureorum numerorum vigeſimumnonum ſub eadem litera b, minuſcula reſpondet.

| AVREI NVMERI | EPACTAE. | Initium primi menſis Lunaris tam in anno communi, quàm in Emboliſmico. | Finis duodecimi menſis Lunaris tã in anno communi, quàm in Emboliſmico. | Finis tertijdecimi menſis Lunaris in anno Emboliſmico. | Magnitudo anni Lunaris tam communis quàm Emboliſmici. | NVMERVS ET ORDO Lunationum totius anni. Prima Lunatio. | Secunda Lunatio. | Tertia Lunatio. | Quarta Lunatio. | Quinta Lunatio. | Sexta Lunatio. | Septima Lunatio. | Octaua Lunatio. | Nona Lunatio. | Decima Lunatio. | Vndecima Lunatio. | Duodecima Lunatio. | Tertiadecima Lunatio. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 11 | * | 1. Ian. | 20 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 12 | xj | 21. Dec. | 9 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 13 | xxij | 10 | 28 No. | 28 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 14 | iij | 29 | 17 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 15 | xiiij | 18 | 6 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 16 | 25 | 7 | 25 No. | 25 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 17 | vj | 26 | 14 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 18 | xvij | 15 | 3 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 19 | xxviij | 4 | 23 No. | 22 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 1 | x | 23 | 10 Dec. | | 353 | 29 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 2 | xxj | 11 | 29 No. | 29 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 3 | ij | 30 | 18 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 4 | xiij | 19 | 7 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 5 | xxiiij | 8 | 26 No. | 26 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 6 | v | 27 | 15 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 7 | xvj | 16 | 4 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 8 | xxvij | 5 | 24 No. | 23 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 9 | viij | 24 | 12 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 10 | xix | 13 | 1 Dec. | 31 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |

Quot

Digitized by Google

# Quot dies Lunatio quælibet tam in anno communi, quàm in Emboliſmico contineat in trigeſimo Cyclo tabulæ expanſæ, cui præfigitur litera a, minuſcula, & cui ex triginta Calendarijs aureorum numerorum trigeſimum ſub eadem litera a, minuſcula reſpondet.

| AVREI NVMERI | EPACTAE. | Initium primi menſis Lunaris tam in anno communi, quàm in Emboliſmico. | Finis duodecimi menſis Lunaris tã in anno communi, quàm in Emboliſmico. | Finis tertijdecimi menſis Lunaris in anno Emboliſmico. | Magnitudo anni Lunaris tam communis quàm Emboliſmici. | NVMERVS ET ORDO Lunationum totius anni. | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | Prima Lunatio. | Secunda Lunatio. | Tertia Lunatio. | Quarta Lunatio. | Quinta Lunatio. | Sexta Lunatio. | Septima Lunatio. | Octaua Lunatio. | Nona Lunatio. | Decima Lunatio. | Vndecima Lunatio. | Duodecima Lunatio. | Tertiadecima Lunatio. |
| 3 | j | 31 Dec. | 19 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 4 | xij | 20 | 8 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 5 | xxiij | 9 | 27 No. | 27 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 6 | iiij | 28 | 16 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 7 | xv | 17 | 5 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 8 | xxvj | 6 | 25 No. | 24 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 9 | viij | 25 | 13 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 10 | xviij | 14 | 2 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 11 | xxix | 3 | 22 No. | 21 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 12 | x | 22 | 10 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 13 | xxj | 11 | 29 No. | 29 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 14 | ij | 30 | 18 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 15 | xiij | 19 | 7 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 16 | xxiiij | 8 | 26 No. | 26 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 17 | v | 27 | 15 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 18 | xvj | 16 | 4 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 19 | xxvij | 5 | 24 No. | 23 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 1 | ix | 24 | 11 Dec. | | 353 | 29 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 2 | xx | 12 | 30 No. | 30 Dec. | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |



Digitized by Google

2 PERSPICVE ex superioribus tabulis apparet, in quolibet Cyclo decēnouennali contineri 7. annos tredecim Lunationū, qui Emboliſmici dicuntur, de quibus proximo cap. diſſeremus. Item nonnunquam annum Lunarem duodecim Lunationum complecti dies duntaxat 353. quē cauum ſupra cap. 8. Num. 1. appellauimus. Emboliſmicum quoque annum interdum continere dies tantummodo 383. quem ſimiliter cauum diximus. Tum autem cauus efficitur annus Lunaris tam communis, quam Emboliſmicus, cum tranſitus fit ab aureo numero 19. ad aureum numerum 1. Quia enim tunc ad Epactam, quæ vna cum aureo numero 19. in vſu eſt, adduntur 12. vt componatur Epacta ſubſequens, quæ aureo numeo 1. reſpondet, vt ſupra cap. 12. Num. 14. diximus, fit vt Lunatio prima anni complectatur dies duntaxat 29. cum tamen in alijs annis dies 30. contineat. Præterea Emboliſmicus annus fit cauus, quando Cyclus decennouennalis ab aureo numero 1. incipit, & Epacta xix. vel xviij. cum aureo numero 19. concurrit, vt in tabula 8. & 9. videre licet: vel etiam quotieſcunque annus, cuius aureus numerus eſt 1. Emboliſmicus eſt, quia propter cauſam paulo ante dictam, prima Lunatio illius anni dies tantummodo 29. complectitur, propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. concurrentem. Sed hac de re plura ſcribemus in ſequente cap. Num. 7. & 14. Cauſam autem, cur in proximis 30. tabulis Lunationes non ſemper progrediantur alternis per 30. & 29. dies, ſed contingant nonnunquam plures Lunationes continuæ modo dierum 30. modo 29. cap. inſequenti Num 15. aperiemus.

Quando annus Lunaris tam cōmunis, quā Emboliſmicus fiat cauus, dierum vi delicet 353. vel 383.

# CAPVT XVII.

## *De Emboliſmis, Ac Saltu, quem dicunt, Lunæ:*

QVONIAM iam omnes 30. Epactas Calendario inſcripſimus, tabulamque earundem expanſam, atque æquationis tabulam, & eam quidem correctam ad plurima annorum millia, extruximus, vt quolibet ſeculo cognoſci poſſit, quænam 19. Epactæ ex omnibus 30. aſſumendę ſint nouendecim aureis numeris reſpondentes, ad Nonilunia demonſtranda: ordo poſtulare videtur, vt pauca etiam de Emboliſmis, ac Saltu Lunæ, in medium proferamus. Hinc enim magis adhuc elucebit, Epactas rectiſſime in Calendario eſſe collocatas, earumque Cyclum idem omnino nunc præſtare, quod Cyclus aurei numeri, aut quicunque alius Cyclus olim præſtabat. Sed duo uidentur prius explicanda. Primum, Lunationem quamlibet illi menſi tribui a Computiſtis, in quo finitur, etiamſi alio menſe principium habuerit. De qua re extat hic verſiculus.

Lunationem illi menſi tribui, in quo finitur: & quare.

*In quo completur, menſi Lunatio detur.*

SI quis autem huius rei cauſam exquirat, hæc afferri poterit. Currente Epacta X. dubium eſſe non poteſt, quin prima Lunatio totius anni ipſis Calendis Ianuarij incipiat, vna cum ipſo anno, eidemque Ianuario tribuenda ſit, finem habens die 30. Ianuarij. Ex quo fit, vt ſecunda Lunatio, cuius finis in vltimum Februarij diem cadit, Februario adſcribenda ſit, quanquam principium habeat die vltimo Ianuarij. Tertia vero Calendis Martij incipiens, terminataque die 30. danda ſit Martio. Quarta deinde Aprili, cuius finis incidit in 28. diem Aprilis, etiamſi principium eius fiat vltimo die Martij. Quinta autem Maio, quę terminatur die 28. Maij, licet die 29. Aprilis incipiat. Atque ita deinceps toto eo anno tribuendæ ſint Lunationes illis menſibus, in quibus finiuntur, quanquam in alijs incipiant; adeo vt duodecima tunc Lunatio, cuius finis in 20. diem Decembris cadit, aſcribenda ſit Decembri, etſi die 22. Nouembris incipiat. Et quoniā in anno communi Lunari continentur tantum 12. Lunationes, dicenda erit ſequens Lunatio die 21. Decembris incipiens, & die 19. Ianuarij deſinens, prima inſequentis anni, ac proinde Ianuario, primo menſi anni, attribuenda; quandoquidē die 20. Decembris finitus iam eſt annus Lunaris communis 12. menſium Lunarium. Ex quo efficitur, inſequentem Lunationem, quæ 20. die Ianuarij iuchoatur, aſſignandam eſſe Februario, in cuius die 17. finitur; atque idcirco alias quoque Lunationes eiuſdem anni concedendas eſſe illis menſibus, quibus finiuntur, quamuis ab alijs initium ducant. Non aliter in anno Lunari Emboliſmico, vltima ac tertiadecima Lunatio finem ſuum habebit in Decembri; & proxime inſequens, ſiue in aliquo die Decembris ea incipiat, ſiue in principio Ianuarij, prima inſequentis anni dicenda

Digitized by Google

cenda erit. Hæc omnino videtur mihi esse causa, cur Computistæ omnes tribuant Lunationes illis mensibus, in quibus terminantur, vt nimirum prima Lunatio anni initium semper habens in Decembri, præterquam cum Epacta ✳. in vsu est, (huius enim Lunatio primo die Ianuarij incipit) & finem in Ianuario, ascriberetur primo mensi Solari totius anni, nimirum Ianuario, ratione id ita postulante.

2 SECVNDO loco declarandum est, à qua Epacta initium sumat quilibet Cyclus nouendecim annorum, in quo nimirum continentur 19. Epactæ alicuius lineæ ex illis 30. in tabula expansa descriptis, respondentes nouendecim aureis numeris. Neque enim triginta illi Cycli tabulæ expansę ab illis Epactis incipiunt, quæ in eis primum locum obtinent, ac sub aureo numero 3. collocantur, vt fortasse quispiam rem non satis attente considerans arbitrari posset; sed quilibet Cyclus decennouennalis tabulæ expansæ initium sumit ab Epacta ✳. semper, & à primo die Ianuarij, si ea in illo Cyclo contineatur; vel ab Epacta 1. & ab vltimo die Decembris, si in Cyclo Epacta ✳. non reperiatur. Continetur autem Epacta ✳. in 19. Cyclis, siue lineis tabulę expansæ, vt in 1. 2. 4. 5. 7. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 18. 20. 21. 23. 24. 26. 27. & 29. ac propterea ab ea quilibet horum Cyclorum principium sumit, sub quocunque aureo numero collocetur. In alijs autem 11. Cyclis, vt in 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. 22. 25. 28. & 30. non reperitur ✳. quare initium sument illi Cycli ab Epacta j. sub quocunque illa aureo numero posita reperiatur. Etsi enim in omni Cyclo liberum esse videatur, initium statuere, vbicunque libuerit, quia tamen anni 19. Lunares totidem Solaribus annis æquantur, quanquam non omni ex parte, vt supra cap. 8. dictum est; consentaneum videtur, vt ibi principium Cycli 19. annorum in Epactis sumatur, vbi Ecclesiæ consuetudo anni Solaris in Calendario initium statuit, nimirum Calendis Ianuarij, quando id fieri poterit; aut certe prope Calendas: adeo vt, quotiescunque in Cyclo decennouennali Epacta ✳. Calendis Ianuarij ascripta in vsu est, principium Cycli ab ea, & non ab alia, sumatur, Nouiluniumque illud in primum Ianuarij diem cadens, sit primum in toto eo Cyclo decennouennali. Sed quoniam non raro accidit, vt in toto spatio 19. annorum nullum Nouilunium in Calendas Ianuarij incidat, propterea quod toto eo temporis spatio Epacta ✳. in vsu non est, vt ex superioribus 11. Cyclis tabulæ expansæ enumeratis manifestum est, nimirum ex 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. 22. 25. 28. & 30. non poterit tunc initium nostri Cycli à Calendis Ianuarij sumi, aut ab Epacta ✳. cum ea in illo Cyclo non contineatur; sed ab ea Epacta Cyclus inchoandus erit, quæ Calendis Ianuarij proxima est, vt vel ab Epacta xxix. diei secundo Ianuarij præfixa, vel ab ea, quæ postremo diei Decembris ascribi deberet, si inde annus inchoaretur: ita vt Nouilunium principio anni Solaris proximum, cuiusmodi est illud, quod vel in secundum diem Ianuarij, vel in vltimum Decembris cadit, dicatur in toto eo Cyclo primum. Quia vero Nouilunium in secundũ Ianuarij diẽ incidens, non est primum totius anni, sed secundũ (quod Lunatio antecedens, quæ finẽ habet ipsis Calendis Ianuarij, Ianuario tribuatur, dicaturque totius anni prima, vt paulo ante scripsimus.) assumendum est Nouilunium in vltimum Decembris diem incidens. Hoc enim primum tunc est totius anni, & Ianuario tribuitur, estque initiò anni Solaris in toto eo Cyclo decennouennali proximum, quippe cum omnia alia Nouilunia Ianuario tributa in eo Cyclo cadant in alios dies Decembris, qui vltimum antecedunt.

ITAQVE duo sunt dies principio nostri Cycli deputandi, nimirum Calendæ Ianuarij, vbi posita est Epacta ✳. & Pridie Cal. Ianuarij, vbi collocari deberet Epacta 1. si ibi annus Solaris inciperet, quemadmodum alijs in locis Calendarij Epacta 1. supra Epactam ✳. proxime est collocata. Quoniam vero Solaris annus incipit à primo die Ianuarij, ac finitur vltimo Decembris, & Epactę in Calendario rationem Cycli seruare non possunt, vt cap. 10. Num. 2. declarauimus, præfixa est vltimo Decembris diei non Epacta 1. quæ ordine naturali Epactam ✳. in Calendario antecedit, sed Epacta xx. vna cum Epacta 19. alio colorẽ, charactereue denotata. Hæ namque duæ Epactæ ordine naturali cadunt infra Epactam xxj. diei penultimo Decembris appositã, sunt q; adhuc in vsu mense Decembri, in illis annis, in quibus per eas Nouilunia demonstrantur, cum nostræ Epactæ mutentur mense Ianuario, sicut & aurei numeri. Ex quibus colligitur, initium cuiusuis Cycli decennouennalis nostrarum Epactarum sumendum esse vel à primo die Ianuarij, & ab Epacta ✳. quando ea in Cyclo decennouennali est in vsu, vel ab vltimo die Decembris, & ab Epacta 1. quando ✳. in eo Cyclo non reperitur.

ATQVE hæc est causa, cur in 30. tabulis Lunationum cap. antecedentis Cyclum quem-

Quemlibet Cyclũ 19. Epactarum incipere vel à ✳. si in proposito Cyclo continetur, vel ab 1 si ✳. in dato Cyclo non reperitur.

Quinam Cycli decennouennales incipiant à ✳. & qui ab Epacta 1.

Cyclum quemcunque decennouennalem incipere uel à primo die Ianuarij, uel ab ultimo die Decembris.

Digitized by Google

quemlibet decennouennalem inchoauerimus vel ab Epacta ✳. vel ab Epacta j. primaque Lunatio totius Cycli in qualibet tabula principium ducat vel à Calendis Ianuarij, vel ab vltimo die Decembris, cum interim omnes aurei numeri Cyclo decennouennali principium dederint.

3 CAETERVM vt videas, necessario duos illos dies destinandos esse initio nostri Cycli decennouennalis cuiusque, ostendemus, idem faciendum fore in Cyclo aurei numeri, si is in Calendario describeretur, & vtraque æquatio, Solaris nimirum anni, atque Lunaris seruaretur. Sumamus ergo in manus Calendarium Romanum antiquum, in quo aureus numerus 3. positus est ad primum diem Ianuarij, & à quo ad nostram vsque correctionem initium Cycli semper sumptum est, propterea quod nunquam adhibita fuit æquatio Solis, ac Lunæ. Sumptum autem semper esse principium Cycli ab aureo numero 3. ex eo manifeste colligitur, quod ab aureo numero 3. septem anni Emboliſmici numerati sint, vt apertissime constabit ex ijs, quæ paulo infra de Emboliſmis hoc eodem cap. trademus.

Cycli aurei numeri ante correctionem semper incipisse ab aureo numero 3.

ITAQVE si propter æquationem anni Solaris, Luna nondum æquationem desiderante, singuli aurei numeri deorsum promouendi sint per vnum diem, scribetur aureus numerus 3. ad secundum diem Ianuarij, & primo diei præfigetur aureus numerus 14. cum hic semper in alijs locis sit proxime supra illum collocatus in Calendario. Quare ab aureo numero 14. tunc Cycli initium fiet, & ab eodem die primo Ianuarij. Quod si rursus per alterum diem aurei numeri mouendi sint deorsum, cadet aureus numerus 3. in tertium diē Ianuarij, & aureus numerus 14. in secundū, primus autem dies vacuus apparebit, quod supra aureum numerum 14. ponatur aureus numerus 6. non proxime, sed relicto die vacuo, vt ex Cap. 9. Num. 5. liquet. Quare non poterit tunc fieri Cycli initium à primo die Ianuarij, cum ibi nullus aureus numerus positus sit; neque vero amplius aureus numerus 14. secundo diei Ianuarij tunc ascriptus initium dabit, propterea quod Lunatio secundo die Ianuarij incipiens, currente aureo numero 14. est secunda illius anni, non autem prima, vt ante docuimus. Incipiendus igitur Cyclus tunc est ab eo aureo numero, qui ascribendus esset diei vltimo Decembris, si inde Solaris annus inchoaretur, hoc est, ab aureo numero 6. qui in Calendario duobus semper diebus superior est, quam 14. Nam Lunatio tunc in vltimum Decembris diem incidens prima est totius anni sequentis, quam quidem indicat aureus numerus 5. qui in præcedenti anno Nouilunia demonstrat, estque diei vltimo Decembris tunc ascriptus, cum eum per duos dies à 29. die Decembris, vbi in antiquo Calendario descriptus est, ponamus descendisse. Quod autem tum ad vltimum Decēbris diem apponendus sit aureus numerus 5. non autem 6. qui in Calendario semper supra 14. descriptus reperitur, causa est, quia aurei numeri in Calendario rationem Cycli seruare non possunt, vt cap. 9. Num 6. dictum est: patetque hoc ex tertio Calendario aureorum numerorum, cuius litera Index est M, maiuscula.

Cyclum decennouennalem aurei numeri incipere vel ab aureo numero ad Calendas Ianuarij scripto, vel ab eo, qui vltimo diei Decembris ascribendus esset, si inde annus Solaris inciperet.

IDEM prorsus fieret, si propter æquationē Lunę (Solari anno tum æquationem non desiderante) aurei numeri in antiquo Calendario sursum per vnum diem promouendi essent. Nam aureus numerus 11. tertio diei Ianuarij ascriptus, ad diem secundum ascenderet, aureus vero numerus 3. in primo die positus, transiret ad vltimum diem Decembris, relicto primo Ianuarij die vacuo. Non igitur tunc incipere posset Cyclus à primo die Ianuarij, cum ibi nullus sit aureus numerus, neque vero à secundo die Ianuarij, propter rationem supra allatam, sed ab vltimo die Decembris, ab aureo numero 3. qui ibi tunc collocandus esset, si annum Solarem inde exordiremur: quanquā quia annum à principio Ianuarij inchoamus, atque aurei numeri Cycli rationem in Calendario non seruant, vt cap. 9. Num. 6. diximus, positus ibi tum cerneretur aureus numerus 2. sub aureo numero 13. qui tunc penultimo diei Decembris ascriptus esset, vt constat ex trigesimo Calendario aureorum numerorum cuius litera Index est a, minuscula.

4 VIDES igitur, initium Cycli aureorum numerorum deinceps, ac successiue sumi ab omnibus aureis numeris, modo à primo die Ianuarij, si ibi positus fuerit aureus aliquis numerus, modo ab vltimo Decembris die, si primus dies Ianuarij nullum habeat aureum numerum: quod quidem accidit propter æquationem anni Solaris, ac Lunaris, cum omnes aurei numeri propter eam æquationem possint deinceps describi in primo die Ianuarij, atque vltimo Decembris, vt liquido apparet ex superioribus 30. Calendarijs aureorum numerorum, in quibus varios dies ijdem aurei numeri occupant, prout videlicet 30. lineis Epactarum in tabula expansa respondent.

Initium Cycli aurei numeri sumi successiue ab omnibus aureis numeris, si æquatio Solaris anni ac Lunaris adhibeatur.

AT

Digitized by Google

AT vero quoniam Cyclus noſter Epactarum in Calendario immobilis eſt, ſemperque Epacta ✳. Calendis Ianuarij adhæret, ita vt Epacta j. ad vltimum diem Decembris ponenda eſſet, ſi inde annus Solaris inciperet, fit vt initium Cycli decennouennalis noſtrarum Epactarum perpetuo ſumendum ſit vel ab Epacta ✳. vel ab Epacta j. vt declaratum eſt. Cyclus quilibet decennouennalis Epactarum quare ſemper incipiat à ✳. vel ab Epacta j.

5 ALEXANDRINI porro ſemper ab vltimo die anni, qui diei 28. noſtri menſis Auguſti reſpondet, Cyclum ſuum exordiebantur; quia ad primum diem anni, ſiue menſis Thoth, qui reſpondet diei 29. Auguſti, nullum aureum numerum collocabant, quod eo tempore nullum Nouilunium in primum diem eorum anni incideret, ſed in vltimum, id eſt, in diem 35. menſis Meſores, quem diei 28. Auguſti reſpondere diximus, vbi aureus numerus 19. poſitus erat, qui tunc inſtar erat aurei numeri 1. quippe cum ſtatim proximo die, qui inſequenti anno initium dabat, aureus numerus 1. aſſumeretur pro aureo numero 19. atque ita ab aureo numero 1. eorum Cyclus incipiebat. In Calendario autem Eccleſiaſtico antiquo, currente aureo numero 3. incidebat Nouilunium, ex vſu Eccleſiæ, in primum diem Ianuarij, vbi ponebatur aureus ille numerus 3. ac proinde ab eo ſemper principium ſumebat Cyclus aurei numeri ante anni correctionem, vt ſupra diximus. Cyclum aurei numeri apud Alexandrinos ſemper incepiſſe ab vltimo die anni ipſorum, & ab aureo numero 1.

6 HIS poſitis, explicationem Emboliſmorum aggrediamur. Emboliſmus igitur eſt annus Lunaris, in quo 13. Lunationes continẽtur, ſiue dies 384. aut 383. vt mox dicemus. Neque vero mirum alicui videri debet, in vno anno, qui in Calendario continet dies tantummodo 365. fieri poſſe 13. Lunationes, quę conficiant dies 384. aut 383. Nam cum ſupra dictum ſit, Lunationes illis menſibus tribui, in quibus finiuntur, ita vt omnis Lunatio menſe Decembris incipiens, terminataque quocunque die Ianuarij, etiam primo, aſcribenda ſit Ianuario, dicendaque totius anni prima; fieri poteſt, vt quibuſdam annis poſt primam illam Lunationem exiſtant adhuc 12. integrę Lunationes, antequam ad primam Lunationem alterius inſequentis anni veniamus; ſi nimirum poſt primam Lunationem alicuius anni ſuperſint adhuc 354. aut 353. dies, quot nimirum ſatis ſunt ad explendum numerum dierum 12. Lunationum. Quando ergo hoc contingit, exiſtunt in eo anno Lunari 13. Lunationes, diciturque annus Emboliſmicus, complectens dies 384. vel 383. quanquã Solaris annus ex diebus duntaxat 365. in Calendario conſtet. Quando vero poſt primam illam anni Lunationem ſuperſunt ſolum 11. Lunationes integræ, continentur 12. tantum Lunationes in eo anno Lunari, & appellatur communis, continens dies 354. vel 353. licet Solaris annus dies 365. in Calendario complectatur. Emboliſmus quid. Qua ratione in vno anno poſſint 13. Lunationes contineri.

7 ET quoniam annus Solaris in Calendario deſcriptus dierum 365. annum Lunarem communem complectentem, vt plurimum, dies 354. (raro enim dies duntaxat 353. complectitur) ſuperat diebus 11. facile cognoſcemus, quinam anni, & quot, in quolibet Cyclo decennouennali ſint Emboliſmici, ſiue 13. Lunationum. Quotieſcunq; .n. ex diebus illis 11. qui in quolibet anno Solari, exactis 12. Lunationibus, ſuperſunt, ſumma collecta fuerit 30. aut maior, aut etiam minor, hoc eſt 29. vt ſit in vltimo, ſiue decimonono anno Cycli, complebuntur eo anno 13. Lunationes, atque annus ipſe Emboliſmicus erit: quia ex ſumma illa dierum conficitur vna Lunatio, præter 12. ordinarias, 30. dierum, vltimo anno Cycli excepto, in quo ſumma 29. dierum conflata exhibet vnam Lunationem 29. dierum, quæ alijs 12. Lunationibus ante illam expletis adiecta efficit 13. Lunationes eo anno. Contingit autem hoc in quolibet Cyclo ſepties tantum, videlicet in cuiuslibet Cycli decennouennalis annis, 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. qui omnes, ac ſoli ſunt Emboliſmici, vt ex ſuperioribus 30. tabulis Lunationum manifeſtum eſt. In qualibet enim reperiuntur 7. anni 13. Lunationum, cuius rei hæc eſt ratio. In quolibet Cyclo decennouennali eſſe 7. annos Emboliſmicos, vnde cognoſcatur, & quinã ſint illi.

IN primis tribus annis Cycli ter ſuperſunt 11. dies qui efficiunt 33. dies, quorum 30. dantur Lunationi tertiædecimę, ſiue Emboliſmicę tertij anni, ſuperſuntque adhuc 3. dies qui adiuncti ter. 11. diebus reſiduis in annis 4. 5. & 6. conſtituunt dies 36. quorum 30. rurſus dantur Lunationi Emboliſmicæ, ſiue decimętertiæ ſexti anni, & adhuc 6. dies ſuperſunt. Hi cum reſiduis ter. 11. diebus in annis 7. 8. & 9. efficiunt 39. dies. Ex 30. igitur completur Lunatio Emboliſmica noni anni: reliqui vero 9. dies cum reſiduis bis 11. in annis 10. & 11. componunt 31. dies, quorum 30. Lunationi Emboliſmicæ vndecimi anni tribuuntur; dies autem 1. reliquus cum reſiduis ter. 11. diebus in annis 12. 13. & 14. efficit dies 34. ex quibus 30. cedunt Emboliſmicæ Lunationi anni quartidecimi, & reliqui 4. dies cum ter. 11. diebus ſuperfluis in annis 15. 16. ac 17. conficiunt dies 37. quorum 30. Lunationem Emboliſmicam ſeptimidecimi anni explent, at reliqui 7. dies cum bis 11. ſuperfluis diebus in annis 18. & 19. efficiunt dies 29. pro Lunatione Emboliſmica decimi- Cur in omni Cyclo decennouennali anni 3. 4. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. ſint Emboliſmici.

noni

Digitized by Google

Cur in Cyclo decennouennali necessario vna ex 7. Lunationibus extraordinarijs contineat tantũ 29. dies.

noni anni, atque vltimi. Necesse enim est, vnam ex 7. Lunationibus extraordinarijs dies tantum 29. complecti, cum in 19. annis ex 11. diebus, qui in quolibet anno supersunt, constituantur 209. dies, qui conficiunt sex Lunationes 30. dierum singulas, & vnam dierum 29. quod ei dies vnus desit ad complendum numerum 30. dierum. Dies enim 210. constituunt 7. Lunationes 30. dierum.

Quando annus Emboliſmicus ſit dierum 384. & quando 383.

ITAQVE annus Emboliſmicus, cuius Lunatio dies 30. continet, complectetur dies 384. qui vero Lunationem Emboliſmicam habet dierum 29. continebit 383. dies; propterea quod dies 354. duodecim Lunationum cum 30. diebus Lunationis Emboliſmicæ conficiunt dies 384. cum diebus autem 29. Lunationis Emboliſmicę constituunt dies tantummodo 383.

8 ATQVE hic est ordo naturalis 7. Emboliſmorum in quouis Cyclo decennouennali contentorum, vt nimirum priores sex Lunationes Emboliſmicæ contineant dies 30. singulæ, septima vero ac postrema dies 29. duntaxat: qui tamen ordo plerumque mutatur, ita vt non semper septima Lunatio Emboliſmica sit dierum 29. sed interdum aliqua alia, Lunationibus alternis 30. & 29. dierum id ita exigentibus; propterea quod Cyclus decennouennalis non semper ab aureo numero 1. incipit, sed ab aliquo alio. Duo enim tantum Cycli decennouennales Epactarum ex omnibus 30. in tabula expansa, quos referunt 8. & 9. lineæ eiusdem tabulæ, quibus præfiguntur literæ D, & C, maiusculæ, initium sumunt ab aureo numero 1. Quare in illis tunc nonusdecimus annus, qui septimus Emboliſmicus est, continebit Lunationem Emboliſmicam 29. dierum. In alijs autem Cyclis septimus annus Emboliſmicus habebit Lunationem Emboliſmicam dierum 30. & Lunatio Emboliſmica 29. dierum alicui alij Emboliſmo tribuetur, vt ex ijs, quæ aliquanto post eodem hoc cap. dicturi sumus, fiet perspicuum; si prius paulo uberius explicauerimus, quo pacto se habeant hi 7. Emboliſmi in quolibet Cyclo decennouennali nostrarum Epactarum, qui quidem semper vel ab Epacta ✳. vel ab j. incipit, vt supra traditum est.

Duo tantum Cycli decennouennales ex omnibus 30. tabulæ expansæ habent ſeptimam Lunationẽ Emboliſmicam 29. dierum.

Primam Lunationẽ anni Emboliſmici terminari in aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, & quare.

9 QVANDOCVNQVE igitur prima Lunatio alicuius anni terminatur aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, (omnem autem Lunationem mense Ianuario terminatam, etiam primo eius die, Ianuario tribui, esseque totius anni primam, supra Num. 1. huius cap. ostendimus) annus ille necessario Emboliſmicus est. Nam si prima Lunatio desinat die 11. Ianuarij, supererunt eo anno vsque ad finem Decembris, dies 354. in quibus 12. Lunationes adhuc fieri possunt. quare annus ille complectetur 13. Lunationes, ac proinde Emboliſmicus erit. Si vero prima Lunatio ante diem 11. Ianuarij terminetur, supererunt plures dies quam 354. eo anno vsque ad finem Decembris. quamobrem fieri in illis poterunt adhuc 12. Lunationes, ac supererunt præterea aliquot dies, vel saltem vnus, ac proinde is quoque annus Emboliſmicus erit, cum 13. Lunationes comprehendat.

Vndecim Epactas ſemper eſſe Emboliſmicas, hoc est, annum illum esse Emboliſmicum, in quo vna ex illis cum quocunq; aureo numero currat, & quæ illæ sint.

EX quo efficitur, vt vndecim hæ Epactæ, xix. xx. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. 25. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. (Numeramus autem xxv. 25. pro vna Epacta) positæ in proximis 11. diebus post Calendas Ianuarij, sint semper Emboliſmicæ, ita vt annus, cuius Epacta est aliqua ex illis 11. quicunque tunc aureus numerus currat, sit Emboliſmicus; propterea quod Lunatio ab aliqua illarum Epactarum mense Ianuario incipiens, est secunda illius anni; prima vero eam antecedens incepit mense Decembri, completaque est in aliquo primorum 11. dierum Ianuarij.

Lunationẽ 13. in anno Emboliſmico terminari in aliquo poſtremorũ 11. dierum Decembris, & quare.

HINC rursus colligitur, in quouis anno Emboliſmico Lunationem tertiamdecimam siue postremam, necessario terminari aliquo postremorum 11. dierum Decembris, quibus ascriptæ sunt hæ Epactæ, ✳. xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. 25. xxiiij. xxiij. xxij. xxj. xx. 19. propterea quod si Lunatio aliqua desinat in quocunque illorum 11. dierum (vltimo excepto) insequens Lunatio, quæ prima est proximi anni post Emboliſmum, incipit ab aliqua harum Epactarum, xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. 25. xxiiij. xxiij. xxij. xxj. xx. 19. quæ posteriores decem dies Decembris occupant, & quę eodem ordine post primum Ianuarij diem repetuntur: quæ res argumento est, toto eo anno, cuius vltima Lunatio in aliquo postremorum 11. dierũ Decembris finitur, in vsu fuisse Epactam illam, à qua insequentis anni prima Lunatio incipit, hoc est, illam, quę huic similis ponitur iuxta aliquem dierum 11. post primum Ianuarij. Cum ergo omnes Epactæ primis 11. diebus post primum Ianuarij præfixæ, sint Emboliſmicę, vt paulo ante diximus, liquet annum, cuius postrema Lunatio terminum habet in aliquo posteriorum 11. dierum Decembris, Emboliſmicum esse.

Primam Lunationẽ anni Emboliſmum insequentis semper incipere ab aliqua Epacta Emboliſmica, excepto Emboliſmo, in quo Epacta xix. nõ cum aureo numero 19. currit & quare.

Solum quando vltima Lunatio anni Emboliſmici, currente Epacta xix. finitur vltimo die Decembris (quod quidem fit, non concurrentibus Epacta xix. & aureo numero 19.) incipit

prima

Digitized by Google

prima Lunatio insequentis anni primo die Ianuarij, & ab Epacta ✳. non Emboliſmica, non autem ab Epacta xix. Emboliſmica. Ratio huiuſce rei eſt, quod annus vltimo Decembris die finiatur, & Epacta xix. mutetur tunc anno inſequenti in Epactam ✳. Quod ſi annus poſtremo die Decembris non clauderetur, ſcribenda eſſet Epacta xix. iuxta eum diem, qui nunc primo diei Ianuarij reſpondet, naturali ſcilicet ordine, ſub Epacta xx. vltimo diei Decembris affixa, atque ita Lunatio prima poſt annum Emboliſmicum inciperet tunc etiam ab Epacta xix. quæ Emboliſmica eſt.

10 ATQVE vt planius appareat, vndecim has Epactas xix. xx. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. 25. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. omnes eſſe ſemper Emboliſmicas, & ſolas, inſpiciendæ ac conſiderandæ diligenter ſunt omnes 30. lineæ Epactarum tabulæ expanſæ. Nam in qualibet earum ſemper reperies ſeptem Epactas ex illis 11. poſitas loco 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. ab Epacta ✳. ſi ea in aſſumpta linea continetur, vel ab Epacta 1. ſi in accepta linea non reperitur Epacta ✳. Cum ergo omnis Cyclus decennouennalis noſtrarum Epactarum initium ſumat vel ab Epacta ✳. vel ab 1. atque in omni Cyclo hi ſolum ſeptem anni, tertius, ſextus, nonus, vndecimus, quartuſdecimus, decimuſſeptimus, & nonuſdecimus, ſint Emboliſmici, vt dictum eſt, manifeſte concluditur, illas 11. quas diximus, Epactas, proximis 11. diebus Ianuarij primum diem ſubſequentibus aſcriptas, eſſe Emboliſmicas. Euidentius idem colligitur ex ſuperioribus 30. tabulis Lunationum precedentis cap. in quibus omnes eæ 11. Epactę habent 13. Lunationes, ac proinde Emboliſmicæ ſunt, & quidem in prædictis 7. annis: allæ vero Epactæ complectuntur duntaxt Lunationes 12.

Enumeratas 11. Epactas, omnes ac ſolas ſemper eſſe Emboliſmicas, & enumeratos 7. annos in quolibet Cyclo decennouennali, omnes ac ſolos eſſe Emboliſmicos, quo pacto ex tabula expanſa, & ex 30. tabulis Lunationum cognoſcatur.

11 HISCE vndecim Epactas Emboliſmicis addenda eſt nonnunquam Epacta xviij. Hęc enim Emboliſmica quoque eſt eo anno, in quo aureus numerus eſt 19. quod quidem in vno ſolo Cyclo ex omnibus 30. Cyclis tabulę expanſæ contingit, nimirum in nono, cui præfixa eſt litera C, maiuſcula. In eo namque ſolo Epacta xviij. occupat decimumnonum locum ab Epacta ✳. à quâ Cyclus ille incipit, demoſtratumq. ſupra eſt, annum decimumnonum cuiuſuis Cycli eſſe Emboliſmicum. In nullo alio Cyclo reperitur Epacta xviij. in loco Emboliſmico, hoc eſt, in 3. 6. 9. 11. 14. 17. vel 19. ab Epacta ✳. vel j. quæ Cycli principium eſt.

Annum, in quo Epacta xviij. & aureus numerus 19. concurrunt, Emboliſmicum quoque eſſe, & quare.

RATIO autẽ, cur tunc Epacta xviij. Emboliſmica ſit, duplex afferri poteſt. Prima ſit hæc. Quando Epacta xviij. & aureus numerus 19. concurrunt, addenda ſunt ei 12. vt confletur Epacta xxx. vel ✳. inſequentis anni, vt cap. 12. Num. 14. oſtendimus. Quare vltima Lunatio illius anni, in quo Epacta xviij. vna cum aureo numero 19. in vſu eſt, finitur vltimo Decembris, proindeque Decembri tribuenda eſt. Ex quo ſequitur, eodem illo anno contineri 13. Lunationes, quarum prima terminatur die 12. Ianuarij, principium habens die 14. Decembris, ab Epacta vij. quæ ſuperiori anno in vſu fuit. Duodecima autem Lunatio eiuſdem anni clauditur 2. Decembris, atque tertiadecima die poſtremo eiuſdem menſis. Secunda ratio hæc ſit. Annus, quo Epacta xviij. & aureus numerus 19. concurrunt, eſt vltimus Cycli decennouennalis, vt conſtat ex linea illa nona tabulæ expanſę, quæ literam C, maiuſculam habet. Continebit ergo in eo anno Lunatio vltima, & Emboliſmica dies duntaxat 29. vt ſupra Num. 8. diximus. Quocirca cum prima eius Lunatio finiatur die 12. Ianuarij, ſupererunt adhuc dies 353. qui ſatis ſunt ad explendas 12. Lunationes, quarum vltima dies tantum 29. complectatur; atque adeo annus ille continens 13. Lunationes, Emboliſmicus erit, comprehendetque dies duntaxat 383.

QVANDO autem Epacta xviij. non cum aureo numero 19. ſed cum quouis alio concurrit, non adduntur ei 12. ſed tantum 11. vt colligatur Epacta xxix. inſequentis anni. Quapropter finita Lunatione duodecima anni die 2. Decembris, quando Epacta xviij. eſt in vſu, incipiet prima Lunatio inſequentis anni die 3. Decembris, & terminabitur Calendis Ianuarij, ac propterea annus ille prior, cuius Epacta xviij. communis erit, cum 12. tantum Lunationes comprehendat: poſterior vero annus Emboliſmicus erit 13. Lunationum; quippe cum eius Epacta ſit xxix. quam ſupra diximus eſſe Emboliſmicam. Itaque illę 11. Epactæ, xix. xx. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. 25. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. iuxta proximos 11. dies, qui primum diem Ianuarij conſequuntur, deſcriptæ, ſemper ſunt Emboliſmicæ, cum quibuſcunque illæ aureis numeris concurrant: at vero Epacta xviij. diei 13. Ianuarij appoſita nunquam Emboliſmica eſt, niſi quando vna cum ea aureus numerus 19. vſurpatur. Patent omnia hæc clariſſime in ſuperioribus 30. tabulis Lunationum præcedentis cap. Nam in ſola nona tabula vides Epactam xviij. cum aureo numero 19. currentem habere 13. Lunationes, in alijs autem omnibus tantum 12. Quocirca Epacta xviij. dici

Annus in quo Epacta xviij. non cum aureo numero 19. concurrit, quare nõ ſit Emboliſmicus.

poterit

Digitized by Google

poterit anceps, siue indifferens, cum modo sit Emboliſmica, modo non Emboliſmica, cum tamen omnes aliæ Epactæ perpetuo sint vel Emboliſmicæ, vel communes.

Qui septem aurei numeri in veteri Calendario fuerint Emboliſmici.

12 IN veteri Calendario erant hi septem aurei numeri 2. 5. 8. 11. 13. 16. 19. Emboliſmici, vt recte Campanus docet; etsi alij Computiſtę nonnihil ab eo diſcrepent. Nam cum omnes deſcripti sint prope aliquos ex 11. proximis diebus Calendas Ianuarias inſequentibus, hoc est, inter primum diem, & tertiumdecimum Ianuarij collocati sint in Calendario, quemadmodum noſtræ 11. Epactę Emboliſmicæ, erit Lunatio ante quemcunque illorum 7. aureorum numerorum menſe Ianuario proxime terminata, (videlicet ſecundo, quarto, quinto, ſeptimo, octauo, decimo, vel vndecimo die) prima totius anni, poſt quam cum minimum ſupererunt in anno 354. diès, qui ſatis sunt ad alias 12. Lunationes explendas, vt annus ille 13. Lunationes comprehendat, quarum ſecunda ab aliquo illorum ſeptem aureorum numerorum initium ſumit Ianuario. Quare annus, cuius aureus numerus fuerit ex illis ſeptem aliquis, Emboliſmicus erit.

Neceſſario in veteri Calendario Cyclum aurei numeri à 3. initium ſumpſiſſe.

ET quoniam ſeptem anni ſolum in quouis Cyclo decennouennali, nimirum 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. Emboliſmici sunt, quòd in illis ſolis ſuperflui illi dies, quos in quolibet anno Solari ſupereſſe diximus, conſtituere poſſint vnam Lunationem extraordinariam, vt Num. 7. diximus; manifeſto colligitur, Cyclum aurei numeri in veteri Calendario initium ſemper duxiſſe ab aureo numero 3. quod ſupra Num. 3. diximus, propterea quòd ſeptem illi aurei numeri Emboliſmici, quos paulo ante adduximus, à ſolo aureo numero 3. locum tertium, ſextum, nonum, vndecimum, quartumdecimum, decimumſeptimum, ac decimumnonum occupant, vt in hac tabella apparet.

| Ordo annorum Cycli | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cyclus aurei numeri | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
| Aurei numeri Emboliſm. | | | 5 | | | 8 | | | 11 | |

| Ordo annorum Cycli | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 18 | 18 | 19 | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cyclus aurei numeri | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 1 | 2 | |
| Aur. num. Emboliſm. | 13 | | | 16 | | | 19 | | 2 | |

Cyclum aurei numeri in veteri Calendario à nullo alio numero quam à 3. poſſe initium habere.

PORRO Cyclum aurei numeri à nullo alio numero quam à 3. in veteri Calendario initium habere potuiſſe, ita quoque planum fiet. Si ponatur numerus 3. primus in Cyclo, ſupererunt eo anno 11. dies poſt duodecimam Lunationem; & 22. ſecundo anno, currente aureo numero 4. & 33. tertio anno, currente aureo numero 5. atque idcirco aureus numerus 5. Emboliſmicus erit. Eademque ratione Emboliſmici erunt hi aurei numeri, 8. 11. 13. 16. 19. 2. vt Campanus voluit, & ratio ipſa poſtulat, cum, hiſce aureis numeris currentibus, prima Lunatio anni terminetur ſemper aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, quod neceſſario requiritur, vt annus poſſit eſſe Emboliſmicus, vt Num. 9. diximus. Hoc vtique non eueniret, ſi alius aureus numerus ſtatueretur primus in Cyclo. Nam ſi v. g. numerus 1. diceretur primus, ſupereſſent tunc 11. dies; & currente aureo numero 2. ſupereſſent 22; & 33. currente aureo numero 3. Quare aureus numerus 3. eſſet Emboliſmicus. Eademque ratione aurei numeri 6. 9. 11. 14. 17. 19. Emboliſmici forent. quod falſum eſt, & contra Campanum hac in re exercitatiſſimum, & rationi repugnans; cum nullus horum 7. aureorum numerorum, præter 11. & 19. contineat 13 Lunationes, vt patet, & liquido conſtat ex tabula Lunationum Cycli aurei numeri veteris, quam paulo infra ſubijciemus. Non ergo numerus 1. poteſt eſſe primus in Cyclo. Eandemque ob cauſam nullus alius præter 3. primus eſſe poteſt.

Quæ ex 13. Lunationibus anni Emboliſmici dicenda ſit Emboliſmica.

13 IAM vero non magni intereſt, quænam ex 13. Lunationibus anni Emboliſmici dicenda ſit extraordinaria, ſiue Emboliſmica, dummodo non ſit Paſchalis, & aliarum 12. Lunationum magnitudines, prout Cyclus exigit, intactæ atque illæſæ, quoad eius fieri poteſt, permaneant: nimirum vt alternæ conſtituantur dierum 30. & 29. Quod vt rectius fiat, tenenda erit hæc regula. Quoties in anno Emboliſmico vltima, ſiue 13. Lunatio continet dies 30. appellabimus eam Emboliſmicam, ſiue extraordinariam: propterea quod tunc antecedentes 12. Lunationes alternis continent dies 30. & 29. vt Cycli ratio poſtu-

Digitized by Google

postulat. Hoc autem accidit cum aliqua harum Epactarum Emboliſmicarum xix. xx. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. in vſu eſt, quibus addenda eſt Epacta 25. diuerſo charactere coloreue notata, vt ex 30. tabulis Lunationum capitis 16. manifeſtum eſt, dummodo Epacta xix. & aureus numerus 19. non concurrant. Tunc enim Lunatio 13. anni dies tantum 29. complectitur, vt in 8. linea tabulæ expanſæ, cui aſcripta eſt litera D, maiuſcula, contingit, cui quidem reſpondet 8. tabula ex 30. tabulis Lunationum antecedentis cap.

Quæ Epactæ Emboliſmicæ habeant 13. Lunationem dierũ 30. & Emboliſmicam.

QVOD ſi quando illæ Epactæ vna cum aureo numero 1. vſurpentur, vt fit in 15. 16. 17. 18. 19. & 20. lineis tabulę expanſæ, quæ annotantur literis minuſculis r, q, p, n, m, l, nec non in 6. tabulis Lunationũ reſpondentibus (excepta Epacta 25. diuerſi characteris, vel coloris, quæ nunquam concurrere poteſt cum aureo numero 1. quippe quę ſolũ cum aureis numeris maioribus, quam 11. poſſit concurrere) continebit tam prima Lunatio anni, quam ſecunda, dies duntaxat 29. Cum enim tunc Epactę anni ſuperioris cum aureo numero 19. concurrenti addantur 12. vt Epacta alterius anni cum aureo numero 1. concurrens gignatur, vt cap. 12. Num. 14. oſtendimus, fit neceſſario prima Lunatio anni dierum tantum 29. acciditque, vt tres Lunationes continuæ dierum 29. conſtituantur, videlicet duæ illę primæ anni Emboliſmici, & vltima anni antecedentis communis. Quare poſſet quidem tunc prima Lunatio dierum 29. dici Emboliſmica, cum media ſit inter alias duas totidem dierum, meritoque Lunationi Emboliſmicæ illius anni tribui poſſint dies tantum 29. quippe cum aliæ 6. Lunationes Emboliſmicæ illius Cycli dies 30. comprehendant, & annus ille Emboliſmicus complectatur dies tantum 383. tamen ne cęteræ Lunationes illius anni ordinem 30. dierum, & 29. perturbent, & ne vltima Lunatio ordinaria, quæ ſemper ſolet eſſe dierum 29. contineat dies 30. placuit vltimã Lunationẽ 30. dierum ſtatuere Emboliſmicam, non ſecus ac ſi more veterum Computiſtarum Lunationi Emboliſmicæ illius anni, quæ deberet eſſe dierum ſolum 29. addatur vnus dies, qui à prima Lunatione anni ſubtrahitur propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. currentem: quam quidem ſubtractionem Computiſtę Saltum Lunæ dixerũt, de quo paulo infra nõnihil dicemus. Liberum tamen ſit per nos vnicuique, ſi mauult, primam Lunationem 29. dierum vocare Emboliſmicam, cum nihil abſurdi hinc ſequatur.

Quando Epactæ Emboliſmicæ, quarum 13. Lunatio eſt 30. dierum habeãt primam Lunationẽ anni dierum 29.

QVANDO autẽ tertiadecima Lunatio anni Emboliſmici continet dies tantummodo 29. annuſque ille Emboliſmicus eſt vltimus in Cyclo: quod vſu venit, cum tam Epacta xix. & aureus numerus 19. quam Epacta xviij. & aureus numerus 19. concurrunt, (quod bis tantũ toto eo tempore, quo omnes 30. Cycli tabulæ expanſæ vſurpantur, accidit; nimirum quando lineæ 8. & 9. eiuſdem tabulæ, quæ literis D, C, maiuſculis notantur, & quibus tabulæ 8. & 9. Lunationum reſpondent, in vſu ſunt) dicetur Lunatio illa vltima anni Emboliſmica; propterea quod antecedentes 12. Lunationes alternæ ſunt dierum 30. & 29. vltimaque Lunatio Emboliſmica in Cyclo continere debet dies duntaxat 29. vt ex ijs, quæ ſupra diximus, conſtat, cum aliæ ſex Lunationes Emboliſmicæ illius Cycli dies 30. complectantur.

Epactæ xviij. & xix. cum aureo numero 19. concurrentes, habent 13. Lunationem Emboliſmicam, & 29 dierum.

QVOTIES autem Lunatio 13. complectitur dies tantum 29. ſed annus ille Emboliſmicus in Cyclo non eſt vltimus; ſi quidem prima Lunatio dierum etiam 29. conſtituatur, (quod accidit, quoties quęlibet harum Epactarũ xxv. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. & aureus numerus 1. concurrunt, vt patet in lineis 10. 11. 12. 13. 14. tabulæ expanſæ, quæ appoſitas habent literas B, A, maiuſculas, & u, t, ſ, minuſculas, nec non in 5. tabulis Lunationum reſpondentibus) non cenſebitur vltima illa Lunatio dierum 29. Emboliſmica, ſed prima illius anni dierum etiam 29. Quoniam enim tunc vltima quoque Lunatio anni antecedentis conſtat diebus tantum 29. non iniuria inſequentis anni prima Lunatio dierum 29. dicetur extraordinaria, atque Emboliſmica, cum aliæ 12. ſubſequentes alternis progrediantur per 30. & 29. dies: præſertim cum Lunatio illa Emboliſmica continere debeat dies ſolum 29. propterea quod aliæ ſex eiuſdem Cycli dies 30. continent.

Quæ Epactæ Emboliſmicæ habent primam Lunationem anni Emboliſmicam, & dierum 29.

SI vero prima Lunatio non ſit dierum tantum 29. ſed tam prima, quam ſecunda complectatur dies 30. vt contingit, currente qualibet earum, quas diximus, Epactarum xxv. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. cum alio aureo numero quam 1. vt ex 30. tabulis ſuperioribus Lunationum perſpicuum eſt, vocabitur iure optimo ſecunda Lunatio 30. dierum, Emboliſmica, atque extraordinaria; cum aliæ 12. alternatim ordinem 30. & 29. dierum ſeruent. Neq. vero mirum cuipiam videri debet, quod non ſemper in eodẽ loco, ac mẽſe Emboliſmicas Lunationes collocemus: quia hę naturaliter ſecundũ Cycli rationem ita cadunt, vt explicauimus; & à veteribus Computiſtis varia etiam loca, ac menſes ſortitæ ſunt.

Quãdo eædem Epactæ Emboliſmicæ, de quibus proximè diximus, habeant ſecundam Lunationem Emboliſmicam, & dierum 30.



Digitized by Google

14 PORRO quotiescunque propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. currentem, vna dies à prima Lunatione anni Lunaris communis subducitur, ita vt annus ille dies tantum 353. complectatur, vt accidit in Cyclis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. tabulæ expansæ, quibus præpositę sunt literæ maiusculæ P, N, M, H, G, F, E, & minusculæ k, i, h, g, f, e, d, c, b, a, vt videre licet in tabulis Lunationum, quę hisce Cyclis respondent, (In his enim omnibus, ac solis, annus, in quo aureus numerus est 1. communis est, & Lunatio prima illius anni dies 29. continet) dici solet à Computistis subtractio illa, SALTVS LVNAE: quia cum re vera annus Lunaris constet ex diebus 354. aufertur illi vna dies, & vltimo anno Emboliſmico tribuitur, vt contineat dies 384. & singulæ 7. Lunationes Emboliſmicę constituantur 30. dierum, cum vltimus annus Emboliſmicus natura sua deberet dies complecti tantum 383. & vltima eius Lunatio Emboliſmica dies duntaxat 29. adeo vt propter hanc subtractionem Luna in Calendario quodam modo per vnum diem saltare videatur, cum Lunatio illa prima dierum tantum 29. constituatur, quę per se complecti deberet dies 30.

Saltus Lunæ apud Computistas quid in annis Lunaribus communibus.

EADEM ratione quando in anno Emboliſmico prima Lunatio 29. dierum est Emboliſmica, & aliæ 12. alternis constituuntur dierum 30. & 29. vt accidit in Cyclis 10. 11. 12. 13. & 14. tabulæ expansæ, quibus præfiguntur literæ B, A, maiusculę, & u, t, s, minusculę, vt in tabulis Lunationum respondentibus manifestum est, recte quis dixerit, in ea Lunatione fieri saltum Lunæ: quia cum vltima Lunatio antecedentis anni sit 29. dierum, deberet prima insequentis anni Emboliſmici Lunatio constitui dierum 30. Quare cum ab ea dies vnus subtrahatur, fiatque Emboliſmica, dies autem ille sublatus adijciatur vltimæ eiusdem Cycli Lunationi Emboliſmicæ, vt fiat dierum 30. quæ alioquin solum 29. dies complecti deberet, videtur quodam modo etiam tunc Luna per vnum diem saltare in Calendario.

Quando in Emboliſmico anno dici possit, fieri saltum Lunæ.

DENIQVE quando in anno Emboliſmico duæ primæ Lunationes dies tantum 29. cõprehendunt, vt fit in Cyclis 15. 16. 17. 18. 19. & 20. tabulæ expansæ, vt videre licet in tabulis Lunationum respondentibus, dicere quoque poterimus, fieri tunc in prima Lunatione saltum Lunę, propterea quod ab ea, quæ 30. dies deberet habere, aufertur vnus dies, qui adiungitur vltimæ Cycli illius Lunationi Emboliſmicæ, vt contineat 30. dies, cum tamen dies tantum 29. deberet complecti.

QVIN etiam, cum in vtimo anno Emboliſmico alicuius Cycli tertiadecima Lunatio Emboliſmica est, dies que tantum 29. continet, vt contingit in Cyclis 8. & 9. tabulę expansę literarum D, C, maiuſcularum, & in tabulis 8. & 9. Lunationum, non inepte existimauerit quis, tunc etiam fieri quodammodo saltũ Lunæ: quia cum duodecima Lunatio illius anni constet ex 29. diebus, deberet sequens tertiadecima secundum rationem Cycli constitui 30. dierum, & subsequens prima alterius anni dierum 29. Cum ergo contineat illa dies duntaxat 29. aufertur ab ea vnus dies, qui primę Lunationi insequentis anni communis additur, vt efficiatur dierum 30. quæ alioquin, vt dictum est, deberet esse tantum dierum 29.

Qui anni Emboliſmici dies tantum 383. & qui Lunares cõmunes dies dũtaxat 353. contineant.

ATQVE hi omnes anni Emboliſmici, in quibus saltum Lunæ fieri diximus, continent dies duntaxat 383. cum alij omnes dies 384. comprehendant: anni vero communes, in quibus saltus Lunæ fit, ex diebus tantummodo 353. constituuntur, alij vero omnes ex 354. vt ex superioribus 30. tabulis Lunationum manifestum est.

15 EX his, quæ diximus, planum esse potest, tum demum fieri saltum Lunæ, cum duæ vel tres Lunationes continuantur 29. dierum in Calendario, alias nunquam. quod quidem semper contingit, quando aureus numerus est 1. siue annus ille Lunaris sit communis, siue Emboliſmicus; propterea quod Epactę antecedentis anni concurrenti cum aureo numero 19. adduntur 12. vt fiat Epacta insequentis anni, cum aureo numero 1. concurrens, vt cap. 12. Num. 14. dictum est. Excipiuntur duo anni Emboliſmici Epactarum xix. & xviij. cum aureo numero 19. concurrentium. In illis enim saltus Lunæ fit, currente aureo numero 19. non autem 1. vt ex 8. & 9. tabula Lunationum perspicuum est.

Saltum Lunæ semper fieri, cũ aureus numerus est 1. alias nunquam, nisi in annis Emboliſmicis Epactarũ xix. xviij.

NON sum nescius, pleriſque minus probari hunc saltum Lunæ, quod in cælo saltus iste nequaquam fit: veruntamen cum cuiusque Cycli ratio exigat, vt interdum ab vna Lunatione dematur vnus dies, qui alteri Lunationi adijciatur, noluimus ab vsitato more loquendi Computistarum recedere. Liberum tamen esto cuiq. hoc in negotio loqui, vt vult, dummodo res ipsa recte intelligatur, atque explicetur.

Cur pleriſq. displiceat saltus Lunæ.

HINC quoq. colligitur, propter Emboliſmos, a c saltũ Lunæ non semper progredi Lunationes

Digitized by Google

tiones alternis per 30. & 29. dies, vt earum conditio, naturaque postulare videtur; sed contingere nonnunquam duas Lunationes continuas modo dierum 30. modo 29. immo interdum tres dierum 29. vt ex superioribus Lunationum tabulis liquido constat: & quod magis mirum videatur, fieri posse in anno bissextili, propter diem intercalarem, vt tres, vel quatuor Lunationes continuæ comprehendant dies 30. Currente namque aliqua harum Epactarum ✳. xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. tam prima, quam secunda Lunatio anni (dummodo aureus numerus non sit 1.) continet dies 30. Tertia vero Lunatio terminata vel in vltimo die Februarij, vel in aliquo primorum quinque dierum mensis Martij ex natura sua dies 29. complectitur, sed propter bissextum additur ei dies intercalaris, vt & ipsa fiat 30. dierum, etiamsi in Calendario solum dies 29. contineat, cum dies intercalaris in eo scriptus non sit. Cum ergo quarta Lunatio principium habens in aliquo primorum sex dierum mensis Martij contineat quoque dies 30. liquet, quatuor tunc Lunationes continuas complecti dies 30. Quod si aliqua ex prædictis Epactis concurrat cum aureo numero 1. continebit quidem prima Lunatio anni dies tantum 29. sed insequentes tres Lunationes, si annus sit bissextilis, dies 30. complectentur. Immo, quod absurdius videri possit, Lunatio incipiens in Februario ab aliqua harum Epactarum xxiiij. xxiij. xxij. xxj. xx. xix. xviij. xvij. xvj. xv. xiiij. xiij. xij. xj. x. ix. viij. vij. vj. v. quæ dies 30. in Calendario complectitur, efficitur in anno bissextili dierum 31. propter diem intercalarem ei additum.

Propter Embolismos, ac saltū Lunæ, contingere nonnūquam, vt duæ vel tres Lunationes cōtinuæ sint dierū 29. & duæ, tresve, vel quatuor dierum 30.

HOC autem, quod dictum est de continuatis duabus, pluribusue Lunationibus 29. & 30. dierum, nouum, aut absurdum censeri non debet, cum id ratio cuiuscunque Cycli postulet, factumque idem fuerit apud veteres Computistas in Cyclo aurei numeri Concilij Nicæni, qui vsque ad correctionem hanc Gregorianam viguit, vt patet in hac subiecta tabula, in qua omnes Lunationes aureorum numerorum veteris Calendarij descriptæ sunt, non secus atque in superioribus 30. tabulis expressæ fuerunt Lunationes Epactarum, prout in 30. Cyclis decennouennalibus contingunt. Atque ex hac eadem tabula liquet, septem Emboliſmos totius Cycli, qui ab aureo numero 3. incipit, cadere in eos Cycli annos, in quos secundum Epactas nostras incidere supra docuimus. Constat quoque, aureum numerum 19. efficere tres continuas Lunationes, nimirum septimam, octauam, ac nonam dierum 29. Aureum vero numerum 11. si annus sit bissextilis, ideoque Lunatio mensis Februarij vno die augeatur, quatuor primas Lunationes anni exhibere dierum 30. Denique aureos numeros 1. 2. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 18. 19. qui in Calendario Lunationes mense Februario inchoatas habent 30. dierum, continere in annis bissextilibus dies 31.

Nouum, aut absurdum nō esse vt duæ, pluresve Lunationes continuæ sint interdum 29. vel 30. dierum.

## Sequitur Tabula Lunationum aureorum numerorum in veteri Calendario descriptorum.



Digitized by Google

# Quot dies Lunatio quælibet aureorum numerorum contineat in Calendario veteri tam in anno communi, quàm in Emboliſmico.

| AVREI NVMERI. | Initium primi menſis Lunaris tam in anno communi, quam in Emboliſmico. | Finis duodecimi menſis Lunaris tam in anno communi, quam in Emboliſmico. | Finis tertijdecimi menſis Lunaris in anno Emboliſmico. | Magnitudo anni Lunaris tam communis, quam Emboliſmici. | NVMERVS ET ORDO Lunationum totius anni. | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Prima Lunatio. | Secunda Lunatio. | Tertia Lunatio. | Quarta Lunatio. | Quinta Lunatio. | Sexta Lunatio. | Septima Lunatio. | Octaua Lunatio. | Nona Lunatio. | Decima Lunatio. | Vndecima Lunatio. | Duodecima Lunatio. | Tertiadecima Lunatio. |
| 3 | 1. Ian. | 20 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 4 | 21 Dec. | 9 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 5 | 10 | 29 No. | 28 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 6 | 29 | 17 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 7 | 18 | 6 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 8 | 7 | 26 No. | 25 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 9 | 26 | 14 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 10 | 15 | 3 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 11 | 4 | 23 No. | 22 Dec. | 384 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 12 | 23 | 11 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 13 | 12 | 30 No. | 30 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |
| 14 | 31 | 19 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 15 | 20 | 8 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 16 | 9 | 28 No. | 27 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 17 | 28 | 16 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 18 | 17 | 5 | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 19 | 6 | 24 No. | 23 Dec. | 383 | 30 | 29 | 30 | 30 | 29 | 30 | 29 | 29 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 |
| 1 | 24 | 12 Dec. | | 354 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | |
| 2 | 13 | 1 Dec. | 31 Dec. | 384 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 | 29 | 30 |



Digitized by Google

16 QVOD si quis roget, quid sit, quod neque hæ Lunationes veteris Calendarij respondeant omni ex parte Lunationibus primæ tabulę Lunationum precedentis cap. neque aurei numeri eiusdem Calendarij veteris cap. 9. descripti, aureis numeris primi Calendarij aureorum numerorum capitis 15. cum tamen tam primã Lunationum tabulã, quam primum Calendarium aureorum numerorum temporibus Concilij Niceni congrue restauramus, quemadmodum & vetus Calendarium: respondendum est; hoc prouenire ex resolutione Epactarum in aureos numeros. Cum enim Epactæ ita sint in Calendario collocatæ, vt Lunationes efficiant alternis dierum 30. & 29. fit vt Epactę temporibus Concilij Niceni Nouiluniorum indices, in prima nimirum linea tabulæ expansæ comprehensæ, si in aureos numeros resoluantur, exhibeant aureos numeros eo ordine per dies, mensiũ digestos, quo eos in primo Calendario aureorum numerorum sub litera P, maiuscula dispositos esse cernis; cui quidem dispositioni congruit prima Lunationum tabula capitis præcedentis. Quod autem dispositio hæc non omnino congruat aureis numeris Concilij Nicæni, mirum non est. Quoniam enim propter Emboliſmos, & Saltum Lunæ, ordo Lunationum alternis dierum 30. & 29. necessario interrumpitur, vt Num. 15. diximus, Emboliſmicæ autem Lunationes, & Saltus Lunę, non eisdem mensibus Lunaribus tribuuntur ab omnibus, fit vt etiam interruptio Lunationum alternis dierum 30. & 29. non in eisdem mensibus Lunaribus apud omnes auctores contingat. Ex quo sequitur, aureos quoque numeros aliam atque aliam dispositionem in Calendario apud varios sortiri. Id quod in nostro Cyclo Epactarum accidit, si cum Cyclo aurei numeri in veteri Calendario conferatur. Et vero si rem attentius considerare velimus, reperiemus aureos numeros primi nostri Calendarij, quod temporibus Concilij Niceni congruit, in 12. locis, quibus ab aureis numeris veteris Calendarij discrepant, rectius plerunque Nouilunia indicare, quam aureos numeros Calendarij veteris, vt sequens tabella indicat, vbi media Nouilunia supputauimus pro illis annis, ac mensibus, in quibus aurei numeri in nostro Calendario primo ab aureis numeris veteris Calendarij discordant. Accepimus autem annos, qui proxime sequuntur annum 532. quo iam rectius ex vsu Ecclesiæ aurei numeri Nouilunia monstrabant, vt cap. 11. Num. 5. dictum est. Loca autem 12. in quibus aurei numeri primi nostri Calendarij sub litera P, maiuscula cap. 15. ab aureis numeris Concilij Niceni differunt, sunt hęc. In Februario aurei numeri 19. & 8. in nostro Calendario ostendunt Nouilunia vno die tardius, quam in Calendario veteri. Idem facit aureus numerus 19. in Iulio, Augusto, Septembri, Octobri, Nouembri, atque Decembri. Rursus aureus noster numerus 16. in fine Septembris, & Nouembris: Item aureus numerus 5. in principio Octobris, & in fine Nouembris, mostrant Nouilunia vno die citius, quam in veteri Calendario. In alijs locis Calendarij nulla prorsus differentia cernitur inter vtrusque Calendarij numeros aureos: ita vt in Nouilunia Paschalia (quod caput est) in vtroque Calendario eosdem omnino dies obtineant. Sed ecce iam tabellam promissam.

Cur Epactæ in tabula expansa non exhibeãt temporibus Cõcilij Nicæni aureos numeros, vt sunt in Calẽdario veteri ordinati.

Loca 12. in quibus aurei numeri noui Calendarij ab aureis numeris veteris Calendarij discrepant.

| Aurei numeri. | Dies, quibus aurei numeri ascripti sunt in veteri Calendario. | Dies, quibus aurei numeri ascripti sunt in nouo Calendario. | Anni Domini, quibus prædicti aurei numeri in vsu fuerunt. | Nouilunia media in prædictis annis. |
|---|---|---|---|---|
| xix | 3. Febr. | 4. Febr. | 550 | 2. Feb. H. 0. M. 35. |
| viij | 4. Febr. | 5. Febr. | 539 | 3. Feb. H. 20. M. 44. |
| xix | 30. Iul. | 31. Iul. | 550 | 29. Iul. H. 4. m. 59. |
| xix | 28. Aug. | 29. Aug. | 550 | 27. Aug. H. 17. M. 44. |
| xix | 27. Sept. | 28. Sept. | 550 | 26. Sept. H. 6. M. 28. |
| xvj | 1. Octob. | 30. Sept. | 547 | 29. Sept. H. 15. M. 18. |
| v | 2. Octob. | 1. Octob. | 536 | 30. Sept. H. 11. M. 26. |
| xix | 26. Octob. | 27. Octo. | 550 | 25. Oct. H. 19. M. 12. |
| xix | 25. Nou. | 26. Nou. | 550 | 24. Nou. H. 7. M. 56. |
| xvj | 29. Nou. | 28. Nou. | 547 | 27. Nou. H. 16. M. 46. |
| v | 30. Nou. | 29. Nou. | 536 | 28. Nou. H. 12. M. 55. |
| xix | 24. Dece. | 25. Dec. | 550 | 23. Dec. H. 20. M. 40. |



Digitized by Google

IN hac tabella perſpicue apparet, aureum numerum 19. Calendarij veteris in Februario, Iulio, Septembri, & Nouembri, monſtrare Nouilunia magis conformia medijs Nouilunijs, quam eundem aureum numerum noui Calendarij: In alijs autem menſibus eundem aureum numerum in Calendario nouo, vna cum cæteris aureis numeris, exhibere Nouilunia minus diſcrepantia à Nouilunijs medijs, quam in Calendario veteri. Itaque nemo iure Epactas in Calendario reprehendet, etiamſi exhibeant in 12. locis aureos numeros diuerſos ab eiſdem in veteri Calendario: quandoquidem in octo locis ex illis 12. aurei numeri in nouo Calendario rectius Nouilunia monſtrant, quàm in veteri, vt dictum eſt.

17 AD Vberiorem quoque cognitionem Emboliſmorum, placuit ſubijcere ſequentem tabulam Nouiluniorum totius anni perpetuam, in qua vno aſpectu cernitur, quibus diebus Menſium Nouilunia ſecundum Cyclum contingant, quacunque Epacta currente: ita vt tabula hæc ſit Calendarium nouum ad compendium quodammodo redactum continens principia omnium Lunationum ſecundum Epactas, tam in anno communi, quam in Emboliſmico; vt vel hinc quoque appareat præſtantia Calendarij Gregoriani, in quo, reiectis aureis numeris, Epactæ ſunt ſubſtitutæ; quippe cum per Epactas tam exigua tabula omnia Nouilunia perpetuo complectens conſtruatur. quod neque per aureos numeros, neque per vllum alium Cyclum, cuius numeri non omnia loca Calendarij repleant, effici poteſt, Et quoniam annus, in quo 13. Lunationes comprehenduntur, Emboliſmicus eſt, liquido conſtat, has vndecim Epactas xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. xxiiij. xxiij. xxj. xx. xix. eſſe Emboliſmicas, vt ſupra diximus; cum ſingulæ contineant 13. Lunationes in ſequenti tabula. Lunationes enim harum Epactarum menſe Ianuario incipientes, ſunt ſecundæ in anno; & quæ menſe Decembri incipiunt, ſunt primæ inſequentis anni, excepta Epacta xix. cuius Lunatio die 2. Decembris incipiens eſt vltima totius anni. Quando autem currente Epacta xviij. Lunatio die 3. Decembris incipiens eſt vltima totius anni, (quod quidem fit, cum ſimul in vſu eſt aureus numerus 19.) annus ille Emboliſmicus quoque eſt, vt dictum eſt. Currente denique Epacta *, annus communis eſt, cum tantum 12. Lunationes contineat, quippe cum ea Lunatio, que Calendis Ianuarij incipit, ſit prima totius anni, non autem ſecunda.

Præſtantia Calendarii noui cum Epactis.

Quo pacto ex tabula Nouiluniorum perpetua Epactæ Emboliſmicæ cognoſcantur.

## Sequitur Tabula Nouiluniorum totius anni perpetua.



TABV-

Digitized by Google

## TABVLA NOVILVNIORVM
*totius anni perpetua.*

Quibus diebus mensium Nouilunia contingant, quacunque Epacta currente.

| Epactæ. | Dies Ian. | Dies Fe. | Dies Mar | Dies Ap. | Dies Ma. | Dies Iun. | Dies Iul. | Dies Au. | Dies Sep. | Dies Oct. | Dies No. | Dies Dec. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| * | 1.31 | | 1.31 | 29 | 29 | 27 | 27 | 25 | 24 | 23 | 22 | 21 | Cõis |
| xxix | 2 | 1 | 2 | 1.30 | 30 | 28 | 28 | 26 | 25 | 24 | 23 | 22 | Embol. |
| xxviij | 3 | 2 | 3 | 2 | 1.31 | 29 | 29 | 27 | 26 | 25 | 24 | 23 | Embol. |
| xxvij | 4 | 3 | 4 | 3 | 2 | 1.30 | 30 | 28 | 27 | 26 | 25 | 24 | Embol. |
| xxvj | 5 | 4 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1.31 | 29 | 28 | 27 | 26 | 25 | Embol. |
| xxv | 6 | 5 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1.30 | 29 | 28 | 27 | 26 | Embol. |
| 25 | 6 | 4 | 6 | 4 | 4 | 2 | 2 | 30 | 28 | 28 | 26 | 26 | Embol. |
| xxiiij | 7 | 5 | 7 | 5 | 5 | 3 | 3 | 1.31 | 29 | 29 | 27 | 27 | Embol. |
| xxiij | 8 | 6 | 8 | 6 | 6 | 4 | 4 | 2 | 1:30 | 30 | 28 | 28 | Embol. |
| xxij | 9 | 7 | 9 | 7 | 7 | 5 | 5 | 3 | 2 | 1.31 | 29 | 29 | Embol. |
| xxj | 10 | 8 | 10 | 8 | 8 | 6 | 6 | 4 | 3 | 2 | 1.30 | 30 | Embol. |
| xx | 11 | 9 | 11 | 9 | 9 | 7 | 7 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1.31 | Embol. |
| xix | 12 | 10 | 12 | 10 | 10 | 8 | 8 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2 | Embol. |
| xviij | 13 | 11 | 13 | 11 | 11 | 9 | 9 | 7 | 6 | 5 | 4 | 3 | Indiff. |
| xvij | 14 | 12 | 14 | 12 | 12 | 10 | 10 | 8 | 7 | 6 | 5 | 4 | ANNI COMMANES |
| xvj | 15 | 13 | 15 | 13 | 13 | 11 | 11 | 9 | 8 | 7 | 6 | 5 | |
| xv | 16 | 14 | 16 | 141 | 14 | 12 | 12 | 10 | 9 | 8 | 7 | 6 | |
| xiiij | 17 | 15 | 17 | 15 | 15 | 13 | 13 | 11 | 10 | 9 | 8 | 7 | |
| xiij | 18 | 16 | 18 | 16 | 16 | 14 | 14 | 12 | 11 | 10 | 9 | 8 | |
| xij | 19 | 17 | 19 | 17 | 17 | 15 | 15 | 13 | 12 | 11 | 10 | 9 | |
| xj | 20 | 18 | 20 | 18 | 18 | 16 | 16 | 14 | 13 | 12 | 11 | 10 | |
| x | 21 | 19 | 21 | 19 | 19 | 17 | 17 | 15 | 14 | 13 | 12 | 11 | |
| ix | 22 | 20 | 22 | 20 | 20 | 18 | 18 | 16 | 15 | 14 | 13 | 12 | |
| viij | 23 | 21 | 23 | 21 | 21 | 19 | 19 | 17 | 16 | 15 | 14 | 13 | |
| vij | 24 | 22 | 24 | 22 | 22 | 20 | 20 | 18 | 17 | 16 | 15 | 14 | |
| vj | 25 | 23 | 25 | 23 | 23 | 21 | 21 | 19 | 18 | 17 | 16 | 15 | |
| v | 26 | 24 | 26 | 24 | 24 | 22 | 22 | 20 | 19 | 18 | 17 | 16 | |
| iiij | 27 | 25 | 27 | 25 | 25 | 23 | 23 | 21 | 20 | 19 | 18 | 17 | |
| iij | 28 | 26 | 28 | 26 | 26 | 24 | 24 | 22 | 21 | 20 | 19 | 18 | |
| ij | 29 | 27 | 29 | 27 | 27 | 25 | 25 | 23 | 22 | 21 | 20 | 19 | |
| j | 30 | 28 | 30 | 28 | 28 | 26 | 26 | 24 | 23 | 22 | 21 | 20 | |

CAPVT

# CAPVT XVIII.

*Quartadecima Luna quæ sit, & cur Epactæ in Calendario ita sint dispositæ, atque æquatæ, vt earum Nouilunia medias ac veras coniunctiones Luminarium plerunque subsequantur.*

1 IAM dudum in superioribus constituimus, Pascha celebrandum esse post Lunam xiiij. primi mensis vsque ad Lunam xxj. ita vt dies Dominicus incidens in Lunam xv. vel xvj. vel xvij. vel xviij. vel xix. vel xx. vel xxj. solus aptus sit, atque idoneus ad Paschæ celebrationem; idque cap. 1. tum ex decretis Summorum Pontificum, Conciliorumque, tum ex varijs testimonijs illustrium scriptorum, perpetuoque vsu Ecclesiæ comprobauimus: vt mirum sit, nonnullos ex recentioribus, qui plus sapere, & intelligere se arbitrantur, quam antiquos illos Patres, & Concilia, contra continuum vsum Ecclesiæ tũ Orientalis, tum Occidentalis tam pertinaciter asserere non vereri, Pascha non esse celebrandum, nisi post Lunam xv. siue Plenilunium, etiamsi in diem Dominicum Luna xv. incidat; propterea quod putant, nos tunc Pascha vna cum Iudæis celebrare. qua in re mirum in modum decipiuntur. Neque enim interdictum fuit vnquam Christianis, ne in Luna xv. siue in Plenilunio medio, Pascha celebrent, etiamsi Iudæi tunc solennitatem Paschæ legalis peragant, sed solum, ne Luna xiiij. Pascha celebretur, quando Iudæi ad vesperam agnum immolant: alioquin cadente Luna xv. siue Plenilunio medio, in Dominicum diem, si alius dies Dominicus expectandus esset, celebraretur Paschale festum Luna xxij. hoc est, in quarta hebdomada mensis Lunaris: quod sanctionibus Conciliorum, atque Pontificum repugnat, quibus sæpe cautum est, vt Pascha post Lunam xiiij. primi mensis vsque ad xxj. eiusdem inclusiue celebretur, vt abunde cap. 1. ostendimus. Certe nostra ætate non semel vidimus, Pascha celebratum esse, ex decreto Concilij Nicæni, die 22. Martij, hoc est, Luna xv. quam Cyclus per aureum numerum xvj. offerebat, cum Luna xiiij. Cycli necessario tunc in diem 21. Martij inciderit, ante quem diem nulla Luna xiiij. Paschalis esse potest, vt eodem cap. 1. scripsimus. Quin immo quotiescunque Luna xiiij. primi mensis in diem sabbati incidit, celebratum est Pascha sequenti statim die Dominico, id est, Luna xv. quam Cyclus indicabat. qua de re vide, quæ cap. 1. Num. 7. disputauimus, vbi 175. Paschata adduximus, quæ Luna xv. à Concilio Nicæno vsque ad correctionem hanc Gregorianam celebrata sunt.

Falsa opinio quorundam, Pascha non esse celebrandũ Luna xv. sed post.

Quomodo prohibitum sit, ne Pascha christianum cũ Iudæis celebretur.

Ecclesiam frequenter Pascha celebrasse Luna xv.

QVOD si quis dicat, Lunam xv. ex Cyclo aurei numeri in Calendario veteri inuentam, hisce temporibus ante correctionem anni subsecutam semper fuisse Plenilunium medium toto quatriduo, & eo amplius, propterea quod Nouilunia tanto spatio à pristinis sedibus versus initia mensium progressa fuerint; atque ideo non celebratum fuisse re ipsa Luna xv. vel in Plenilunio medio, sed multo post, licet in Luna xv. Cycli inciderit. Quod si quis, inquam, ita dicat, respondendum est, id casu euenisse, & (vt cum Philosophis loquar) per accidens, propter illam nimirum Nouiluniorum anticipationem; per se tamen & natura sua Pascha illud in oppositionem mediam incidisse, si videlicet Nouilunia in propria loca fuissent tunc restituta. Sed esto, Pascha nunquam celebratum esse nostra ætate in plenilunio medio, sed post, ob illam anticipationem Nouiluniorum, certe prope tempora Concilij Nicæni, vt anno Domini 340. bissextili, ex decreto eiusdem Concilij celebratum est Luna xv. secundum Cyclum die 30. Martij, cum aureus numerus eo anno fuerit 18. reponens terminum Paschalem, seu Lunam xiiij. in 29. diem Martij, litera vero Dominicalis post diem intercalatum fuerit E, diei 30. Martij ascripta, oppositio denique media contigerit die 29. Martij, hora ferme 9. post meridiem, ac propterea diei 30. insequenti tribuenda: idemque factum est in pluribus alijs annis, vt ex tabula capitis 1. patet, quamuis nonnunquam Pascha Luna xv. celebratum mediam oppositionem ferme præuenerit, nimirum in annis 326. 330. 346. 350. 370. 441. 475. 495. quod quidem ideo contigit, quia aureus numerus ita fuit tempore Nicæni Concilij per dies Calendarij digestus, vt Nouilunia nimis cito indicarent, vt infra Num. 5. docebo.

2 CVM igitur Pascha celebrari debeat necessario die Dominico, qui proxime Lunam xiiij. primi mensis insequitur, atque adeo in ipsa Luna xv. si tunc sit Dominicus dies, expo-

Digitized by Google

exponendum iam est, quænam sit illa xiiij. Luna, & quo pacto secundum antiquissimum Ecclesiæ vsum inuestiganda sit in Calendario, ne in tanta celebritate error, aut dissensio vlla oriatur. Neque enim desunt hoc tempore, qui non recte hac de re sentiant. Opinantur nonnulli, Lunam xiiij. esse ipsum diem oppositionis Solis ac Lunæ. Verum hi toto (quod aiunt) cœlo aberrant. Nam cum Pascha in Plenilunio celebrari possit, vt vsus Ecclesiæ docet, & Patrum, Conciliorumque Decreta, quod supra ostendimus; cautum vero sit ab eisdem, ne vnquam Pascha die Lunę xiiij. sed semper post eam celebretur: quis tam cæcus est, qui non videat, prȩter paucos istos, qui tamen hoc in negotio haberi volunt lyncei, in Dei Ecclesia idem non esse Lunam xiiij. & Plenilunium? Lege diligenter, quæ cap. 1. Num. 7. scripsimus, vbi plures auctores & graues, & doctos, tam antiquos, quam recentes, adduximus, qui aperte Plenilunium appellant Lunam xv. non autem xiiij.

Opinio quorũdam falsa de Luna xiiij. Paschali.

ALII concedentes, Pascha celebrari posse Luna xv. siue in Plenilunio, propter vsum Ecclesiæ perpetuum, & testimonia à nobis cap. 1. prolata, nimis pertinaciter affirmant, Lunam xiiij. esse eum diem, qui oppositionem ueram proxime antecedit. Sed ne hoc quidem verum est, cum Ecclesia veros motus nunquam consideret, immo neque medios, sed Cyclos tantum, vt cap. 4. abunde, copioseque demonstrauimus. Profecto si hæc sententia esset vera, actum foret de omnibus Cyclis, cum nullus reperiri possit, vt postea dicemus, qui ita in Calendario disponatur, vt eius Lunæ xiiij. vno die veram oppositionem, vel etiam mediam semper prȩueniant.

Opinio alia falsa de Luna xiiii Paschali.

3 LVNA igitur xiiij. sumitur ab Ecclesia pro die quartadecima Lunationis Paschalis, numerando eam inclusiue à Neomenia, siue principio mensis Lunaris Paschalis, hoc est, ab eo die, cui præfixus est numerus Cycli decennouennalis, qui in proposito anno Noui lunia indicat in Calẽdario, siue is dies cõgruat cũ coniunctione Solis ac Lunę vera, mediave, siue ab ea discrepet. Confirmatur hoc ex omnibus, qui de festorum mobilium celebritate scripserunt, clarissimeque ex antiqua tabula Paschæ, aliorumque mobilium festorum, qua semper Ecclesia ante hanc anni correctionem vsa est, apparet, in qua aureus quilibet numerus ei diei mensis Martij, aut Aprilis præfigitur, qui quartusdecimus est inclusiue à Nouilunio, quod per eundem aureum numerum in Calendario ostenditur, & post quem proxime aduenies Dominicus dies sacrosanctum Pascha exhibet. Atque hoc non solum in Ecclesia Occidentali, verum etiam in Orientali semper obseruatum est, quod probari potest ex eo, quod nulla vnquam ante hanc Calendarij restitutionem dissensio, aut varietas in Paschæ celebratione inter Orientales atque Occidentales extitit, quod nulla ratione contigisset, nisi eodem modo Luna xiiij. fuisset accepta, hoc est, ab ipsa Neomenia Cycli inclusiue numerata.

Luna Paschalis ex vsu Ecclesiæ quæ.

4 QVANQVAM autem Ecclesia in Nouilunio, & Luna xiiij. ex eo inquirenda neque veros motus consideret, neque medios, sed eos secundum Cycli ordinem duntaxat metiatur: negandum tamen non est, medias oppositiones ex tabulis Astronomicis inuẽtas maxime esse vtiles ad perpendendum, & diiudicandum, quinam Cyclus è pluribus sit eligendus, & in Calendario describendus ad Lunas xiiij. Paschales perueſtigandas. Is enim ex omnibus assumendus est, cuius numeri, adhibita suis temporibus æquatione, perpetuo in Calendario ita Neomenias, siue Nouilunia, atque ex his Lunas xiiij. primi mensis ad sacrosanctum Pascha rite celebrandum ostendant, vt nulla vnquam Luna xiiij. Paschalis à Nouilunio inclusiue numerata, duobus aut pluribus diebus oppositionem mediam præcurrat, sed vel vno tantum, vel certe in ipsum Plenilunium medium incidat, vel saltem non multo post consequatur. Quamuis ne de hoc quidem magnopere laboret Ecclesia, vt videlicet tam accurate ac studiose exquiratur Luna xiiij. Paschalis: quia ei satis est, vt omnes obseruent vbiq. diem Lunæ xiiij. à Nouilunio Cycli inclusiue numeratũ, licet interdum plus quam vno die oppositionem mediam præueniat, aut insequatur. In nostro certe Cyclo Epactarum, quanta maxima potuimus cura ac diligentia obseruare conati sumus, vt per dies Calendarij distributus Nouilunia indicet, quæ subsequantur ferme coniunctiones Luminarium veras ac medias tanto spatio, quantum satis est, vt Lunæ xiiij. Paschales vel vno tantum die medias oppositiones præueniant, vel in easdem omnino incidant, vel deniq. non longe post illas contingant. Neque hoc temere aut casu factum est à nobis, sed de industria ac magno consilio. Si namque prima dies Mensis Lunaris ex Cyclo foret ea, in qua vere Nouilunium tabulæ Astronomicæ exhibent, (quod Computistæ Accensionem Lunæ dicunt) non autem ea, quæ Nouilunium Astronomicum vno die, plus minus, subsequitur, accideret sæpenumero, vt sanctum Paschæ diem celebraremus non

Tabulas medii motus Lunæ vtiles esse ad examinandum Cyclum quemcunque propositum

Quis Cyclus ex omnibus eligendus sit.

Cyclum Epactarum ita esse dispositum, vt Lunæ xiiii. Paschales non antecedãt medias oppositiones pluribus diebus quam vno, & quare.

solum

Digitized by Google

solum Luna xiiij. hoc est, vno die ante Plenilunium vna cum Iudæis, & Quartadecimanis hæreticis, quod absurdum foret; verum etiam interdum, quod esset absurdius, ante huiusmodi Lunam xiiij. Quod ita planum fieri potest.

Si Nouilunium Cycli non subsequeretur coniunctionē, quæ in cœlo fit, sæpe Pascha celebratum iri ante plenilunium.

ACCIDAT verbi gratia Nouilunium medium in aliquo anno, ipso meridie octaui diei Martij, vbi Cyclus primum Nouilunium Paschale statuit. Hoc posito, continget plenilunium medium die 23. Martij circa ortum Solis, nimirum Diebus 14. Hor. 18. Min. 22. sec. 2. post mediam coniunctionem. Tot enim dies, horæ, horarumq. fragmenta inter mediam coniunctionem, oppositionemque intercidunt necessario, vt cap. 8. Num. 2. scripsimus. Cum ergo Luna xiiij. illius Nouilunij ex Cyclo cadat in diem 21. Martij, celebrabitur tunc Pascha die 22. Martij, si ea sit Dominica, die videlicet integrō ante oppositionem mediam. Idem ferme absurdum eueniret, si Nouilunium medium, quod horis 12. ante meridiem eiusdem diei 8. Martij, hoc est, ipsa media nocte præcedentis diei, contingit, sumatur pro prima die Lunæ Paschalis. Nam illius Plenilunium incidet in diem 22. Martij, sub Solis occasum, ac propterea sequenti diei 23. ascribendum erit potius, quam diei 22. Quare si tunc dies 22. esset Dominica, celebraretur iterum Pascha ante medium fere Plenilunium. Neque vero incommodum hoc magis euitabitur, si dies Nouilunij veri dicatur prima dies Lunæ secundum Cyclum. Cum enim ex calculo Astronomico constet, Plenilunium verum à vero Nouilunio posse distare diebus $15\frac{1}{2}$. eoque amplius, (Exemplum sit Nouilunium verum Mense Iulio præteriti anni 1600. quo hæc scribebamus, quod secundum Ephemerides Io. Antonij Magini, incidit in diem 10. Iulij, hor. $1\frac{1}{2}$. post mer. Pleniluniū autem verum in diem 25. hor. 14. post mer. vbi manifeste vides, interuallum inter Nouilunium ac Plenilunium complecti dies $15\frac{1}{2}$. & insuper horam 1.) quis non videt, si tum Nouilunium verum in meridiem diei 8. Martij incideret, Plenilunium verum contingere die 23. hor. 14. post mer. ac proinde, si tunc Dominicus dies caderet in 22. Martij, Pascha celebrari ante plenilunium verum?

ALTERO hoc exemplo, quod addam, res eadem magis illustrabitur. Anno 1588. Nouilunium verum contigit die 26. Martij, hor. 14. Min. 49. post mer. hoc est, die 27. horis ferme 9. ante meridiem: Plenilunium autem verum die 11. Aprilis, hor. 1. post mer. Si igitur Epacta ij. illius anni apposita esset diei 27. Martij, (quod nonnulli contendunt, rem minus accurate considerantes, vt nimirum prima dies Nouilunij Paschalis ex Cyclo inuenti à die veri Nouilunij non discreparet) incideret Luna xiiij. in diem 9. Aprilis, ideoque sequenti die 10. cum is Dominicus fuerit, Pascha ex decretis Ecclesiasticis celebratum esset, hoc est, die integro ante Plenilunium verum. quod absurdum foret. Solerti igitur ac prudenti consilio Epacta ij. non ad diē 27. Martij, sed ad diem 29. ascripta est à nobis, licet prima eius Lunationis dies subsequatur diem 27. veri Nouilunij duobus fere diebus, vt nimirum eiusdem dies xiiij. non multum plenilunium verum anteuertat.

Cur Epactæ in Calendario nō promotæ sint sursum vno die, vt citius Nouilunia indicarēt, quam nunc indicant.

QVOD si obijciant illi, qui arbitrantur, per nostras Epactas in Calendario Nouilunia plus æquo postponi, hoc est, serius indicari; quam par est, Epactam ij. diei 28. Martij debuisse prefigi, non autem 29. diei, vt eius Nouilunium non duobus diebus, sed vno tantum à vero abesset: Respondeo, nulla id ratione debuisse fieri. Nam si ea Epacta è die 29. Martij in 28. migraret, promouendæ etiam essent omnes aliæ Epactæ sursum per vnum diem, cum alio ordine describi nequeant in Calendario, quam descriptæ à nobis sunt, si Lunationes constitui debeant alternis dierum 30. & 29. vt ratio postulat: quæ promotio, si instituereturpræterquam quod Luna xiiij. Paschalis tunc incideret in diem 10. Aprilis, ac proinde maiori spatio, quam vno die, verum plenilunium præueniret, præcurrerent multarum Epactarum Nouilunia veras coniunctiones Luminarium per integrum diem, vt in sequenti tabula ex Ephemeridibus Io. Antonij Magini excerpta liquido apparet.

# SEQVITVR TABVLA.

TABV-

Digitized by Google

# TABVLA.

## Ex Ephemeridibus Io. Antonij Magini excerpta.

| Anni Domini. | Menses. | Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini. D. H. M. | Epactæ. | Nouilunia ex Epactis per vnum diem sursum promouis. |
|---|---|---|---|---|
| 1582 | Decem. | 24.15.55 | xxvj | 24 |
| 1583 | Ianuar. | 23. 8. 0 | vij | 23 |
| 1583 | Februar. | 21.21.18 | vij | 21 |
| 1583 | Mar. | 23. 8.16 | vij | 23 |
| 1583 | Apri. | 21.17.15 | vij | 21 |
| 1583 | Iun. | 19. 6.24 | vij | 19 |
| 1583 | Octo. | 15. 4.53 | vij | 15 |
| 1583 | Decem. | 13.17.15 | vij | 13 |
| 1584 | Ianuar. | 12.12. 8 | xviij | 12 |
| 1584 | Februar. | 11. 5.31 | xviij | 10 |
| 1584 | Apri. | 10. 8.20 | xviij | 10 |
| 1585 | Apri. | 29. 6.33 | xxix | 29 |
| 1586 | Apri. | 18.12.13 | x | 18 |
| 1586 | Iun. | 16.14.31 | x | 16 |
| 1586 | Aug. | 14. 9. 9 | x | 14 |
| 1587 | Apri. | 7.12.56 | xxj | 7 |
| 1587 | Mai. | 7. 5.24 | xxj | 7 |
| 1587 | Iun. | 5.20.29 | xxj | 5 |
| 1587 | Iul. | 5.10. 1 | xxj | 5 |
| 1587 | Aug. | 3.21.55 | xxj | 3 |
| 1587 | Septem. | 2. 8.31 | xxj | 2 |
| 1587 | Octo. | 1.18.23 | xxj | 1 |
| 1587 | Octo. | 31. 4. 0 | xxj | 31 |
| 1587 | Nouem. | 29.13.38 | xxj | 29 |
| 1589 | Octo. | 9. 3.26 | xiij | 9 |
| 1589 | Decem. | 7. 6.33 | xiij | 7 |
| 1590 | Februar. | 4. 4.11 | xxiiij | 4 |
| 1590 | Septem. | 28. 5.36 | xxiiij | 28 |
| 1590 | Nouem. | 26.15.28 | xxiiij | 26 |
| 1590 | Decem. | 26. 6.20 | xxiiij | 26 |
| 1591 | Februar. | 23. 6.15 | v | 23 |
| 1591 | Decem. | 15.11.40 | v | 15 |
| 1592 | Ian. | 14. 4.34 | xvj | 14 |
| 1592 | Februar. | 12.19.11 | xvj | 12 |
| 1594 | Apr. | 20. 4. 3 | viij | 20 |
| 1595 | Apr. | 9. 7.44 | xix | 9 |
| 1595 | Iun. | 7.12.21 | xix | 7 |
| 1595 | Aug. | 5. 8.36 | xix | 5 |
| 1596 | Februar. | 27.15. 0 | j | 27 |
| 1596 | Iun. | 25. 6.49 | j | 25 |
| 1596 | Aug. | 23. 7. 5 | j | 23 |
| 1596 | Octo. | 21. 3.26 | j | 21 |
| 1597 | Iun. | 14. 8.40 | xij | 14 |
| 1597 | Aug. | 12.14.19 | xij | 12 |
| 1567 | Septem. | 11. 4. 0 | xij | 11 |
| 1597 | Octo. | 10.16.46 | xij | 10 |
| 1597 | Nouem. | 9. 4.25 | xij | 9 |
| 1597 | Decem. | 8.15. 7 | xij | 8 |
| 1598 | Februar. | 5.11.19 | xxiij | 5 |
| 1598 | Apr. | 5. 9.10 | xxiij | 5 |
| 1598 | Iun. | 3.10.28 | xxiij | 3 |
| 1598 | Aug. | 1.15.55 | xxiij | 1 |
| 1598 | Aug. | 31. 7.39 | xxiij | 31 |
| 1598 | Septem. | 29.23.33 | xxiij | 29 |
| 1598 | Octo. | 29.14.39 | xxiij | 29 |
| 1598 | Nouem. | 28. 4.29 | xxiij | 27 |
| 1598 | Decem. | 27.16.39 | xxiij | 27 |
| 1599 | Ian. | 26. 3.27 | iiij | 26 |
| 1599 | Februar. | 24.13.24 | iiij | 24 |
| 1599 | Apr. | 24. 8.14 | iiij | 24 |
| 1599 | Iun. | 22. 5. 8 | iiij | 22 |
| 1599 | Aug. | 20. 8.15 | iiij | 20 |
| 1599 | Octo. | 18.17.59 | iiij | 18 |
| 1599 | Nouem. | 17.11.15 | iiij | 17 |

TA-

Digitized by Google

# Residuum Tabulæ ex Ephemeridibus Io. Antonij Magini excerptæ.

| Anni Domini. | Menses. | Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini. D. H. M. | Epactæ. | Nouilunia ex Epactis per vnum dié furſum promotis. |
|---|---|---|---|---|
| 1599 | Decem. | 17. 3.16 | iiij | 16 |
| 1600 | Ian. | 15.17.18 | xv | 15 |
| 1600 | Februar. | 14. 5. 9 | xv | 13 |
| 1600 | Decem. | 5. 6.33 | xv | 5 |
| 1601 | Mar. | 4. 5.35. | xxvj | 4 |
| 1602 | Februar. | 21.13.30 | vij | 21 |
| 1602 | Mar. | 23. 4.19 | vij | 23 |
| 1602 | Apr. | 21. 6. 9. | vij | 21 |
| 1602 | Iun. | 19. 9. 8 | vij | 19 |
| 1603 | Februar. | 10.14.43 | xviij | 10 |
| 1603 | Mar. | 12. 8.51 | xviij | 12 |
| 1603 | Apr. | 11. 0.52 | xviij | 10 |
| 1603 | Mai. | 10.13.56 | xviij | 10 |
| 1603 | Iun. | 9. 0.45 | xviij | 8 |
| 1603 | Iul. | 8. 9. 3 | xviij | 8 |
| 1603 | Aug. | 6.16.44 | xviij | 6 |
| 1603 | Octo. | 4. 9. 1 | xviij | 4 |
| 1603 | Decem. | 2. 7.14 | xviij | 2 |
| 1605 | Iun. | 16. 3.10 | x | 16 |
| 1606 | Iun. | 5. 4.18 | xxj | 5 |
| 1606 | Aug. | 3.10.30 | xxj | 3 |
| 1606 | Octo. | 1.14.25 | xxj | 1 |
| 1606 | Nouem. | 29.14. 7 | xxj | 29 |
| 1607 | Aug. | 22. 3. 7 | ij | 22 |
| 1607 | Octo. | 20.11. 6 | ij | 20 |
| 1607 | Decem. | 18.15. 9 | ij | 18 |
| 1608 | Februar. | 15.12.51 | xiij | 15 |
| 1609 | Februar. | 4. 3.42 | xxiiij | 4 |
| 1610 | Februar. | 23. 3.30 | v | 23 |
| 1611 | Februar. | 12. 9. 2 | xvj | 12 |
| 1611 | Apr. | 12.14.29 | xvj | 12 |
| 1611 | Iun. | 10. 9.14 | xvj | 10 |
| 1615 | Febr. | 27. 6. 9 | j | 27 |
| 1615 | Apr. | 27. 9.14 | j | 27 |
| 1615 | Iun. | 25.15. 7 | j | 25 |
| 1615 | Iul. | 25. 6.17 | j | 25 |
| 1615 | Aug. | 23.21.14 | j | 23 |
| 1615 | Sept. | 22.11.32 | j | 22 |
| 1615 | Oct. | 22. 0.49 | j | 21 |
| 1615 | Nou. | 20.12.52 | j | 20 |
| 1615 | Dec. | 19.23.47 | j | 19 |
| 1616 | Ian. | 18. 9.56 | xij | 18 |
| 2616 | Feb. | 16.19.57 | xij | 16 |
| 1616 | Oct. | 10. 7. 0 | xij | 10 |
| 1616 | Dec. | 8.12.50 | xij | 8. |
| 1617 | Febr. | 5.12.10 | xxiij | 5 |
| 1617 | Apr. | 5. 7. 2 | xxiij | 5 |
| 1617 | Sept. | 29. 7.45 | xxiij | 29 |
| 1617 | Nou. | 27.19. 8 | xxiij | 27 |
| 1617 | Dec. | 27.11.27 | xxiij | 27 |
| 1618 | Febr. | 24.16. 3 | iiij | 24 |
| 1618 | Apr. | 24. 8.10 | iiij | 24 |
| 1618 | Dec. | 16.14.22 | iiij | 16 |
| 1619 | Ian. | 15. 8.27 | xv | 15 |
| 1619 | Feb. | 14. 0.34 | xv | 13 |
| 1619 | Mar. | 15.13.50 | xv | 15 |
| 1619 | Apr. | 14. 0.30 | xv | 13 |
| 1619 | Mai. | 13. 9. 0 | xv | 13 |
| 1619 | Iun. | 11.16.22 | xv | 11 |
| 1619 | Aug. | 9. 7.24 | xv | 9 |
| 1619 | Oct. | 7. 5.14 | xv | 7 |
| 1619 | Dec. | 5.13.56 | xv | 5 |
| 1620 | Ian. | 4. 8.57 | xxvj | 4 |
| 1620 | Febr. | 3. 4. 1 | xxvj | 3 |

IN

Digitized by Google

IN huius tabulæ prima columna descripti sunt Anni Domini; in secunda menses; in tertia dies, horæ, ac minutæ post meridiē; quibus Ephemerides Io. Antonij Magini Nouilunia vera exhibent; in quarta Epactæ illis annis currentes; in quinta denique Nouilunia ab illis Epactis, si per diē vnū promotę essent, ostensa. Vbi liquido constat, posteriora hæc Nouilunia prius indicari ab Epactis sic promotis, quā illa priora in cęlo cōtingunt: Et quidē in annis quibusdam, vt 1598. mense Nouembri; 1599. Decembri; 1603. Aprili; 1603. Iunio; 1615. Octobri; 1619. Februario; & 1619. mense Iunio anticipationem hanc maiorem esse die integro. quod esset per absurdum. Negleximus autem Nouilunia illa vera, (quorum non exiguus est numerus) quæ ipso meridie vel vna, aut altera hora post meridiem fiunt ijsdem diebus, quibus ab Epactis promotis per vnum diem ostenderentur, & ea duntaxat annotauimus, quæ pluribus horis sequuntur Nouilunia Epactarum; & tamen, vt vides, in minori spatio, quam 40. annorum, fierent 128. Nouilunia Epactarum, si per vnum diem promouerentur, prius quam veræ Luminarium coniunctiones in cælo existerent, quod esset contra vsum omnium nationum, apud quas Cyclus Lunaris fuit in vsu. Nō igitur Epactæ promouendæ sunt per vnum diem sursum, ac proinde Epacta ij. recte ad diem 29. Martij, non autem ad 28. ascripta est.

Explicatio tabulæ præcedentis.

5 EADEM absurda consequerentur, si quis, relictis quidem Epactis in Calendario, vt eas descripsimus, tanquam recto ordine dispositas, sed tabulam æquationis aliter institueret; nimirum præfigendo anno 1582. post correctionem, non literam D, maiusculam, sed literam E, vt in tabula Expansa aureo numero 12. anni 1588. responderet Epacta iij. in linea Epactarum, cui litera E, maiuscula ascripta est; quæ quidem Epacta iij. in Calendario superior est vno die, quam Epacta ij. Eadem, inquam, absurda consequerentur, quia tunc Nouilunia ab Epactis vno item die citius monstrarentur, non secus, ac si promotæ essent Epactæ per vnum diem, manente tabula æquationis intacta. Recte igitur in æquationis tabula literam D, maiusculam anno 1582. post decem dierum exemptionem apposuimus, non autem literam E, maiusculam, ne Nouilunia in Calendario prius quam oporteat, ab Epactis indicentur. Eodem modo confirmabimus, alias literas alijs annis in tabula æquationis congruenter esse præfixas, ne scilicet, si aliter æquatio institueretur, Nouilunia Epactarum in Nouilunia vera incidant, vel ea antecedant, quorum vtrumque absurdum est, sed potius (quod magis ex vsu Ecclesiæ est) subsequantur, vt Lunę xiiij. Paschales semper, quoad eius fieri potest, Plenilunia media præueniant vno tantum die.

In tabula æquationis literam D, maiusculam recte appositam esse anno 1582. post correctionem, non autē literam E, maiusculam.

RVRSVS non expedire, vt Nouilunia Cycli coniunctionibus medijs, aut veris congruant, sed magis ex vsu Ecclesiastico esse, vt eas subsequantur, plane docere nos potest Cyclus aurei numeri olim Calendario inscriptus. Hic enim cum circa tempora Concilij Nicæni Nouilunia indicaret ijsdem prope diebus, quibus in cælo fiebant, factum est, vt frequentissime tunc Pascha in xiiij. Lunam fere inciderit, hoc est, ante mediam quasi oppositionem celebratum fuerit, contra eiusdem Concilij Decreta. Dixi, *quasi*, quia dies Paschæ attigit aliquot horas mediæ oppositionis, ita vt non possit absolute dici, ipsum Luna xiiij. esse celebratum, quod quidem in nullo Cyclo vitari potest, vt fusius cap. 22. Nu. 4. docebimus; sed solū in hoc Cyclus ille Nicæni Cōcilij reprehendendus videtur, quod nimis crebro eo modo Paschæ diem proposuerit celebrandum, propter illam anticipationem Nouiluniorū. Quo enim rarius hic error (si error dicendus est, qui uitari non potest) committitur, eò perfectior Cycli dispositio in Calendario iudicanda erit. Id quod noster Cyclus Epactarum egregie præstat, vt ex cap. 22. liquido constabit, vbi Pascha ad plurimos annos supputauimus. Sed ecce tabellam octo annorum, quibus circa tempora Concilij Nicæni Pascha ante iustum fere, ac legitimum tempus intra spatium annorum 170. celebratum est, præsertim annis 326. 346. 475. & 496. in quibus Plenilunium medium post occasum Solis in die Paschæ occurrit.

Pascha circa tē pora Conc. Nicæni frequenter incidisse quasi in Lunam xiiij. eò quod Nouilunia nimis cito ab aur. num. monstrarentur.



Digitized by Google

| Anni Domini. | Aurei Numeri. | Literæ Dominicales. | Pascha. | Oppositiones mediæ Paschales. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | D. | H. | M. |
| 326 | 4 | B | 3 Apr. | 3 | 13 | 54 |
| 330 | 8 | D | 19 Apr. | 19 | 2 | 37 |
| 346 | 5 | E | 23 Mar. | 23 | 15 | 16 |
| 350 | 9 | G | 8 Apr. | 8 | 3 | 58 |
| 370 | 10 | C | 28 Mar. | 28 | 5 | 19 |
| 441 | 5 | E | 23 Mar. | 23 | 1 | 58 |
| 475 | 1 | E | 6 Apr. | 6 | 11 | 4 |
| 495 | 2 | A | 26 Mar. | 26 | 12 | 25 |

IN prima columma notati sunt anni, quibus Pascha ante Plenilunium fere medium celebratum est, aut certe non post, sed ijs diebus, qui plenilunia habent aliquot horis post meridiem: in secunda columna continentur aurei numeri illis annis currentes: In tertia literæ Dominicales: in quarta, dies Paschæ. In quinta denique, oppositiones mediæ Paschales. Vbi vides, errorem hunc, id est, anticipationem hanc Paschæ, spatio 170. annorum in 8. annis admissum esse: vt mirandum non sit, tot adhuc discordias in Paschæ celebratione post Concilium Nicænum extitisse inter Orientalem, & Occidentalem Ecclesiam, vsque ad Iustiniani Imperatoris tempora, quando Calendario à Dionysio Abbate inscriptus Cyclus aurei numeri rectius Nouilunia, ex vsu Ecclesiæ, & Lunas xiiij. Paschales monstrabat, quam Nicæni Concilij temporibus, hoc est, tardius, quam in cælo contingebant.

Cur in Paschæ celebratione etiam post Concilium Nicænũ tot dissensiones fuerint inter Orientalẽ & Occidentalem Ecclesiam.

6 HVC accedit, quod nisi Nouilunia Epactarum subsequerentur coniunctiones Luminarium eo modo, quo ab Epactis, adhibita æquationis tabula, in Calendario ostenduntur, insignes, & intolerabiles errores sæpissime contingerent in celebratione Paschæ. Cuius rei euidentissimum exemplum fuit annus 1598. quem nonnulli in medium adducunt, vt ostendant, Epactas non exhibere legitimas xiiij. Paschales; qua in re mirũ in modũ decipiuntur. Nam si ex eorum sententia, qui putant, Nouilunia per Epactas in nouo Calendario tardius, quam res ferat, indicari, Epactæ singulæ per singulos dies sursum promouerentur, vel (quod idem est) æquationis tabula ita institueretur, vt pro linea literę D, maiusculæ in tabula expansa assumi iuberetur linea literę E, maiusculæ, incidisset Nouilunium Paschale illius anni 1598. in diem 5. Aprilis, vbi collocata tunc esset Epacta xxiij. eiusdem anni, si illa Epactarum promotio fieret, vel vbi Epacta xxiiij. ponitur, quæ eodem anno Nouilunia indicasset, si æquationis tabula aliter construeretur, ita vt annus 1582. post correctionem, præfixam haberet literam E, maiusculam, non autem D, maiusculam. Antecedens enim Nouilunium, quod incidisset tum in 7. diem Martij, Paschale non fuisset, cum extra terminos Paschales cadat, vt ex ijs constat, quæ cap. 1. scripsimus. Hoc concesso, celebratum fuisset Pascha die 19. Aprilis, hoc est, Dominica prima post xiiij. Lunam, quę tunc in diem 18. incidisset. Cum ergo eo anno oppositio media facta fuerit Die 20. H. 9. M. 20. post merid. in Aprili, verum autem plenilunium Die 20. Hor. 22. Min. 39. post mer. vt volunt Ephemerides Io. Antonij Magini, præcessisset solennitas Paschalis Plenilunium tum verum, tum medium, duobus ferme diebus. quod sacris Canonibus, & Concilijs aduersatur. Idemque demonstrari potest, alijs nonnullis annis accidere.

Mukos errores in Pascha fieri, si Epactæ citius Nouilunia indicarent quam ex præscripto noui Calendarij indicant, præsertim anno 1598.

NE igitur tam fœdi, ac turpes errores in tanta celebritate admittantur, optimo consilio sic dispositæ sunt Epactæ in Calendario, sicque earum æquatio instituta, vt Epacta anni 1598. sit xxiij. ad diem 8. Martij posita. Ita enim Nouilunium Paschale tunc incidit in diem 8. Martij, eiusque dies xiiij. in diem 21. ac proinde Pascha sequenti die 22. quæ Dominica fuit, celebrandum fuit, nimirum Luna xv. quę in oppositionem mediam tum incidit, cum ea facta sit Die 21. Hor. 20. Min. 36. post mer. hoc est, Die 22. Horis fere quatuor ante meridiem. Neque vero obstat, quo minus rite eo anno Pascha celebratum

sit,

Digitized by Google

sit, quod Plenilunium verum contigerit tunc Die 22. Hor. 9. post mer. Ecclesia enim in hoc negatio veros motus medijs postponit, vt cap. 4. ostendimus. Adde satis esse, quod Pascha illud attigerit quodammodo verum Plenilunium, cum dies 22. in quo Pascha fuit celebratum, durauerit secundum Astronomos vsque ad meridiem sequentis diei 23. Miror autem vehementer, non defuisse, qui videntes, Nouilunium Martij illo anno esse Paschale, non autem Nouilunium Aprilis, (Hoc enim secundum motum medium accidit Die 5. Aprilis Hor. 15. fere post mer. & oppositio media, Die 20. Hor. 9. post. mer. extra terminos Paschales: Illud vero Die 7. Martij. Hor. 20. Min. 13. post mer. & oppositio media, Die 21. Hor. 20. Min. 36. post mer. quæ intra terminos cadit,) dixerint, eo anno Pascha reijci debuisse in diem 29. Martij, propter illam oppositionem veram. Si namque Nouilunium illud Martij est Paschale, vt vere est, etiam ipsis obtrectatoribus, & aduersarijs testibus, quod quidem Epacta xxiij. illius anni die 8. Martij exhibet, eiusque diem xiiij. die 21. non potuit Ecclesia, si Conciliorum, Patrũque Decretis stare voluit, & diuturnæ consuetudini, non celebrare Pascha die 22. cum is fuerit Dominicus dies proximè Lunam xiiij. quam Cyclus exhibet, insequens. Neque enim vnquam legimus, vel audiuimus, eam Pascha post Lunam xv. Cycli, si ea in Dominicam incidat, in aliam hebdomadam, videlicet in quartam, atque adeo in Lunam xxij. distuliſse, cum hoc Decretis Ecclesiasticis repugnet omnino. Neque vero, vt se defendant, dicere possunt, Ecclesiam debuisse Nouilunium illud in diem 9. Martij reijcere. Ita enim eius dies xiiij. in 22. Martij incidisset, hoc est, in diem Dominicum, ac proinde Pascha iuxta Patrum Decreta in Dominicum diem insequentem, id est, in diem 29. translatum fuisset. Hoc, inquam, dicere non possunt, quia tunc vel Epacta xxiij. cum omnibus alijs per vnum diem deorsum deuoluendæ essent, vel (quod idem est) pro Epacta xxiij. assumenda Epacta xxij. atque idcirco anno 1582. in tabula æquationis litera C, maiuscula præfigenda. quod absurdum est, cum hac ratione Nouilunia Cycli nimis sero coniunctiones cælestes subsequerentur: cum tamen plerisque, immo & quibusdam ex nostris aduersarijs, videantur ab Epactis, vt in Calendario nouo digestæ sunt, serius, quam oporteat, monstrari. Quid ergo dicerent, si per diem integrum adhuc postponerentur? Huc accedit, quod Pascha, si magis postponerentur Nouilunia, non raro vltimo, siue duodecimo mense celebraretur. Fieri enim posset tunc, vt Plenilunium aliquod medium incideret in diem ipsum æquinoctij, id est, in diem 21. Martij, aut eum præiret, ac propterea Lunatio illa ad vltimum mensem pertineret, non autem ad primum, (quod Plenilunium primi mensis subsequi debeat diem æquinoctij: quippe cum Luna xiiij. eiusdem primi mensis, Plenilunium vno die antecedens, nunquam anteire debeat æquinoctij diem, vt cap. 1. docuimus.) quam tamen Cyclus plus æquo postpositus exhiberet Paschalem, nimirum quando eius Nouilunium contingeret die 8. Martij, ideoque xiiij. die 21. in ipso æquinoctio. quod quidem ex sola postpositione Nouiluniorum euenit. Hinc enim fit, vt Nouilunium medium, duobus diebus, & eo amplius, præueniens Neomeniam Cycli Paschalem, habere possit suum Plenilunium in ipso die æquinoctij, vel ante, ac proinde vltimo mensi tribuendum sit, quanquam Cyclus Neomeniam illam primo mensi ascribat. Constat ergo Pascha anno 1598. ex vsu Ecclesiæ recte celebratum esse die 22. Martij.

Non recte quoſdam Pascha anni 1598. ex die 22. Martij, in 29. reijciendum esse arbitrati.

Nouilunia nimis postposita efficere, vt Pascha nonnunquam vltimo mense celebretur.

7 QVAE cum ita sint, quis non intelligat, nisi qui parum in hoc negotio videt, Epactas in Calendario nouo probe esse dispositas? Quis item iure accusare nos, aut reprehendere audeat, nisi qui consuetudinis Ecclesiasticæ in Cyclorum vsu prorsus sit ignarus, quod Nouilunia per Epactas inquirenda Nouilunijs per Astronomicas tabulas inuentis postposuimus; ne videlicet in eum, quem diximus, errorem toties incurreremus, hoc est, tam sæpe Pascha ante oppositionem quasi mediam celebraremus, vt temporibus Concilij Nicæni vsu veniebat? præsertim cum nec sic effugere omnino potuerimus, quin & Cyclus noster Epactarum Pascha interdum ante oppositionem fere mediam (licet raro admodum id fiat, & vt ex cap. 22. patebit, in annis 908. post annum correctionis 1582. semel tantum, nimirum anno 2133. & ad summum in spatio annorum 3418. vsque ad annũ videlicet 5000. quindecies, cum tamen, vt Num. 5. diximus, hoc contigerit prope Concilij Nicæni tempora octies in annis 170.) offerat celebrandum, & plurima Nouilunia per eundem Cyclum in Calendario monstrata cum cælestibus Nouilunijs consentiant: videlicet omnia illa, quę supra Num. 4. ante coniunctiones veras futura esse diximus, si Epactæ singulæ per singulos dies versus mensium initia promoueantur. Dixi Pascha nonnunquam, licet raro, ante oppositionem fere mediam celebrari, quia si simpliciter, & absolute

Epactarum dispositionem in Calendario iure non posse reprehendi.

Rarò in Calendario nouo Pascha celebrari ante mediã oppositionem fere ita vt ipsam aliquo modo non attingat.



Digitized by Google

lute loqui velimus, non omnino Paſcha tunc mediam oppoſitionem ita præcurrit, vt eam aliquo modo non attingat, cum in ipſo Paſchę feſto media oppoſitio fere fiat, vt ex tabula cap. 22. conſtabit. Certe ſi quis tam ſeuerus iudex Epactarum eſſe velit, reputare ſecum debet, nullum Cyclum in Calendario deſcriptum, omnia poſſe incommoda vitare, vt nimirum eius Nouilunia neque à Nouilunijs cæleſtibus diſſentiant, neque eius Lunæ xv. oppoſitiones veras aut medias interdum antecedant. Teſtis eſt aurei numeri Cyclus à Concilio Nicæno approbatus, qui dum circa eius Concilij tempora Nouilunia monſtrabat ijſdem fere diebus, quibus in cælo fiebant, ſæpe numero eius Luna xiiij. Paſchalis biduo oppoſitionem mediam prȩibat, ac propterea non raro Paſcha ante oppoſitionem ferme mediam celebrabatur, vt paulo ante diximus. Teſtis etiam eſt Cyclus noſter Epactarum, qui dum eum aduerſarij ita in Calendario collocare contendunt, vt ſinguli eius numeri per ſingulos dies ſurſum promoueantur, ne Nouilunia nimis ſero indicent, plurima Nouilunia cogit anteuertere Nouilunia cæleſtia, vt Num. 4. dictum eſt. Teſtis denique eſt idem hic noſter Epactarum Cyclus in nouo Calẽdario deſcriptus, qui dum cauere vult, ne eius Lunæ xiiij. Paſchales biduo medias oppoſitiones prȩueniant, indicat plerunque Nouilunia coniunctionibus cæleſtibus poſteriora, nec tamen hac etiam adhibita cautione in Nouiluniorum poſtpoſitione, effugere omnino poteſt, quin interdum eius Lunæ xiiij. plus æquo media plenilunia præcurrant, atque adeo Paſcha tunc paulo ante oppoſitionem mediam celebrare cogat. Quod ſi cenſeat quis, Nouilunia idcirco eſſe magis poſtponenda, ne vnquam Lunę xiiij. plus die integro, ante oppoſitiones medias exhibeantur, is in maiora incidet incommoda. Primum enim Nouilunia Cycli nimis à cæleſtibus Nolunijs diſtarent, & ſerius, quam par eſt, monſtrarentur in Calendario. Deinde non raro Paſcha in menſe vltimo, ſiue duodecimo celebraretur, non autem in primo, vt ad finem Num. 4. explicatum eſt.

Nullum Cyclũ poſſe omnia incommoda vitare.

VIDES igitur, quam præclare cum noſtris Epactis in nouo Calendario ſit actum, quandoquidem, inter duas extremas mediam quaſi viam eas tenere, demonſtratum eſt: ita vt neque nimis earum Neomeniæ anticipent cæleſtia Nouilunia, neque nimis eadem ſubſequantur, ſed medio quodammodo greſſu incedant. quo quid hoc in negotio excogitari poteſt præclarius? Equidem in hac ſemper fui ſententia, eandemque nunc teneo, vt exiſtimem, Epactas non poſſe, aliter in Calendario diſponi, ac deſcribi, neque aliter earum æquationem inſtitui, quam in Calendario Gregoriano factum eſt, niſi velimus in errores innumeros quaſi, atque intolerabiles incurrere, & ſacroſanctum Paſchæ diem frequentiſſime contra Canonem Concilij Nicæni, & decreta Patrum peragere. quod non expedire, nemo eſt, qui non videat. Neque vero mouere nos debet, quod interdum, vt diximus, Calendarium nouum exhibeat Lunas xiiij. aliquanto citius, quam die integro, ante oppoſitiones medias; quia in noſtro Cyclo error hic, qui vitari nullo modo poteſt, & rariſſimus eſt, ſi cum aliorum Cyclorum erroribus, qui frequentiſſimi ſunt, conferatur, & eum ſæpenumero litera Dominicalis emendat: ita vt non ſemper eo in caſu Paſcha ante oppoſitionem mediam celebretur, propterea quod Dominica non ſtatim Lunam illam xiiij. inſequitur, ſed vel in oppoſitionem mediam incidit, vel poſt eam occurrit. qua ratione efficitur, vt tunc Paſcha celebretur vel in ipſa media oppoſitione, vel poſt eam, licet Luna xiiij. plus æquo oppoſitionem mediam anticipet, propter Cycli imperfectam naturam, quæ omnibus Cyclis communis eſt, & quidem in noſtro minus imperfecta.

Epactas nouì Calendarij medio modo ſe habere in anticipatione ac poſtpoſitione Nouiluniorum.

Non poſſe Epactas melius collocari, quam in nouo Calendario factum eſt.

Errorem Lunæ xiiij. quæ plus æquo anticipat oppoſitionẽ mediam, ſæpe per literam Dominicalem emendari.

8 MVLTAE autem cauſæ ſunt, cur nullus Cyclus motibus cæleſtibus penitus reſpondere poſſit, ſed ſemper aliquot ſecum incommoda afferat. Primum, quia in Lunationibus Cycli, quæ alternis dierum 30. & 29. fere ſemper conſtituuntur, non paucæ horæ negliguntur, cum vna Lunatio media non contineat dies ipſos 30. aut 29. ſed Dies 29. Horas 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. Deinde, quoniam cum in Lunationibus Cycli nulla habeatur ratio dierum intercalarium in annis biſſextilibus, fit, vt interdum Lunatio in Februario inchoata, quæ dies complecti deberet 30. efficiatur dierum 31. & Lunationes totius anni biſſextilis, prioribus duobus menſibus demptis, ſerius plerunque, quam par eſt, in Calendario incipiant, propter illum diem intercalarem, qui in Calendario deſcriptus non eſt. Tertio, quia cum propter vtriuſque anni, Solaris ac Lunaris, æquationem, de vna linea Epactarum tabulæ expanſæ ad aliam ſiue inferiorem, ſiue ſuperiorem, tranſeundum quibuſdã annis ſit, vt ex tabula æquationis cap. 11. & 12. manifeſtũ eſt; (quod etiam de Cyclo aurei numeri dicendum eſt, cum hic etiam propter eandem cauſam nunc ſurſum, nunc deorſum promouendus ſit) efficitur, vt non parum magnitudines Lunationum

Cur nullus Cyclus poſſit motibus cæleſtibus plane reſpondere.

Cur Lunationes in anno biſſextili, poſt diẽ intercalarẽ tardiores ſint, quã par eſt.

Digitized by Google

num immutentur, perturbenturque. Nam vt alia incommoda taceam, quando assumenda est Epacta inferior vnitate minor, Lunatio dierum 30. continebit dies 31. quando autem superior, eadem Lunatio efficietur dierum duntaxat 29. Quarto, quia media coniunctio Luminarium, cui Cyclus magis congruere debet, quam veræ, pluribus horis antecedere potest veram, & subsequi: vt mirum videri non debeat, si Nouilunia, Pleniluniaque Cycli à veris coniunctionibus, oppositionibusque discrepent. Augetur hæc varietas ex Meridianorum varietate, ac dissimilitudine, propter quam eadem coniuntio, quę Romæ, verbi gratia, ipso meridie fit, Orientalioribus populis, pluribus horis post meridiem, Occidentalioribus vero, ante meridiem eueniat, necesse est.

9 IAM verò Nouilunia ex Cyclo inuenta debere potius subsequi coniunctiones Solis ac Lunæ, quæ in cælo fiunt, quam easdem comitari, confirmare quoque possumus auctoritate grauissimorum scriptorum. Nam Venerabilis Beda, vir hac in re exercitatissimus, in libro de Ratione temporum, cap. 41. asserit, Lunam non esse dicendam primam eo die, quo cum Sole coniungitur, sed die insequenti, quanquam 23. horis ante Solis occasum, quo apud ipsum dies incipit, coniunctio fiat. Vides ergo, Lunam dici posse primam secundũ Cyclum, ex sententia Bedæ, scriptoris de recta Paschę celebratione diligentissimi, etiamsi prius Sol cum Luna coniunctus fuerit per diem integrum, & eo amplius. Idem præcipit Campanus in Computo Maiori cap. 28. his verbis. *Lunam oportet dici primam non in ipso die coniunctionis eius cum Sole, sed in die proxime sequenti, cum iam principium incipit apparere.* vbi perspicue quoque docet, Nouilunium Cycli per diem integrum subsequi debere coniũctionem Solis cum Luna. In eadem sententia plerique veterum Patrum fuerunt, præcipue vero Theophilus Alexandrinus Episcopus, cuius tantum in hoc negotio Paschę apud Pontifices Romanos auctoritas valuit, vt ex eius supputatione, ac præscripto, Ecclesia Occidentalis pluribus annis Pascha celebrarit, vt constat ex Epistolis Magni illius Leonis Papæ ad Martianum Imperatorem, & ad Eudoxiam Augustam. Hic autem Theophilus, vt refert S. Cyrillus, eius in Episcopatu successor, censuit, (vt testantur Paulus Middelburgensis, Ioannes Stoflerinus, & alij Computistæ) Lunam eam ex Cyclo, & vsu Ecclesiæ, appellandam esse xiiij. quam alij ex tabulis Astronomicis xvj. à coniunctione vocabant: quam quidem sententiam totis viribus idem S. Cyrillus comprobare nititur. Ex quo satis apparet, eum non accepisse Lunam primam, ad celebrationem Paschæ, eo die, quo cum Luna Sol coniungitur, sed duobus fermè diebus post. Itaque non infeliciter cum nostris Epactis actum est, cum ita distributæ sint in Calendario, vt earum Nouilunia, medias coniunctiones plerunque consequantur, modo paucioribus horis, modo pluribus, vt natura Cycli fert, & constitutio illa alternarum Lunationum 30. & 29. dierum patitur: quandoquidem hac in re & veteres illos Patres imitati sumus, & ea dispositione Epactarum seruata, Pascha congruo magis tempore celebratur, vt constat ex ijs, quæ diximus, magisque ex cap. 22. cum de festis mobilibus agemus, constabit.

Luna quando secundum Bedam dicenda sit prima.

Luna quando secundum Campanum dicenda sit prima.

Luna xiiij apud Theophilum, & S. Cyrillũ, quæ sit.

Meritò Epactæ noui Calendarii indicare Nouilunia post cõiunctiones medias.

10 AD extremum, non esse absurdum, neque nouum, aut inusitatum in Ecclesia Dei, primam dici Lunam, hoc est, primum diem mensis Lunaris, quando iam per diem integrũ, & eo amplius, coniunctio Luminarium præcessit in cælo, ita vt iam secunda esset dicenda illa Luna, vel secundus dies mensis Lunaris, facilè sibi persuadebit, qui paulò accuratius considerauerit, in anno etiam Politico Solari, diem illum interdum appellari primũ, qui verius vltimus dicendus esset in anno: Item in mensibus anni Solaris, diem illum nõnunquam vocari vltimum mensis alicuius, qui re ipsa primus alterius insequentis mensis esse deberet: quod ita planum erit. Si ponamus Solem die primo, verbi gratia, Ianuarij, anno post bissextum primo, ipso meridie esse in puncto quopiam certo Zodiaci, constat, post expletos 365. dies, cum meridie eiusdem diei primi redire non posse ad idem punctum, sed post 6. fere horas, quæ in annis communibus negliguntur, ad illud reuersurum, sub occasum Solis: Secundo vero anno, post 12. ferme horas, circa mediam noctem sequentem: & tertio, post 18. horas, hoc est, sub ortum Solis secundi diei Ianuarij. Dies ergo iste secundus rectius appellandus esset primus dies Ianuarij, quod Sol tunc periodum sui cursus absoluerit; cum tamen adhuc eum nominemus primum diem anni, qui verius vltimus antecedentis anni censeri deberet.

In anno Politico Solari diem illum interdum appellari primũ qui verius esset vltimus.

Diem illum nõnumquam dici vltimum alicuius mensis, qui verius dicẽdus esset primus insequentis mensis.

RVRSVS si statuamus Solem primo die, verbi gratia, Martij, anno tertio post bissextum, hora 6. ante meridiem, hoc est, circa Solis ortum, tenere punctum aliquod certum in cælo, efficitur, vt in sequenti anno bissextili, propter diem intercalarem additum ad idem punctum redeat die vltimo Februarij, qui tunc 29. dies continet, non in ortu, sed 6. horis



Digitized by Google

ferme post, id est, circa meridiem. Hic ergo vltimus dies Februarij meritò tunc diceretur primus dies Martij, quod in eo Sol ad idem Cæli punctum redierit, in quo eum primo die Martij antecedentis anni collocaueramus; cum tamen adhuc eundem diem dicamus primum Martij; qui verius secundus dicendus esset. Itaque, vt vides, cogimur interdum diē aliquem in anno Solari Politico appellare primum, vel secundum, qui tamen à primo, vel secundo abest modò 6. horis, modò 12. modo 18. toleramusque huiusmodi errorem, donec expletis quatuor annis, per intercalationem vnius diei corrigatur. Quid ergo miramur, si in anno Lunari Politico, propter horas, & horarum minutias in vna Lunatione omissas, & propter additicium diem in anno bissextili, denique propter alias causas, cogatur Ecclesia pronunciare interdum Lunam primam, quæ verius secunda esset, toleretque hunc errorem, donec per Emboliſmos, & alias Lunæ æquationes compensetur? Verum ex sequentibus magis intelligetur, Epactas rectè esse in Calendario digestas.

# CAPVT XIX.

*Soluuntur variæ dubitationes de Epactarum in Calendario descriptione, earumdemque æquatione: ac simul magis confirmatur, Epactas in Calendario rectissime esse descriptas, atque æquatas.*

1. Argumētum contra Epactas

VT clarius intelligatur, recte esse Epactas in Calendario dispositas, æquatasque, operæ me pretium facturum existimo, si ea, quæ à nonnullis aduersus eas obijci solent, breuiter diluam, atque refellam. quamuis non videam, quæ argumenta afferri possint, quæ ex ijs, quæ hactenus diximus, non facilè dissoluantur. Primum quidem aliqui Epactas accusant hoc nomine, quod Nouilunia, Pleniluniaque ex ipsis inuenta, veris aut medijs Nouilunijs, Plenilunijsque non omnino

Solutio 1. argumenti.

congruant, sed hæc fermè semper ante illa contingant. Verum argumentum hoc nullius est momenti. Sponte enim, atque vltro damus, Epactarum Nouilunia subsequi plerunq; coniunctiones cælestes; causamque, cur id necessario ita fieri in Cyclo debeat, superiori cap. Num. 8. aperuimus. Quamquam autem Cyclus Epactarum Nouilunia de industria propter rectam Paschę celebrationem postponit, non tamen à veris ea longe abesse permittit: vt operæpretium sit, ea etiam sic postposita cognoscere; præsertim, cum ex Cyclo discamus, quot dies Luna plerunque habeat post coniunctionem veram; ita vt quando Luna dicitur prima, secunda, tertia, quartadecima, &c. intelligamus diem fermè primum esse, secundum, tertium, quartumdecimum, &c. à coniunctione elapsum.

Cyclum Epactarum in Calē dario monstrare, quot dies plerumque post cō iunctionem veram elapsi sint.

2. Argumentum contra Epactas.

2 ALII deinde obijciunt, propter tabulā æquationis cap. 11. & 12. expositā, plurimorum annorum Plenilunia in nouo Calendario Paschalia, esse secundi mensis, cum tamen ea primo mensi ascribantur. Ad hoc confirmandum adducunt hos annos, 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. in quibus omnibus aureus numerus est 14. & Epacta xxiiij. quæ terminum Paschalem habet 18. Aprilis. In his enim omnibus annis aiunt, calculum docere Lunam xiiij. ad mensem secundum pertinere. Causam erroris reijcium in tabulam æquationis Epactarum, & in Lunationum, & æquinoctij inæqualem anticipationem, cum hoc citius vnum diem anticipet, quàm illæ. Non enim intelligunt, qui possit fieri, vt ab anno 1582. vsque ad 1700. exclusiue, aureus numerus 14. exhibens secundum tabulam æquationis Epactam xxiiij. reponat Lunam xiiij. Paschalem in 18. Aprilis, statuens eam ad primū mensem pertinere: Ab anno verò 1700. vsq. ad 1900. exclusiuè idem aureus numerus 14. exhibens Epactā xxiij. promoueat Lunā xiiij. Paschalē ex 18. Aprilis in 21. Martij, perinde ac si illa prior iam non amplius ad primum mensem pertineat, sed ad secundum. Quin etiam multò crassiora absurda sequi affirmant annis insequentibus, eandem ob causam. Nam eodem modo ab anno 2200. vsque ad 2300. exclusiue aureus numerus 17. exhibet secundum tabulam æquationis Epactam xxiiij. & Lunam xiiij. Paschalem in 18. Aprilis collocat. Sed ab anno 2300. vsque ad 2400. exclusiuè, aureus idem numerus 17. Epactam indicat xxij. ideoque terminum Paschæ die 21. Martij. Deinde ab anno 2400. ad 2500. vsque exclusiue, aureus numerus 17. denuò exhibet Epactam xxiiij. terminumque

Pascha-

Digitized by Google

Paschalem die 18. Aprilis, vt ante ab anno 2200. vsque ad 2300. Itaque Calendarium nouum, inquiunt, ijs annis, quibus aureus numerus est 17. ab anno 2200. vsque ad 2300. exclusiue, censet Lunam xiiij. in Martio semper præcessuram esse æquinoctium, ac proinde eam Paschalem esse non posse, sed ab anno 2300. ad 2400. exclusiue futurum, vt eadem Luna xiiij. Martij cadat vel in æquinoctium, vel illud sequatur, atque idcirco non posse eam non esse Paschalem. Ab anno denique 2400. vsque ad 2500. exclusiue, eandem rursus Lunã xiiij. Martij antecessurum ingressum Solis in Arietem, atque adeò desituram eam esse Paschalem. quod ipsis prorsus videtur esse falsum: Nam quomodo, inquiunt, fieri potest, vt æquinoctium, cuius anticipatio semper est velocior anticipatione Lunationum, Lunam xiiij. quæ terminus Paschalis esse cæpit, mox iterum hoc officio priuet? Hæc res est profectio, dicunt, longe absurdissima, vtpote prorsus inaudita, & toti Astronomiæ, & veritati è diametro contraria.

SIMILI ratione demonstrare nituntur, multos terminos Paschales in nouo Calendario pertinere ad vltimum mensem, quos tamen Epactæ primo mensi tribuunt. Quoniam enim circa finem cap. 6. dictum est, æquinoctium Vernum posse à die 21. Martij, vsque 23. recedere, si æquatio præscripta adhibeatur; accidere poterit, vt omnis Luna xiiij. quæ inter 20. diem Martij, & verum diem æquinoctij post diem 21. incidit, à Calendario nouo pro termino Paschali habeatur, cum tamen talis Luna xiiij. non sit primi mensis anni sequentis, sed vltimi præcedentis anni: quippe cum æquinoctium vernum ea antecedat.

3 QVONIAM argumentum hoc petere videtur caput totius correctionis Gregorianæ, paulo diligentius confutandum est. Videntur sane aduersarij, qui hoc argumento Calendarium nouum oppugnant, accusare omnes totius orbis Mathematicos, qui vno ore fatentur, (quod res etiam ipsa loquitur) æquinoctium versus mensis initium progressum in pristinam sedem non posse restitui, nisi per detractionem tot dierum ex anno aliquo, quot diebus versus initium mensis progressum compertum fuerit. At aduersarij ex noue quodam genere Astronomiorum reprehendunt nouum Calendarium hoc etiam nomine, quod per omissionem diei intercalaris in quibusdam centesimis annis (quod est diem vnum ex anno eximere) æquinoctium ad eum diem restituit, à quo recesserat. Cur tandem? Quia, inquiunt, ex hac diei ablatione sequitur, Lunam xiiij. quæ ante fuit Paschalis, desinere mox esse Paschalem; & quæ ante non potuit esse Paschalis, mox non posse non esse Paschalē. Magnum sane peccatum, quod ne committatur, nunquam æquinoctium in suam est sedem reuocandum, quamtumuis ab ea versus mensis initium prolapsum sit, cum aliter reuocari nequeat. Egregios sane mathematicos, qui vt Calendarium nouum innumeris absurditatibus, atque multiplici falsitate refertum conuincant, omnem prorsus anni correctionem, quæcunque tandem excogitari potest, reijciendam arbitrentur; quippe cum in qualibet emendatione anni eximi oporteat aliquot dies, vt æquinoctium ad eũ diem redeat, à quo versus principium mensis discesserat. quod istis absurdum videtur, & nulla ratione concedendum. Si enim hanc detractionem admitterent, concederent etiam necessario, velint, nolint, Lunam xiiij. quæ nunc, currente certo aliquo Cycli numero, Paschalis est, mox post elisionem vnius diei non amplius Paschalem futuram, & contra. Quod qua ratione fieri possit, docere eos hoc loco, si discere volunt, quandoquidem se id ignorare fatentur, non grauabor. Ita ergo res se habet.

Solutio 2. argumenti.

4 QVOTIESCVNQVE de linea aliqua Epactarum tabulæ expansæ fit transitus ad lineam inferiorem, vt accidit necessario in centesimis annis non bissextilibus, quibus tamen Luna æquanda non sit, tunc si aureo alicui numero respondebat in priori linea Epacta xxiiij. erat Nouilunium illius aurei numeri Paschale 5. die Aprilis, vbi est vltimum Nouilunium Paschale: Sed eiusdem aurei numeri Nouilunium 7. die Martij Paschale non erat. In posteriori autem linea Nouilunium eiusdem aurei numeri mense Aprili non erit amplius Paschale, cum idem ille aureus numerus respondeat tunc Epactæ xxiij. quæ Lunam xiiij. habet die 19. Aprilis, & Nouilunium die 6. Aprilis, extra terminos nimirum Paschales. Idem tamen aureus numerus habebit tunc Nouilunium Paschale mense Martio, quod Epacta xxiij. ei respondens collocata sit ad diem 8. Martij, vbi initium est Paschalium Nouiluniorum. Videtis igitur, nisi forte cæci esse vultis, Nouilunium illius aurei numeri Paschale esse mense Aprili, dum superior linea Epactarum est in vsu, desinere autem esse Paschale, quando linea inferior Epactarum vsurpatur? Item Nouilunium eiusdem aurei numeri mense Martio, dum prior linea Epactarum in vsu est, non esse Paschale, incipere autem Paschale esse, quando posterior linea Epactarum inseruit? Hoc autem

Quando fit transitus de superiori linea tabulæ expansæ ad inferiorem, Nouilunium Paschale 5. diei Aprilis desinit esse Paschale, & Nouiluniũ non Paschale 7. diei Martij, incipit esse Paschale.

Digitized by Google

tem non esse absurdum, vt aduersarij putant, sed necessarium omnino, Astronomica ratio perspicue persuadet. Nam quando dies intercalaris in centesimo aliquo anno omittitur, si Luna non egeat tunc æquatione, descendunt omnia Nouilunia vno die in Calendario versus fines mensium. Quare Nouilunium, quod prius cadebat in 5. Aprilis Paschale est, sed postea incidens in 6. Aprilis, Paschale esse desinit. E contrario Nouilunium cadens prius in 7. Martij, Paschale non est, postea autem in 8. Martij incidens, Paschale fit.

Quando fit transitus de inferiori linea tabulæ ad superiorem, Nouilunium Paschale 8. diei Martij desinit esse Paschale, & Nouilunium nõ Paschale 6. diei Aprilis, incipit esse Paschale.

5 RVRSVS quotiescunque de aliqua linea Epactarum tabulæ expansæ ad superiorem lineam fit gradus, vt accidit necessario in annis centesimis bissextilibus, quibus Luna æquanda est, tunc si alicui aureo numero respondebat Epacta xxiij. in linea inferiori, erit Nouilunium illius aurei numeri Paschale, die 8. Martij, vbi Nouilunia Paschalia incipiunt: sed eiusdem aurei numeri Nouilunium die 6. Aprilis Paschale non erat. In superiori autem linea, cum iam idem aureus numerus Epactam xxiiij. indicet, Nouilunium illius aurei numeri in 7. Martij incidens desinit esse Paschale, aliud vero cadens in 5. Aprilis, Paschale efficitur. Vbi rursum cernitis, Nouilunium illius aurei numeri mense Martio esse Paschale, dum inferior linea in vsu est; priuari autem hoc officio, quando superior linea assumitur. Item Nouilunium eiusdem aurei numeri mense Aprili non esse Paschale, quamdiu inferior Epactarum linea vsurpatur, fieri autem Paschale, cum primum linea superior in vsum recipitur. Huius quoque rei ratio Astronomica hæc est. Quando dies intercalaris in centesimo aliquo anno retinetur, & Luna æquanda est, ascendunt omnia Nouilunia vno die versus initia mensium in Calendario. Quamobrē Nouilunium cadens, antequam æquetur Luna, in 8. Martij, Paschale est, & postquam Luna fuerit æquata, incidens in 7. Martij, Paschale amplius esse non potest. Pari ratione Nouilunium ante eam æquationem Lunæ cadens in 6. Aprilis, nullo modo Paschale est, & post æquationem eandem, incidens in 5. Aprilis, Paschale efficitur. Non est ergo hæc res longe absurdissima, vtpote prorsus inaudita, & toti Astronomiæ, & veritati è diametro contraria, vt falso Calendarij oppugnatores iactant, sed Astronomię præceptis valde consentanea, vt mirum sane sit, eos rem per se clarissimam non intellexisse.

IAM vero satis mirari non possum, qua fronte, ac vultu affirmare audeant, in his quinque annis 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. quibus aureus numerus est 14. & Epacta xxiiij. Lunam xiiij. secundum Calendarium nouum cadentem in 18. Aprilis, pertinere ad secundum mensem, non autem ad primum. Hoc enim falsum esse, liquet ex sequenti tabella, vbi apparet, oppositiones medias in Aprili esse Paschales, cum non accidant post diem 19. Aprilis, qui terminus est, ac finis Pleniluniorum Paschalium. At medias oppositiones in Martio non esse Paschales, sed ad vltimum mensem præcedentis anni pertinere, quod ante diem 22. Martij contingant, vbi Paschalium Pleniluniorum principium statuitur, ac proinde non subsequatur diem æquinoctij, quod tamen Decreta Ecclesiastica requirunt.

| Anni Domini. | Aur. Num. | Epactæ. | Oppositiones mediæ Aprilis Paschales. | | | Oppositiones mediæ Martij non Paschales. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | D. | H. | M. | D. | H. | M. |
| 1609 | 14 | xxiiij | 18 | 13 | 11 | 20 | 0 | 27 |
| 1628 | 14 | xxiiij | 18 | 5 | 43 | 19 | 16 | 59 |
| 1647 | 14 | xxiiij | 18 | 22 | 16 | 20 | 9 | 32 |
| 1666 | 14 | xxiiij | 18 | 14 | 48 | 20 | 2 | 4 |
| 1685 | 14 | xxiiij | 18 | 7 | 21 | 19 | 18 | 37 |

VERVM vt illud quoque appareat, aureum numerum 14. ab anno 1700. ad 1900. recte Lunationem Paschalem ex Aprili in Martiū reijcere, (quod ipsi concoquere non possunt) atque aureum numerum 17. ab anno 2300. ad 2300. congrue eandem exhibere mense Aprili; ab anno vero 2390. ad 2400. mense Martio; & denique ab anno 2400. ad 2500. eandem aptissime Aprili tribuere, supputauimus sequentes oppositiones medias: vbi apparet, media Plenilunia aurei numeri 14. siue Epactæ xxiij. mense Aprili ab anno 1700. ad 1900. non esse Paschalia, sed mense Martio, cum ibi sequantur diem 19. Aprilis, post quem

nullum

Digitized by Google

nullum Plenilunium medium Paſchale eſt, ne Paſcha, quod nonnunquam poſt vltimam Lunam xiiij. Paſchalem quę diei 18. Aprilis aſcribitur, in diem 19. Aprilis cadit, ante plenilunium medium celebretur, hic vero diem 21. Martij æquinoctio deſtinatum ſequãtur, vt ratio poſtulat. Ab anno vero 2200. ad 2300. medias oppoſitiones mẽſis Martij,

| Anni Domini. | Aurei Numeri. | Epactæ. | Plenilunia media non Paſchalia. D. | H. | M. | | Plenilunia media Paſchalia. D. | H. | M. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1723 | 14 | xxiij | 19 | 16 | 26 | April. | 21 | 3 | 42 | Mar. |
| 1818 | 14 | xxiij | 20 | 3 | 8 | April. | 21 | 14 | 24 | Mar. |
| 1837 | 14 | xxiij | 19 | 19 | 40 | April. | 21 | 6 | 56 | Mar. |
| 1875 | 14 | xxiij | 20 | 4 | 45 | April. | 21 | 16 | 1 | Mar. |
| 2201 | 17 | xxiiij | 20 | 0 | 23 | Mar. | 18 | 13 | 7 | Apr. |
| 2220 | 17 | xxiiij | 19 | 16 | 55 | Mar. | 18 | 5 | 39 | Apr. |
| 2239 | 17 | xxiiij | 20 | 9 | 37 | Mar. | 18 | 22 | 21 | Apr. |
| 2258 | 17 | xxiiij | 20 | 2 | 0 | Mar. | 18 | 14 | 44 | Apr. |
| 2277 | 17 | xxiiij | 19 | 18 | 32 | Mar. | 18 | 7 | 16 | Apr. |
| 2296 | 17 | xxiiij | 19 | 11 | 5 | Mar. | 17 | 23 | 49 | Apr. |
| 2315 | 17 | xxiij | 19 | 16 | 21 | April. | 21 | 3 | 37 | Mar. |
| 2372 | 17 | xxiij | 20 | 5 | 15 | April. | 21 | 16 | 31 | Mar. |
| 2429 | 17 | xxiiij | 20 | 6 | 52 | Mar. | 18 | 19 | 36 | Apr. |
| 2448 | 17 | xxiiij | 19 | 23 | 24 | Mar. | 18 | 12 | 8 | Apr. |
| 2486 | 17 | xxiiij | 20 | 8 | 29 | Mar. | 18 | 21 | 13 | Apr. |

quando aureus numerus eſt 17. & Epacta xxiiij. non eſſe Paſchales quod non ſubſequantur diem 21. Martij æquinoctio deſtinatum: oppoſitiones vero medias menſis Aprilis Paſchales eſſe, cum vltra diem 19. Aprilis non extendantur. Similiter oppoſitiones medias Aprilis ab anno 2300. ad 2400. quando aureus numerus eſt 17. & Epacta xxiij. Paſchales non eſſe, quod diem 19. Aprilis, ſubſequantur, quemadmodum ab anno 1700. ad 1900. Medias autem oppoſitiones menſis Martij Paſchales eſſe, cum diem æquinoctij ſubſequantur. Plenilunia denique media menſe Martio ab anno 2400. ad 2500. quando aureus numerus 17. & Epacta xxiiij. concurrunt, rurſus non eſſe Paſchalia, menſe autem Aprili Paſchalia eſſe, quemadmodum ab anno 2200. ad 2300. ob eam, quam ibi expoſuimus, cauſam. Ex his omnibus cuilibet manifeſtum eſſe poteſt, falſum eſſe, quod aduerſarij dicunt, in nouo Calendario propter æquationis tabulam multa plenilunia aſcribi primo menſi in Aprili, currente Epacta xxiiij. quæ ad ſecundum verius pertineant. Item multa tribui primo menſi in Martio, currente Epacta xxiij. quę ad vltimum potius menſem antecedentis anni ſpectent.

QVOD ſi quando accidat propter illum tranſitum de vna linea Epactarum tabulæ expanſę ad aliam, Plenilunium aliquod Paſchale Calendarij effici ſecundi menſis, aut vltimi, (Negare enim non poſſum, quin aliquando hoc contingat, licet raro) id tribuendum non eſt æquationis tabulæ, cum ea rectiſſime ſit conſtituta, ſed vitio vertendum eſt naturæ Cycli, propterea quod nullus Cyclus quacunque ratione in Calendario deſcriptus motibus cæleſtibus tam accurate exquiſiteque poteſt reſpondere, vt non interdum ab ijs diſcrepet: cuius quidem rei plures ſunt cauſæ allatę Num. 8. cap. præcedentis. Neque vero, quando hoc accidit, accuſanda eſt Eccleſia, quaſi non recte tunc faciat, quod relictis cæleſtibus motibus, errorem Cycli ſequi malit: quia vt cap. 4. copioſe oſtendimus, adhibere potius debet Cyclos in ſuis celebritatibus peragendis, quam motus cæleſtes, ſi regulare quid, quod facile ſit, (vt par eſt) populo Chriſtiano preſcribere velit. Hinc fit, vt ſæpenumero cogatur quodãmodo reſpuere Lunationes nonnullas Paſchales, ac ſi Paſchales non eſſent, eo ſolo nomine, quod earum Lunę xiiij. ex Cyclo inuentæ diem 21. Martij æquinoctio aſſignatum, præueniant, etſi re ipſa in æquinoctium incidant: Nonnullas item non Paſchales pro Paſchalibus recipere, propterea quod earum Lunæ xiiij. ſecundum

Nullum cyclũ quacunque ratione in Calendario deſcriptũ effugere poſſe quin Lunam xv. exhibeat nõ nunquam in ſecundo menſe, vel vltimo, quã tamen Paſchalem appellat.

Digitized by Google

dum Cyclum in diem 21. Martij, cui æquinoctium affixum est, incidunt, quanquam vere æquinoctium ipsum præcurrant. Liquido hoc cernitur in annis bissextilibus, & ijs, qui à bissexto tertij sunt. In illis enim, quanquam æquinoctium diem 20. Martij, propter diem intercalarem adiectum, attingat, reijcit tamen omnes Lunationes, tanquam non Paschales, quarum dies xiiij. in 20. Martij, hoc est, in æquinoctium tunc cadunt, ac proinde vere ad primum mensem spectant: In his autem omnes Lunationes approbat, tanquam Paschales, quarum Lunæ xiiij. incidunt in diem 21. Martij, licet in ijs æquinoctium, propter 18. horas omissas in tribus annis post diem 21. contingat, ideoque Lunationes illæ re vera ad vltimum mensem, non autem ad primum, pertinere censendę sint. Id quod pluribus quoque cap. 5. Num. 11. & 12. docuimus.

Sæpenumero in anno nullũ posse celebrari Pascha, si motus medij ab Ecclesia obseruarentur, non autem Cycli.

6 MIRABILE magis videri hoc debet, quod subiungam; Ecclesiam scilicet, si non sequeretur Cyclum, sed medios motus obseruaret, (Hos enim potius assumere deberet, quam veros, si aliquos motus cęlestes sibi proponeret sequendos, quod medij motus æquales sint, veri autem inæquales) plerisque annis nullum Pascha legitimum habere posse. Cum enim in Concilio Nicæno, quod postea à pluribus Concilijs, & Decretis Pontificum confirmatum fuit, dies tantum 29. Plenilunijs Paschalibus dicati sint, nimirum dies 22. Martij cum sequentibus vsque ad diem 19. Aprilis inclusiue, ita vt Plenilnium quodcunque ante diem 22. Martij, aut post diem 19. Aprilis occurrens aptum non sit ad Pascha celebrandum, quod illud ad vltimum, hoc vero ad secundum mensem pertineat, vt ex dictis perspicuum est; fieri potest, vt in annis quibusdam nullum Plenilunium medium in aliquo illorum 29. dierum reperiatur, sed in Martio quidem prȩcurrat diem 22. in Aprili vero diem 19. consequatur. Quid ergo tunc agat Ecclesia? transigat ne annos illos sine solennitate Paschali? minime, sed relicto plenilunio Astronomico, inquirit Lunam xiiij. ex Cyclo, quę vel in diem 21. Martij, vel in diem 18. Aprilis incurrit, quamuis ea secundum leges Astronomorum (positis tamen ijsdem terminis Paschæ à Concilijs, ac Patribus præscriptis) spectet vel ad vltimum mensem, vel ad secundum. Exempla habes in annis sequentis tabulæ, in qua litera M, mensem Martium, & A, Aprilem significat.

Quid faciat Ecclesia, etiamsi in anno aliquo nullum sit plenilunium medium Paschale.

| Anni Domini. | Aurei Numeri. | Epactæ. | Plenilunia media. | | | | Plenilunia media. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | D. | H. | M. | | D. | H. | M. | |
| 1742 | 14 | xxiij | 20 | 20 | 14 | M. | 19 | 8 | 58 | A. |
| 1799 | 14 | xxiij | 20 | 20 | 51 | M. | 19 | 9 | 35 | A. |
| 1856 | 14 | xxiij | 20 | 23 | 29 | M. | 19 | 12 | 13 | A. |
| 1935 | 17 | 25 | 19 | 8 | 48 | A. | 20 | 20 | 4 | M. |
| 1943 | 6 | xxiiij | 19 | 10 | 14 | A. | 20 | 21 | 30 | M. |
| 2133 | 6 | xxiiij | 19 | 7 | 38 | A. | 20 | 18 | 54 | M. |
| 2190 | 6 | xxiiij | 19 | 9 | 15 | A. | 20 | 20 | 31 | M. |
| 2334 | 17 | xxiij | 20 | 20 | 10 | M. | 19 | 8 | 54 | A. |
| 2391 | 17 | xxiij | 20 | 21 | 47 | M. | 19 | 9 | 3 | A. |
| 2524 | 17 | xxiij | 20 | 17 | 34 | M. | 19 | 6 | 18 | A. |
| 2581 | 17 | xxiij | 20 | 19 | 11 | M. | 19 | 7 | 55 | A. |
| 2725 | 9 | xxiiij | 19 | 7 | 34 | A. | 20 | 18 | 50 | M. |
| 2782 | 9 | xxiiij | 19 | 9 | 11 | A. | 20 | 20 | 27 | M. |
| 2839 | 9 | xxiiij | 19 | 10 | 48 | A. | 20 | 22 | 4 | M. |
| 2972 | 9 | xxiij | 20 | 17 | 51 | M. | 19 | 6 | 36 | A. |
| 3116 | 1 | xxiiij | 19 | 6 | 14 | A. | 20 | 17 | 30 | M. |
| 3173 | 1 | xxiiij | 19 | 7 | 51 | A. | 20 | 19 | 7 | M. |
| 3230 | 1 | xxiiij | 19 | 8 | 28 | A. | 20 | 19 | 44 | M. |
| 3287 | 1 | xxiiij | 19 | 11 | 6 | A. | 20 | 22 | 22 | M. |
| 3621 | 12 | xxiiij | 19 | 8 | 9 | A. | 20 | 19 | 25 | M. |
| 3678 | 12 | xxiiij | 19 | 9 | 46 | A. | 20 | 21 | 2 | M. |

Anni

Digitized by Google

| Anni Domini. | Aur. Num. | Epactæ. | Plenilunia media. D. | H. | M. | | Plenilunia media. D. | H. | M. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3936 | 4 | xxiiij | 19 | 12 | 39 | A. | 20 | 23 | 55 | M. |
| 4012 | 4 | xxiiij | 19 | 6 | 50 | A. | 20 | 18 | 6 | M. |
| 4069 | 4 | xxiiij | 19 | 8 | 27 | A. | 20 | 19 | 43 | M. |
| 4213 | 15 | xxiij | 20 | 19 | 20 | M. | 19 | 8 | 4 | A. |
| 4270 | 15 | xxiij | 20 | 20 | 58 | M. | 19 | 9 | 42 | A. |
| 4300 | 7 | xxv | 19 | 6 | 5 | A. | 20 | 17 | 21 | M. |
| 4460 | 15 | xxiij | 20 | 18 | 22 | M. | 19 | 7 | 6 | A. |
| 4604 | 7 | xxiiij | 19 | 6 | 44 | A. | 20 | 18 | 0 | M. |
| 4661 | 7 | xxiiij | 19 | 8 | 22 | A. | 20 | 19 | 38 | M. |
| 4919 | 18 | xxiiij | 19 | 11 | 15 | A. | 20 | 22 | 31 | M. |

IN his omnibus annis vides, neq. Plenilunij Martij, neq. Plenilunij Aprilis Paschale esse, cum extra terminos præscriptos vtrũq. reperiatur. Omisi autẽ plures alios annos, in quibus Plenilunium in Martio incidit in diem 21. aliquot horis post meridiem, ante Solis occasum: in Aprili vero in diem 19. paucioribus horis post meridiem, quam 6. Quamuis enim illud ascribendum videatur vltimo mensi, & hoc secundo: quia tamen illud in Martio parum à 22. die distat, hoc vero in Aprili nondum diem 19. prorsus reliquit; noluimus ea à Paschalibus Plenilunijs excludere, solumque ea in tabulam coniecimus, quæ vel meridiem diei 21. Martij antecedunt, vel in diem 19. Aprilis pluribus quam 6. horis post meridiem incidunt. Hæc enim secundum Patrum Decreta nullo modo Paschalia esse possunt. Atque in his annis, currente Epacta xxiij. celebratur Pascha ab Ecclesia mense Martio, quamuis Plenilunium medium non subsequatur diem 21. æquinoctio assignatum: currente vero Epacta xxiiij. vel xxv. differtur ab Ecclesia celebritas Paschæ in Mensem Aprilem, licet medium Plenilunium post diem 19. contingat.

Quo mense Ecclesia Pascha celebret, quando in anno aliquo nullum est Plenilunium medium Paschale.

7 SED ne vllus scrupulus in animo Lectoris resideat, atque vt magis confirmatum relinquatur, Epactas optime esse in Calendario digestas, earumque æquationem recte institutam, quamuis nonnunquam exhibeant Pascha vel in vltimo, vel secundo mense, quin etiam (vt cap. precedenti Num. 7. diximus) ante mediam ferme oppositionem; considerandæ diligenter proponimus ea, quæ sequuntur. Primum in memoriam reducatur, propter æquationem Lunæ, & exemptionem diei ex quibusdam annis centesimis ad æquandum æquinoctium, eundem aureum numerum, qui prius offerebat Epactam xxiij. exhibere mox Epactam xxiiij. & contra, atque adeo modo reijcere Pascha ex Martio in Aprilem, modo ex Aprili in Martium, vt supra Num. 4. & 5. diximus: vt mirari nemo debeat, si propter tantam mutationem, Pascha ex Cyclo erutum interdum in errorem aliquem incurrat, contra leges motuum cælestium.

Eundem aureũ numerum reijcere aliquando Pascha ex Martio in Aprilem & contra.

8 DEINDE secum quisque reputet, in vno eodemque spatio 100. annorum, in quo eisdem aureis numeris eædem semper Epactæ respondent, hoc est, in quo vna eademque linea Epactarum tabulæ expansæ in vsum recipitur, eandem numero Epactam indicare Lunam xiiij. Paschalem modo ante oppositionem mediam, modo post eam. Nam vt è multis pauca exempla in medium proferam; Anno 1627. Epacta xij. exhibet Lunam xiiij. Paschalem die 31. Martij ante oppositionem mediam, quæ fit in Martio, die 31. hora 8. post meridiem. At anno 1684. eadem Epacta xij. reponit rursus Lunam xiiij. Paschalem in 31. Martij, post mediam oppositionem, cum hæc contingat die 30. Martij, hor. 10. post meridiem. Item anno 1610. Epacta v. habet suam xiiij. die 8. Aprili ante oppositionem mediam, quę incidit in diem 8. Apr. hor. 22. post. mer. Eadem autem Epacta v. anno 1648. collocat quidem suam xiiij. rursus in 8. Aprilis, cum tamen subsequatur mediã oppositionem, quę tunc fit die 7. Apr. hor. 7. post mer. Idem cernitur in annis sequentis tabellæ, vt plurimos alios omittam, qui depromi poterunt ex tabula magna capitis

Eundem aureũ num. ab vno cẽtesimo ad proxime sequentẽ centesimum in quibusdam annis exhibere Lunam xiiij. modo ante oppositionem mediã modo post eam.

22. vbi

Digitized by Google

22, vbi ab anno 1600, vsque ad 5000. supputauimus omnes oppositiones medias Paschales, Lunas item xiiij. Paschales, Literas Dominicales, vna cum diebus festis Paschæ, &c. quemadmodum ex eadem illa tabula infrascriptos annos excerpsimus.

| Anni Domini. | Aur. Num. | Epactæ. | Lunę xiiij. | | Oppositiones mediç. D. | H. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1700 | 10 | ix | 4. Apr. | Antę opp. med. | 4 | 11 | A. |
| 1776 | 10 | ix | 4. A. | Post opp. med. | 3 | 5 | A. |
| 1711 | 2 | xj | 2 A. | Ante opp. med. | 2 | 15 | A. |
| 1768 | 2 | xj | 2 A. | Post opp. med. | 1 | 15 | A. |
| 1800 | 15 | iiij | 9 A. | Antę opp. med. | 9 | 19 | A. |
| 1876 | 15 | iiij | 9 A. | Post opp. med. | 8 | 14 | A. |
| 1851 | 9 | xxviij | 15 A. | Ante opp. med. | 15 | 15 | A. |
| 1889 | 9 | xxviij | 15 A. | Post opp. med. | 14 | 9 | A. |
| 1823 | 19 | xviij | 26 M. | Antę opp. med. | 26 | 12 | M. |
| 1880 | 19 | xviij | 26 M. | Post opp. med. | 25 | 14 | M. |
| 1927 | 9 | xxvij | 16 A. | Antę opp. med. | 16 | 17 | A. |
| 1984 | 9 | xxvij | 16 A. | Post opp. med. | 15 | 14 | A. |
| 2008 | 14 | xxij | 22 M. | Post opp. med. | 21 | 12 | M. |
| 2027 | 14 | xxij | 22 M. | Ante opp. med. | 22 | 4 | M. |
| 2235 | 13 | x | 3 A. | Ante opp. med. | 3 | 9 | A. |
| 2292 | 13 | x | 3 A. | Post opp. med. | 2 | 11 | A. |
| 2302 | 4 | ✳ | 13 A. | Ante opp. med. | 13 | 6 | A. |
| 2340 | 4 | ✳ | 13 A. | Post opp. med. | 12 | 15 | A. |
| 2344 | 8 | xiiij | 30 M. | Post opp. med. | 29 | 15 | M. |
| 2363 | 8 | xiiij | 30 M. | Ante opp. med. | 30 | 8 | M. |
| 2314 | 16 | xij | 1 A. | Ante opp. med. | 1 | 19 | A. |
| 2352 | 16 | xij | 1 A. | Post opp. med. | 31 | 4 | M. |
| 2307 | 9 | xxv | 18 A. | Ante opp. med. | 18 | 4 | A. |
| 2364 | 9 | xxv | 18 A. | Post opp. med. | 17 | 5 | A. |
| 2327 | 10 | vj | 7 A. | Ante opp. med. | 7 | 5 | A. |
| 2384 | 10 | vj | 7 A. | Post opp. med. | 6 | 7 | A. |
| 2331 | 14 | xx | 24 M. | Ante opp. med. | 24 | 5 | M. |
| 2388 | 14 | xx | 24 M. | Post opp. med. | 23 | 7 | M. |

Epactas recte esse in Calendario collocatas, æquatasque ex proxime dictis euidenter demonstratur.

QVIS ergo dixerit, Epactas non esse recte collocatas in Calendario, aut earum æquationem perperam institutam? Quis non videt, si Epactæ citius (quod nonnulli volunt) Nouilunia indicarent, hoc est, si superior linea Epactarum in tabula expansa assumeretur, vel ipsæ Epactę per vnum diem sursum promouerentur, Lunas xiiij. quæ nunc antę oppositiones medias reperiuntur, multo magis easdem esse præcessuras, quãuis quę nunc post oppositiones medias eueniunt, easdẽ tunc vel præuenirent, vel propius ad eas accederent? Quo concesso, quis non animaduertat, Pascha frequentissime celebrandum esse ante Plenilunium medium, quod Patrum Decretis repugnat? Quis item non videt, si Epactæ tardius monstrarent Nouilunia, hoc est, si inferior linea Epactarum tabulę expansæ vsurparetur, vel ipsæ Epactę per vnum diem deorsum retraherenrur, Lunas xiiij. quæ nunc post oppositiones medias contingunt, longius ab eisdem recessuras, licet quæ nunc oppositiones medias anticipant, easdem tunc vel subsequerentur, vel non ita longe eas pręcurrerent? Quod si fieret, quis non intelligat, Pascha non raro in Lunam xxij. & xxiij. id est, in quartam hebdomadam, contra Decreta Patrum, esse differendum? Ne igitur

Digitized by Google

igitur quædam Epactę magis, quam par eſt, ſuas xiiij. ante oppoſitiones medias exibeant, aliæ vero longius, quam decet, ſuas xiiij. poſt medias oppoſitiones monſtrent, rectiſſime eas in Calendario ita digeſſimus per dies, æquauimuſque, vt inter extrema medio ſemper itinere in anticipatione, & poſtpoſitione Lunarum xiiij. incedant. quod nemo iure reprehendere poteſt, cum nihil in hoc genere præſtantius poſſit excogitari.

QVOD ſi non velimus obſeruare Lunas xiiij. vnius eiuſdemque Epactæ, ſed variarũ Epactarum Lunas xiiij. examinare, deprehendemus rurſus in eodẽ ſeculo, hoc eſt, in annis inter duos proximos centenarios incluſis, has quidem Epactas monſtrare Lunas xiiij. ante plenilunia media, has vero illas reijcere poſt medias oppoſitiones, vt ex eadem præcedẽti tabella manifeſtũ eſt, vbi quarundam Epactarũ Lunas xiiij. vides antecedere medias oppoſitiones, aliarum autem ſubſequi; idemque in ſequenti tabella etiam perſpici poteſt. Non ergo rectius alia ratione deſcribi in Calendario potuerunt Epactæ, quàm à nobis factum eſt. Nam ſi poſteriores emendare volueris, maiorem in prioribus anticipationem ſenties: ſi vero priores ſtudueris deorſum deuoluere, poſteriores multo magis ſuas xiiij. poſtponant, neceſſe eſt. Optimo igitur conſilio in medio quodam ſtatu repoſitæ ſunt in nouo Calendario. Sed ecce paucos quoſdam annos huius ſeculi 1600. currentis, ex prędicta illa tabula cap. 22. depromptos, relictis innumeris alijs, ne nimis longum faciam, in quibus quædam Epactæ accelerant ſuas xiiij. quædam vero eaſdem retardant.

*In annis eiuſdẽ ſeculi Epactarum alias quidẽ monſtrare ſuas xiiij. ante medias oppoſitiones, alias verò poſt eaſdem.*

| Anni Dñi. | Aur. Num. | Epactæ. | Lunæ xiiij. | | Oppoſitiones mediæ. D. | H. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1603 | 8 | xviij | 26 M | Ante opp. med. | 26 | 18 | M |
| 1609 | 14 | xxiiij | 18 A | | 17 | 13 | A |
| 1610 | 15 | v | 8 A | | 8 | 22 | A |
| 1615 | 1 | j | 12 A | | 12 | 20 | A |
| 1617 | 3 | xxiij | 21 M | | 21 | 13 | M |
| 1619 | 5 | xv | 29 M | | 29 | 19 | M |
| 1635 | 2 | xij | 1 A | | 1 | 21 | A |
| 1647 | 14 | xxiiij | 18 A | | 18 | 22 | A |
| 1654 | 2 | xij | 1 A | | 1 | 13 | A |
| 1655 | 3 | xxiij | 21 M | | 21 | 22 | M |
| 1666 | 14 | xxiiij | 18 A | | 18 | 15 | A |
| 1674 | 3 | xxiij | 21 M | | 21 | 15 | M |
| 1675 | 4 | iiij | 9 A | | 9 | 12 | A |
| 1679 | 8 | xviij | 26 M | | 26 | 12 | M |
| 1691 | 1 | j | 12 A | | 12 | 14 | A |
| 1604 | 9 | xxix | 14 A | Poſt opp. med. | 13 | 16 | A |
| 1608 | 13 | xiij | 31 M | | 30 | 16 | M |
| 1612 | 17 | xxvij | 16 A | | 15 | 4 | A |
| 1613 | 18 | viij | 5 A | | 4 | 6 | A |
| 1629 | 15 | v | 8 A | | 7 | 15 | A |
| 1632 | 18 | viij | 5 A | | 4 | 6 | A |
| 1652 | 19 | xix | 25 M | | 24 | 7 | M |
| 1664 | 12 | ij | 11 A | | 10 | 8 | A |
| 1668 | 16 | xvj | 28 M | | 27 | 8 | M |
| 1669 | 17 | xxvij | 16 A | | 15 | 6 | A |
| 1684 | 13 | xiij | 31 M | | 30 | 10 | M |
| 1688 | 17 | xxvij | 16 A | | 14 | 13 | A |
| 1689 | 18 | viij | 5 A | | 4 | 7 | A |
| 1690 | 19 | xix | 25 M | | 24 | 16 | M |
| 1696 | 6 | xxvj | 17 A | | 16 | 11 | A |

LI NE

Digitized by Google

NE autem existimes, solum in Cyclo Epactarum contingere, vt in eodem seculo quædam Epactæ suas Lunas xiiij. ante oppositionem mediam exhibeant, quædam autem post, immo (quod mirabilius videri possit) vt eadem Epacta numero exhibeat in eodem seculo Lunam xiiij. nunc ante plenilunium medium, nunc vero post illud; ostendam, idem contigisse in Cyclo aurei numeri, quem à Concilio Nicæno acceptum Ecclesia vsque ad correctionem Gregorianam in festis mobilibus indagandis semper adhibuit. Prœteribo autem annos circa tempora Concilij Nicæni, quod tunc aurei numeri citius, quam par erat, Nouilunia monstrauerint, vt mirum non fuerit, Lunas xiiij. sæpissime ante media Plenilunia, rarissime vero post eadem euenisse. Prætermittam etiam annos, qui non ita longe restitutionem Calendarij anteceſſerunt, quod tunc ijdem aurei numeri serius, quam decebat, Nouilunia indicarint, ac proinde omnes Lunæ xiiij. medias oppositiones subsecutæ sint, non autem præceſſerint: Solum annos circa tempora Iustiniani Imperatoris, initio sumpto ab anno 532, quando iam aurei numeri in Calendario à Dionysio exiguo inscripti rectius ex vsu Ecclesiæ Nouilunia monstrabãt, hoc est, neq. nimis citò, neq. nimis sero. Continebo me autem intra spatiũ trecentorũ annorum, quod in tanto spatio Luna non eguerit æquatione, atque adeo anticipatio, & postpositio Lunarum xiiij. in hanc æquationem neglectam referri non possit. In hisce autem potissimũ annis infrascriptis vides, eundẽ interdum aureum numerũ exhibere Lunam xiiij. ante medium plenilunium, interdũ vero post. Item quosdam aureos numeros anticipare, quosdam vero postponere suas xiiij. Vbi sane vides, in quatuor hisce annis 535. 551, 555. 571. Lunas xiiij. plus æquo anticipari, adeo vt, si incurrissent in diem sabbathi, Pascha celebratum fuisset propemodum ante oppositionem mediam. quod profecto mirum videri debet, cum eo iam tempore aurei numeri satis sero Nouilunia indicarint: vt potius periculum esse potuerit, ne nimis Lunæ xiiij. postponerentur, vt factum esse conspicis in annis 664. 690. in quibus Pascha celebratum fuisset Luna xxij. secundum medium motum, in quarta hebdomada, si Luna xiiij. in diem Dominicum incidisset.

In veteri Calendario temporibus Iustiniani Imperatoris, eundem aureũ numerum monstrasse Lunam xiiij. modo citius, modo tardius. Item quosdam anticipasse suas xiiij. quosdam verò postposuisse.

IN annis porro 604. 661. oppositio media non contigit post æquinoctium diei 21. Martij affixum, ideoque ad vltimum potius mensem, quam ad primum pertinere censenda est, si Concilium Nicænum in suo robore permanere debet. Sed nihilo magis media oppositio eorundem annorum in Aprili Paschalis fuit, cum ea acciderit die 19. hora fere 7. post meridiem, nimirum post vltimum terminum Pleniluniorũ Paschalium. Itaque ijs

In veteri Calẽdario in annis quibusdam nullũ reperiri plenilunium medium Paschale.

| Anni Domini. | Aur. Num. | Lunæ xiiij. | | Plenilunia media D. | H. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 539 | 8 | 18.A | Ante opp.med. | 18 | 17 | A |
| 672 | 8 | 18.A | Post opp.med. | 17 | 12 | A |
| 599 | 11 | 15.A | Ante opp.med. | 15 | 9 | A |
| 656 | 11 | 15.A | Post opp.med. | 14 | 10 | A |
| 543 | 12 | 4.A | Ante opp.med. | 4 | 17 | A |
| 600 | 12 | 4.A | Post opp.med. | 3 | 12 | A |
| 547 | 16 | 21.M | Ante opp.med. | 21 | 17 | M |
| 680 | 16 | 21.M | Post opp.med. | 20 | 12 | M |
| 567 | 17 | 9.A | Ante opp.med. | 9 | 8 | A |
| 624 | 17 | 9.A | Post opp.med. | 8 | 8 | A |
| 568 | 18 | 29.M | Ante opp.med. | 29 | 15 | M |
| 701 | 18 | 29.M | Post opp.med. | 28 | 11 | M |

annis

| Anni Domini. | Aur. Num. | Lunę xiiij. | | Plenilunia media. D. | H. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 533 | 2 | 25.M | | 25 | 21 | M |
| 535 | 4 | 2.A | | 3 | 4 | A |
| 551 | 1 | 5.A | | 6 | 5 | A |
| 555 | 5 | 22.M | Ante oppositionem mediam | 23 | 5 | M |
| 570 | 1 | 5.A | | 5 | 22 | A |
| 571 | 2 | 25.M | | 26 | 7 | M |
| 574 | 5 | 22.M | | 22 | 22 | M |
| 590 | 2 | 25.M | | 25 | 23 | M |
| 588 | 19 | 17.A | | 16 | 5 | A |
| 607 | 19 | 17.A | | 16 | 8 | A |
| 640 | 14 | 12.A | | 11 | 8 | A |
| 645 | 19 | 17.A | | 16 | 7 | A |
| 664 | 19 | 17.A | Post oppositionem mediam | 16 | 0 | A |
| 681 | 17 | 9.A | | 8 | 10 | A |
| 690 | 7 | 30.M | | 28 | 20 | M |
| 700 | 17 | 9.A | | 8 | 2 | A |
| 604 | 16 | 21.M | | 20 | 18 | M |
| 661 | 16 | 21.M | | 20 | 19 | M |

annis, si medius motus obseruari potius debuisset, quã Cyclus, nullũ Pascha legitime potuisset celebrari: Id quod supra Num. 6. de quibusdam etiam annis post correctionem asseruimus. Vides ergo, eadem omnino contigisse in veteri Calendario, & quidem ijs temporibus, quibus ex vsu Ecclesiæ maxime omnibus probatum fuit, quæ in nouo aduersarij sine causa tam acriter reprehendere non verentur.

9 TERTIO velim, vt ij, qui tam infesto animo Epactarum dispositionem, ęquationemque in nouo Calendario exagitant, diligenter considerent, nullum Calendarium Politicum, in quo Cyclus Lunaris siue per aureos numeros, siue per Epactas describitur, posse quatuor errores ita vitare, atque effugere, vt in illos interdum non incurrat. Primum enim, quęcunque anni Solaris æquatio instituatur, æquinoctium in die 21. Martij non ita retineri potest, quin ab eo libere in vtramque partem euagetur, quanquam ad eum interim sponte sua redeat. Hoc autem necessario euenit, propter ęquinoctij veri inæqualem, irregularemque motum, vt fuse cap. 6. & 7. explicatum est. Quin immo, etiamsi motus æquinoctij foret æqualis semper, atque vniformis, non tamen eidem semper diei adhærere posset, propter annos communes, ac bissextiles, vt cap. 5. Num. 11. & alibi declarauimus. Deinde caueri non potest, quin aliquando Cyclus (quicunque tandem ille sit) offerat Pascha Luna xiiij. ante plenilunium medium celebrandum; propterea quod, vt Num. 8. & 9. diximus, idem Cycli numerus in eodem seculo modo Lunam xiiij. anticipat, modo postponit: Item quorundam numerorum Lunæ xiiij. oppositiones medias anteuertunt, quorundam vero numerorum Lunę xiiij. easdem medias oppositiones subsequuntur. Tertio, ne Cyclus sæpius, quam volumus, præbeat nobis Pascha ante medium Plenilunium, necesse est, eum in Calendario Nouilunia indicare serius, quam in cælo contingunt. Id quod nostræ Epactæ in nouo Calendario sedulo custodiunt, cum ita in eo digestæ sint, vt plerunque earum Nouilunia vno die integro, & aliquando plus, post cæleſtia Nouilunia eueniant: quanquam interdum, licet raro, illa ab his non discrepent, ac proinde Lunæ xiiij. tunc plus æquo oppositiones medias anteuertant. quod vitium in omni Cyclo reperitur; qua de re plura scripsimus cap. 18. Num. 5. & 6. Quarto ac vltimo, velimus

Quatuor errores in nullo Calendario vitari posse, & qui sint



Digitized by Google

nolimus, cogimur interdum, ob naturam Cycli, quicunque ille sit, & quacunque ratione in Calendario dispositus, Pascha ex primo mense modo in secundum, modo in vltimum, siue duodecimum reijcere, quando nimirum Luna xiiij. Paschalis diem 21. Martij antecedit, subsequitur autem diem, quo æquinoctium contingit, vel in eundem incidit, si forte æquinoctium verum ante diem 21. Martij accidat: vel quando æquinoctium diem 21. Martij insequitur, Luna vero xiiij. Paschalis idem æquinoctium anteuertit, dummodo ante diē 21. nō reperiatur. Sed hac de re plura Nu. 5. & alijs in locis scripsimus. Hi ergo sunt quatuor errores, (si erratum dicendum est, quod non temere, sed necessario admitti interdū debet) qui in nullo Calendario, quod per Cyclos, ac regulas captu faciles, atque vniformes, vt par est, instituitur, euitari possunt. Hoc solum cauendum diligenter est, vt quam rarissime in eos Cyclus in Calēdario descriptus nos conijciat, quod soli huic nostro Epactarum Cyclo conuenire, facile ac perspicue ex ijs, quæ hactenus ostensa sunt, colligi potest.

# CAPVT XX.

## *Inuentio Cycli Solaris quouis anno proposito.*

EXPOSVIMVS hactenus ea, quę maiorem difficultatem in hoc negotio correctionis continent, omnia videlicet, quæ ad annum Solarem, atque Lunarem pertinent, ad eum finem, vt æquinoctium, quoad eius fieri potest, sua in sede retineatur, & Luna xiiij. Paschalis recte in Calendario exhibeatur: nunc reliqua leuioris momenti, quæ tamen ad Calendarij cognitionem omnino necessaria sunt, percurramus. Primo autem loco sese offert Cyclus Solaris, qui nihil aliud est, quam reuolutio 28. annorum, propterea quod literæ Dominicales, propter quas solas Cyclus hic excogitatus est, post 28. annos eodem prorsus ordine redeunt, vt cap. sequenti docebimus; ex quo factum est, vt idem Cyclus Solaris, dictus etiam sit Cyclus literarum Dominicalium. Et quanquam Cyclus Solaris non sit nobis simpliciter, & absolute necessarius, cum sine eo longe expeditius literam Dominicalem cuiuscunque anni reperire possimus, vt ex cap. sequenti constabit, tamen quia eum ante correctionem Gregorianam Ecclesia semper adhibuit ad literam Dominicalem inquirendam, non abs re erit docere, quo artificio idem Cyclus quolibet anno proposito inuestigandus sit, & qua ratione ex eodem litera Dominicalis tum ante correctionem, tum post, sit eruenda.

Cyclus Solaris quid.

Cyclus literarum Dominicalium idem, qui Solaris.

2 OMISSIS autem regulis traditis Canone 3. Calendarij Gregoriani perpetui, quod sub initium huius operis præmisimus, extruemus hic tabulam expeditissimam, ex qua Cyclus Solaris cuiuslibet anni propositi eruatur, initio sumpto ab anno Domini 1. quo Cyclus Solaris fuit 10. hoc videlicet modo. Disponantur ordine omnes 28. numeri Cycli Solaris in tabella, initio facto à numero cycli Solaris 10. Deinde in alia tabula describantur anni Domini incipientes ab 1. per continuam additionem 28. progredientes, quantum libuerit. His namque annis respondet Cyclus Solaris 10. primæ cellulæ. Inuenturus igitur Cyclum Solarem cuiuslibet anni, quære inter annos Domini annum propositum, qui si inueniatur, dices eo anno Cyclum Solarem esse 10. Si autem non inueniatur, cape annum proxime minorem, eumque primæ cellulę Cycli Solaris tribue, sequentem annum secundę cellulæ, & insequentem tertiæ, & sic deinceps, donec ad annum propositum peruenias. Nam Cyclus Solaris cellulæ, in quam propositus annus incidit, erit is, qui quæritur, eiusque vsus à Ianuario incipiet, quemadmodum & aurei numeri, & Epactæ, vt supra diximus.

Regula ad inuenidum Cyclum Solarem cuiuslibet anni

Vsus Cycli Solaris a Ianuario incipit.

V. G. Anno 6021. quoniam in tabula is descriptus est, Cyclus Solaris erit 10. At anno 6036. Cyclus Solaris erit 25. Nam in cellulam numeri 25. incidit annus 6036. si annus 6021. primæ cellulæ tribuatur, & annus 6022. cellulæ secundæ, &c. Item anno Domini 5. Cyclus Solaris fuit 14. & anno 85. fuit 10. Denique anno 7777. Cyclus Solaris erit 2. Et ita de cæteris.

HAEC tabula commodius fortassis per annos centesimos instituetur, vt in altera tabula, quæ hanc sequitur, apparet.

*Tabella*

Digitized by Google

## Tabella Cycli Solaris.

| 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |

*Anni Domini quibus prime cellule Cyclus Solaris 10. congruit.*

Anni Domini per 28. collecti.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 29 | 57 | 85 | 113 | 141 | 169 | 197 | 225 | 253 |
| 281 | 309 | 337 | 365 | 393 | 421 | 449 | 477 | 505 | 533 |
| 561 | 589 | 617 | 645 | 673 | 701 | 729 | 757 | 785 | 813 |
| 841 | 869 | 897 | 925 | 953 | 981 | 1009 | 1037 | 1065 | 1093 |
| 1121 | 1149 | 1177 | 1205 | 1233 | 1261 | 1289 | 1317 | 1345 | 1373 |
| 1401 | 1429 | 1457 | 1485 | 1513 | 1541 | 1569 | 1597 | 1625 | 1653 |
| 1681 | 1709 | 1737 | 1765 | 1793 | 1821 | 1849 | 1877 | 1905 | 1933 |
| 1961 | 1989 | 2017 | 2045 | 2073 | 2101 | 2129 | 2157 | 2185 | 2213 |
| 2241 | 2269 | 2297 | 2325 | 2353 | 2381 | 2409 | 2437 | 2465 | 2493 |
| 2521 | 2549 | 2577 | 2605 | 2633 | 2661 | 2689 | 2717 | 2745 | 2773 |
| 2801 | 2829 | 2857 | 2885 | 2913 | 2941 | 2969 | 2997 | 3025 | 3053 |
| 3081 | 3109 | 3137 | 3165 | 3193 | 3221 | 3249 | 3277 | 3305 | 3333 |
| 3361 | 3389 | 3417 | 3445 | 3473 | 3501 | 3529 | 3557 | 3585 | 3613 |
| 3641 | 3669 | 3697 | 3725 | 3753 | 3781 | 3809 | 3837 | 3865 | 3893 |
| 3921 | 3949 | 3977 | 4005 | 4033 | 4061 | 4089 | 4117 | 4145 | 4173 |
| 4201 | 4229 | 4257 | 4285 | 4313 | 4341 | 4369 | 4397 | 4425 | 4453 |
| 4481 | 4509 | 4537 | 4565 | 4593 | 4621 | 4649 | 4677 | 4705 | 4733 |
| 4761 | 4789 | 4817 | 4845 | 4873 | 4901 | 4929 | 4957 | 4985 | 5013 |
| 5041 | 5069 | 5097 | 5125 | 5153 | 5181 | 5209 | 5237 | 5265 | 5293 |
| 5321 | 5349 | 5377 | 5405 | 5433 | 5461 | 5489 | 5517 | 5545 | 5573 |
| 5601 | 5629 | 5657 | 5685 | 5713 | 5741 | 5769 | 5797 | 5825 | 5853 |
| 5881 | 5909 | 5937 | 5965 | 5993 | 6021 | 6049 | 6077 | 6105 | 6133 |
| 6161 | 6189 | 6217 | 6245 | 6273 | 6301 | 6329 | 6357 | 6385 | 6413 |
| 6441 | 6469 | 6497 | 6525 | 6553 | 6581 | 6609 | 6637 | 6665 | 6693 |
| 6721 | 6749 | 6777 | 6805 | 6833 | 6861 | 6889 | 6917 | 6945 | 6973 |
| 7001 | 7029 | 7057 | 7085 | 7113 | 7141 | 7169 | 7197 | 7225 | 7253 |
| 7281 | 7309 | 7337 | 7365 | 7393 | 7421 | 7449 | 7477 | 7505 | 7533 |
| 7561 | 7589 | 7617 | 7645 | 7673 | 7701 | 7729 | 7757 | 7785 | 7813 |
| 7841 | 7869 | 7897 | 7925 | 7953 | 7981 | 8009 | 8037 | 8065 | 8093 |
| 8121 | 8149 | 8177 | 8205 | 8233 | 8261 | 8289 | 8317 | 8345 | 8373 |
| 8401 | 8429 | 8457 | 8485 | 8513 | 8541 | 8569 | 8597 | 8625 | 8653 |
| 8681 | 8709 | 8737 | 8765 | 8793 | 8821 | 8849 | 8877 | 8905 | 8933 |
| 8961 | 8989 | 9017 | 9045 | 9073 | 9101 | 9129 | 9157 | 9185 | 9213 |
| 9241 | 9269 | 9297 | 9325 | 9353 | 9381 | 9409 | 9437 | 9465 | 9493 |
| 9521 | 9549 | 9577 | 9605 | 9633 | 9661 | 9689 | 9717 | 9745 | 9773 |
| 9801 | 9829 | 9857 | 9885 | 9913 | 9941 | 9969 | 9997 | 10025 | 10053 |
| 10081 | 10109 | 10137 | 10165 | 10193 | 10221 | 10249 | 10277 | 10305 | 10333 |
| 10361 | 10389 | 10417 | 10445 | 10473 | 10501 | 10529 | 10557 | 10585 | 10613 |
| 10641 | 10669 | 10697 | 10725 | 10753 | 10781 | 10809 | 10837 | 10865 | 10893 |
| 10921 | 10949 | 10977 | 11005 | 11033 | 11061 | 11089 | 11117 | 11145 | Et sic in infinitum |



Digitized by Google

Anni Domini per 100. collecti, quibus numeri Cycli Solaris, in uertice tabulæ descripti congruunt.

| Cycl. Solaris. | A ix | B xxv | C xiij | D j | E xvij | F v | G xxj |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 0 | 100 | 200 | 300 | 400 | 500 | 600 |
| | 700 | 800 | 900 | 1000 | 1100 | 1200 | 1300 |
| | 1400 | 1500 | 1600 | 1700 | 1800 | 1900 | 2000 |
| | 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500 | 2600 | 2700 |
| | 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200 | 3300 | 3400 |
| | 3500 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 | 4100 |
| | 4200 | 4300 | 4400 | 4500 | 4600 | 4700 | 4800 |
| | 4900 | 5000 | 5100 | 5200 | 5300 | 5400 | 5500 |
| | 5600 | 5700 | 5800 | 5900 | 6000 | 6100 | 6200 |
| | 6300 | 6400 | 6500 | 6600 | 6700 | 6800 | 6900 |
| | 7000 | 7100 | 7200 | 7300 | 7400 | 7500 | 7600 |
| | 7700 | 7800 | 7900 | 8000 | 8100 | 8200 | 8300 |
| | 8400 | 8500 | 8600 | 8700 | 8800 | 8900 | 9000 |
| | 9100 | 9200 | 9300 | 9400 | 9500 | 9600 | 9700 |
| | 9800 | 9900 | 10000 | 10100 | 10200 | 10300 | 10400 |
| | 10500 | 10600 | 10700 | 10800 | 10900 | 11000 | 11100 |
| | 11200 | 11300 | 11400 | 11500 | 11600 | 11700 | 11800 |
| | 11900 | 12000 | 12100 | 12200 | 12300 | 12400 | 12500 |
| | 12600 | 12700 | 12800 | 12900 | 13000 | 13100 | 13200 |
| | 13300 | 13400 | 13500 | 13600 | 13700 | 13800 | 13900 |
| | 14000 | 14100 | 14200 | 14300 | 14400 | 14500 | 14600 |
| | 14700 | 14800 | 14900 | 15000 | 15100 | 15200 | 15300 |
| | 15400 | 15500 | 15600 | 15700 | 15800 | 15910 | 16000 |
| | 16100 | 16200 | 16300 | 16400 | 16500 | 16600 | 16700 |
| | 16800 | 16900 | 17000 | 17100 | 17200 | 17300 | 17400 |
| | 17500 | 17600 | 17700 | 17800 | 17900 | 18000 | 18100 |
| | 18200 | 18300 | 18400 | 18500 | 18600 | 18700 | 18800 |
| | 18900 | 19000 | 19100 | 19200 | 19300 | 19400 | 19500 |
| | 19600 | 19700 | 19800 | 19900 | 20000 | 20100 | 20200 |
| | 20300 | 20400 | 20500 | 20600 | 20700 | 20800 | 20900 |
| | 21000 | 21100 | 21200 | 21300 | 21400 | 21500 | 21600 |
| | 21700 | 21800 | 21900 | 22000 | 22100 | 22200 | 22300 |
| | 22400 | 22500 | 22600 | 22700 | 22800 | 22900 | 23000 |
| | 23100 | 23200 | 23300 | 23400 | 23500 | 23600 | 23700 |
| | 23800 | 23900 | 24000 | 24100 | 24200 | 24300 | 24400 |
| | 24500 | 24600 | 24700 | 24800 | 24900 | 25000 | 25100 |
| | 25200 | 25300 | 25400 | 25500 | 25600 | 25700 | 25800 |
| | 25900 | 26000 | 26100 | 26200 | 26300 | 26400 | 26500 |
| | 26600 | 26700 | 26800 | 26900 | 27000 | 27100 | 27200 |
| | 27300 | 27400 | 27500 | 27600 | 27700 | 27800 | 27900 |
| | 28000 | 28100 | 28200 | 28300 | 28400 | 28500 | 28600 |
| | 28700 | 28800 | 28900 | 29000 | 29100 | 29200 | 29300 |
| | 29400 | 29500 | 29600 | 29700 | 29800 | 29900 | 30000 |
| | 30100 | 30200 | 30300 | 30400 | 30500 | 30600 | 30700 |
| | 30800 | 30900 | 31000 | 31100 | 31200 | 31300 | 31400 |
| | 31500 | 31600 | 31700 | 31800 | 31900 | 32000 | 32100 |
| | 32200 | 32300 | 32400 | 32500 | 32600 | 32700 | 32800 |
| | 32900 | 33000 | 33100 | 33200 | 33300 | 33400 | 33500 |

CON-

Digitized by Google

CONSTRVCTIO autem huius tabulæ, quæ in infinitum extendi potest, ita se habet. Anni centesimi ordine progrediuntur à sinistra dextram versus, facto initio ab anno 0. donec septem cellulę sint repletę, vt in tabula apparet. Supra annum vero 0. qui primus est inter centesimos, descriptus est Cyclus Solaris ix. à quo reliqui sex formantur per additionem continuam numeri 16. abiectis semper 28. quando summa conflata maior est, quam 28.

VSVS porro huiusce tabulæ perfacilis est, si hæc altera tabella trium numerorum per 28. collectorum, quos annus 0. præcedit, notetur, vna cum serie omnium 28. numerorum Cycli Solaris hic descripta.

| Anni per 28. collecti | 0 | 28 | 56 | 84 |
|---|---|---|---|---|

Series numerorum Cycli Solaris.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

| 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

NAM inuenturus Cyclum Solarem quouis anno, qui maior non sit vltimo centesimo præcedentis tabulæ, si is annus fuerit ex centesimis alquis, quęre eum inter annos Domini, statimque supra eum reperies Cyclum Solarem, quem quæris. Si vero annus propositus non fuerit centesimus aliquis, sume in proxima tabella annorum per 28. collectorum, numerum proxime minorem proposito anno post datum centesimum, eumque tribue illi numero Cycli Solaris proximæ seriei, qui supra illum centesimum, post quem datus est annus, scriptus reperitur: sequenti autem numero Cycli eiusdem seriei, tribue sequentem annum, & sic deinceps, redeundo ad principium seriei, si opus est, donec ad annum propositum peruenias. Terminabitur enim numeratio in Cyclo Solari quæsito. Quod si datus annus post aliquem centesimum reperiatur in tabella annorum per 28. collectorum, erit eo anno Cyclus Solaris is, qui illi anno centesimo respondet, qui proxime datum annum non centesimum præcedit.

V.G. Anno 1600. Cyclus Solaris est 13. At anno 1683. Cyclus Solaris est 12. quia tribuendo in proxima serie Cyclo Solari 13. supra annum 1600. repertum, annum 56. proximæ tabellæ annorum per 28. collectorum, & annum 57. sequenti Cyclo Solari 14. &c. annus 83. cadit in Cyclum Solarem 12. Item anno 48. Cyclus Solaris fuit 1. Nam si in proxima serie, Cyclo Solari 9. supra annum centesimum 0. inuento, tribuatur annus 28. proximæ tabellæ annorum per 28. collectorum, qui proxime minor est anno 48. dato, & annum 29. sequenti Cyclo Solari 10. &c. terminabitur annus 48. in Cyclo Solari 1. Item anno 1810. Cyclus Solaris erit 27. quia si in proxima serie, Cyclo Solari 17. supra annum centesimum 1800. scripto tribuas annum 0. proximæ tabellæ annorum per 28. collectorum, qui proxime minor est, quam 10. & annum 1. sequenti Cyclo Solari 18. &c. incidet annus 10. in Cyclum Solarem 27. Postremo anno 1656. Cyclus Solaris erit 13. qui nimirum anno 1600. debetur: quia annus 56. in tabella annorum per 28. collectorum positus est. Et sic de cæteris.

3 VERVM eandem hanc tabulam ad longe faciliorem vsum redigemus hoc modo. Supra Cyclos Solares prædictæ tabulæ scribantur ordine septem literæ alphabeti maiusculæ, eædemque eodem ordine in hac altera tabula repetantur, & infra quamlibet omnes viginti octo Cycli Solares reponantur, initio facto in qualibet linea descendente ab eo Cyclo Solari, qui vnitate superat Cyclum Solarem infra quamuis literam superioris tabulę ascriptum. Postremo iuxta eosdem Cyclos Solares ad sinistram disponantur centum anni expansi, vt in sequenti tabula vides. Dispositis hoc modo numeris Cycli Solaris, & annis expansis, expeditissime Cyclus Solaris cuiusque anni propositi reperietur. Nam si annus datus est centesimorum aliquis, reperietur mox eius Cyclus Solaris supra ipsum in superiori tabula, vt in eius vsu diximus. Si vero propositus est annus nō centesimus, inuenietur eius Cyclus Solaris in hac tabula è regione dati anni expansi in illa linea descendente

nume-

Digitized by Google

Tabellæ temporariæ Cycli Solaris.

numerorũ Cycli Solaris, cui eadem litera ſuperpoſita eſt, quæ centeſimo anno proxime elapſo in ſuperiori tabula reſpondet. Quo fit, vt ſeptem lineæ deſcendentes Cycli Solaris eſſe poſſint inſtar ſeptem tabellarum temporariarum ad Cyclum Solarem cuiuſque anni inueſtigandum. Vt v. g. linea, cui ſupraſcripta eſt litera C, erit temporaria ab anno 1600. cui

| Centum anni expanſi. | | | | A | B | C | D | E | F | G |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 29 | 57 | 85 | 10 | 26 | 14 | 2 | 18 | 6 | 22 |
| 2 | 30 | 58 | 86 | 11 | 27 | 15 | 3 | 19 | 7 | 23 |
| 3 | 31 | 59 | 87 | 12 | 28 | 16 | 4 | 20 | 8 | 24 |
| 4 | 32 | 60 | 88 | 13 | 1 | 17 | 5 | 21 | 9 | 25 |
| 5 | 33 | 61 | 89 | 14 | 2 | 18 | 6 | 22 | 10 | 26 |
| 6 | 34 | 62 | 90 | 15 | 3 | 19 | 7 | 23 | 11 | 27 |
| 7 | 35 | 63 | 91 | 16 | 4 | 20 | 8 | 24 | 12 | 28 |
| 8 | 36 | 64 | 92 | 17 | 5 | 21 | 9 | 25 | 13 | 1 |
| 9 | 37 | 65 | 93 | 18 | 6 | 22 | 10 | 26 | 14 | 2 |
| 10 | 38 | 66 | 94 | 19 | 7 | 23 | 11 | 27 | 15 | 3 |
| 11 | 39 | 67 | 95 | 20 | 8 | 24 | 12 | 28 | 16 | 4 |
| 12 | 40 | 68 | 96 | 21 | 9 | 25 | 13 | 1 | 17 | 5 |
| 13 | 41 | 69 | 97 | 22 | 10 | 26 | 14 | 2 | 18 | 6 |
| 14 | 42 | 70 | 98 | 23 | 11 | 27 | 15 | 3 | 19 | 7 |
| 15 | 43 | 71 | 99 | 24 | 12 | 28 | 16 | 4 | 20 | 8 |
| 16 | 44 | 72 | 100 | 25 | 13 | 1 | 17 | 5 | 21 | 9 |
| 17 | 45 | 73 | | 26 | 14 | 2 | 18 | 6 | 22 | 10 |
| 18 | 46 | 74 | | 27 | 15 | 3 | 19 | 7 | 23 | 11 |
| 19 | 47 | 75 | | 28 | 16 | 4 | 20 | 8 | 24 | 12 |
| 20 | 48 | 76 | | 1 | 17 | 5 | 21 | 9 | 25 | 13 |
| 21 | 49 | 77 | | 2 | 18 | 6 | 22 | 10 | 26 | 14 |
| 22 | 50 | 78 | | 3 | 19 | 7 | 23 | 11 | 27 | 15 |
| 23 | 51 | 79 | | 4 | 20 | 8 | 24 | 12 | 28 | 16 |
| 24 | 52 | 80 | | 5 | 21 | 9 | 25 | 13 | 1 | 17 |
| 25 | 53 | 81 | | 6 | 22 | 10 | 26 | 14 | 2 | 18 |
| 26 | 54 | 82 | | 7 | 23 | 11 | 27 | 15 | 3 | 19 |
| 27 | 55 | 83 | | 8 | 24 | 12 | 28 | 16 | 4 | 20 |
| 28 | 56 | 84 | | 9 | 25 | 13 | 1 | 17 | 5 | 21 |

in ſuperiori tabula eadem litera C, congruit, vſque ad annum 1700. ſi tamen anni expanſi ad ſiniſtram proximæ tabulæ deſcripti in vſum ſimul adhibeantur, &c. vt in cap. 12. Num. 4. de tabellis temporarijs aurei numeri dictum eſt. Sit ergo inueniendus Cyclus Solaris anni 1600. qui quoniã centeſimus eſt, reſpondebit ei in ſuperiori tabula Cyclus Solaris 13. Si vero Cyclus Solaris quæratur anno 1687. quoniã in ſuperiori tabula anno centeſimo 1600. proxime elapſo congruit litera C, inueniemus in linea literæ C, proximæ tabulę, è regione anni expanſi 87. Cyclum Solarem 16. atque ita de cæteris.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT XXI.

## *Inuentio Literæ Dominicalis.*

1 SVPERIORE capite diximus, Cyclum Solarem 28. annorum esse quoque Cyclum literarum Dominicalium, propterea quod eæ post 28. annos eodem prorsus ordine recurrunt. Quoniam enim septem sunt literæ Dominicales, propter septē Hebdomadæ dies, continenturq. in anno dierum 365. hebdomadæ 52. & insuper vnus dies: fit vt descriptis in Calendario septē literis, incipiendo ab A, primo die Ianuarij, ijsdemq. quinquagies, ac bis repetitis, eadem litera A, repetatur vltimo die Decembris. Quocirca si v. g. in anno aliquo prima dies est Dominica, vltima etiam dies Dominica erit, ideoq. prima dies in anno sequenti dies Lunæ erit: adeo vt litera A, quæ in primo anno fuit Dominicalis, indicet in secundo anno diem Lunæ, ac proinde tunc litera Dominicalis mutanda sit. Eadem de causa mutanda erit in sequentibus annis. Mutatio ergo literarum Dominicalium singulis annis fit, vt vides, propter literam A, quę primo diei anni ascribitur, vltimo anno die repetitam. Quod si non supereſſet dies vltra 52. hebdomadas, non repeteretur litera A, esſetque rursus prima dies anni Dominica. Et si quarto quoque anno non intercalaretur dies, redirent septem literæ Dominicales eodem ordine post 7. annos, esſetque quælibet litera in spatio 7. annorum semel Dominicalis. Verum quia quarto quoque anno adijcitur vnus dies, fitque annus bissextilis, in quo duæ literæ Dominicales assumuntur, sequitur, vt antequam 28. effluxerint anni, literæ eadem proportione redire nequeant. In hoc namque annorum spatio vnaquęque literarum cum proxime antecedente vsurpatur in anno bissextili: quod septem modis fieri potest, nimirum G, cum F: F, cum E: E, cum D: D, cum C: C, cum B: B, cum A; & A, cum G. Item quęlibet esse poterit Dominicalis primo anno post bissextum, deinde secundo, ac denique tertio, vt infra in quolibet septem Cyclorum literarum 28. Dominicalium patebit. Atque hic 28. annorum numerus procreatur ex multiplicatione 7. in 4. quandoquidem literæ sunt septem, & quarto quoque anno duæ in vsu sunt. Cum enim hi numeri 7. & 4. sint inter se primi, indicabit numerus 28. ex illis genitus, quot modis inter se possint septem literæ variari.

2 LITERA porro Dominicalis cuiusuis anni, omissis regulis traditis Canone 4. Calendarij Gregoriani perpetui, reperietur nullo fere negotio ex sequenti tabula, quæ sic constituitur. In septem cellulis scribantur anni omnes cēteſimi, initio sumpto ab anno 1600. ita tamen, vt centeſimi anni bissextiles reponantur in eisdem cellulis cum centeſimis non bissextilibus proxime antecedentibus: quia in centeſimis bissextilibus nulla fit Cycli literarum Dominicalium interruptio, sed in solis non bissextilibus, propter quam etiam causam in eadem cellula cum anno 1600. bissextili ascriptus est annus 1582. post detractionem 10. dierum anno correctionis factam. His septem cellulis in vertice ascribantur septem literę indices maiusculæ. Deinde rursus extruantur septem lineæ descendentes 28. literarum Dominicalium, quę naturali serie progrediantur ab infimis cellulis ad supremas ascendendo, ita tamen vt prima incipiat à litera d, secunda ab e, tertia ab f, quarta à g, quinta ab A, sexta à b, & septima à c, obseruando diligenter, vt quarto quoq. loco binæ literæ simul ponantur in eadem cellula, propter annos bissextiles. Atque his septem ordinibus literarum Dominicalium superponantur eædem septem literæ indices maiusculæ, quas supra annos centeſimos collocauimus. Postremo ad dextram dictorum ordinum omnes 28. Cycli Solares describantur, vt in tabula factum esse vides. Non sunt autem inter centeſimos annos appositi illi centeſimi, qui annum correctionis 1582. antecedunt, quia ante correctionem litera Dominicalis cuiuslibet anni inuenitur per solum Cyclum Solarem, sine ope centeſimorum annorum, vt dicemus.

Constructio tabulæ ad inueniendam literā Dominicalem.



Digitized by Google

| A | B | C | D | E | F | G |
|---|---|---|---|---|---|---|

## Anni Centesimi.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1582<br>1600 | 1700 | 1800 | 1900<br>2000 | 2100 | 2200 | 2300<br>2400 |
| 2500 | 2600 | 2700<br>2800 | 2900 | 3000 | 3100<br>3200 | 3300 |
| 3400 | 3500<br>3600 | 3700 | 3800 | 3900<br>4000 | 4100 | 4200 |
| 4300<br>4400 | 4500 | 4600 | 4700<br>4800 | 4900 | 5000 | 5100<br>5200 |
| 5300 | 5400 | 5500<br>5600 | 5700 | 5800 | 5900<br>6000 | 6100 |
| 6200 | 6300<br>6400 | 6500 | 6600 | 6700<br>6800 | 6900 | 7000 |
| 7100<br>7200 | 7300 | 7400 | 7500<br>7600 | 7700 | 7800 | 7900<br>8000 |
| 8100 | 8200 | 8300<br>8400 | 8500 | 8600 | 8700<br>8800 | 8900 |
| 9000 | 9100<br>9200 | 9300 | 9400 | 9500<br>9600 | 9700 | 9800 |
| 9900<br>10000 | 10100 | 10200 | 10300<br>10400 | 10500 | 10600 | 10700<br>10800 |
| 10900 | 11000 | 11100<br>11200 | 11300 | 11400 | 11500<br>11600 | 11700 |
| 11800 | 11900<br>12000 | 12100 | 12200 | 12300<br>12400 | 12500 | 12600 |
| 12700<br>12800 | 12900 | 13000 | 13100<br>13200 | 13300 | 13400 | 13500<br>13600 |
| 13700 | 13800 | 13900<br>14000 | 14100 | 14200 | 14300<br>14400 | 14500 |
| 14600 | 14700<br>14800 | 14900 | 15000 | 15100<br>15200 | 15300 | 15400 |
| 15500<br>15600 | 15700 | 15800 | 15900<br>16000 | 16100 | 16200 | Et sic in infinitũ. |



Digitized by Google

| A | B | C | D | E | F | G | Cyclus Solaris |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| LITERAE Dominicales. | | | | | | | |
| b c A g f | c d b A g | d e c b A | e f d c b | f g e d c | g A f e d | A b g f e | 1 2 3 4 |
| d e c b A | e f d c b | f g e d c | g A f e d | A b g f e | b c A g f | c d b A g | 5 6 7 8 |
| f g e d c | g A f e d | A b g f e | b c A g f | c d b A g | d e c b A | e f d c b | 9 10 11 12 |
| A b g f e | b c A g f | c d b A g | d e c b A | e f d c b | f g e d c | g A f e d | 13 14 15 16 |
| c d b A g | d e c b A | e f d c b | f g e d c | g A f e d | A b g f e | b c A g f | 17 18 19 20 |
| e f d c b | f g e d c | g A f e d | A b g f e | b c A g f | c d b A g | d e c b A | 21 22 23 24 |
| g A f e d | A b g f e | b c A g f | c d b A g | d e c b A | e f d c b | f g e d c | 25 26 27 28 |

QVAN-

Digitized by Google

QVANDO ergo literam Dominicalem cuiuſuis anni poſt Calendarij correctionem propoſiti indagare volueris, quære primum per caput præcedens Cyclum Solarem illius anni. Nam confeſtim in proxima tabula literarum Dominicalium è regione illius Cycli Solaris ſub ea litera maiuſcula in vertice tabulæ poſita, quæ illi centeſimo reſpondet, in quo annus propoſitus continetur, reperies literam Dominicalem, quam inquiris. Hæc ſi duplex occurrat, erit annus ille biſſextilis; communis vero, ſi ſimplex. Et quia in annis centeſimis non biſſextilibus duplex quoque occurrit, ſumenda eſt vna duntaxat, ea videlicet, quæ ad ſiniſtram ſita eſt, priorque eſt in ſerie ſeptem literarum A,B,C,D,E,F,G, ita vt G, cenſeatur in hoc negotio præcedere literam A; quia abſoluto circulo harum ſeptem literarum, poſt G, reditur ad A; quemadmodum literam A, ſequitur litera B, &c. Exempli cauſa. Anno 1674. Cyclus Solaris eſt 3, è regione cuius in tabula proxima ſub litera A, in vertice poſita, quæ nimirum ſupra annum 1600. ſcripta eſt, reperitur litera Dominicalis G, ſimplex, ac proinde annus hic eſt communis. Anno vero 1892. Cyclus Solaris eſt 25. qui literas b, c, offert Dominicales, ideoque annus ille biſſextilis eſt. At anno 1700. Cyclus Solaris eſt 1. qui indicat literas c, d. Et quia annus hic centeſimus ſine biſſexto tranſigitur, erit ſola litera C, Dominicalis. Sic anno 2000. Cyclus Solaris erit 21. & literæ Dominicales d, e, cum is annus biſſextilis ſit. Eademque ratio in reliquis annis poſt correctionem ſeruanda eſt.

IN annis ante Calendarij emendationem indicabit Cyclus Solaris literam Dominicalem ſub litera maiuſcula E. Vt quoniam anno 1582. Cyclus Solaris fuit 23. reperies ſub litera E, Dominicalem literam g. quæ eo anno Dominicum diem indicauit, vſque ad quartum Octobris. Nam hinc ad exitum vſque anni litera C, Dominicalis fuit. Item anno 325. Cyclus Solaris fuit 26. & litera Dominicalis c. Denique anno 1100. Cyclus Solaris fuit 17. literæ vero Dominicales g, A. Et ſic de cæteris. In annis biſſextilibus litera, quæ in alphabeto, ſiue ſerie literarum poſterior eſt, Dominicalis erit vſque ad diem S. Matthiæ, reliqua vero hinc ad finem vſque anni.

Tabellæ temporariæ literarum Dominicalium.

HINC facili negotio quilibet excerpet tabellas literarum Dominicalium temporarias, per quas quouis ſeculo Dominicalis litera inueniatur. Nam ſeptem lineæ literarum Dominicalium deſcendentes in proxima tabula erunt ſeptem huiuſmodi tabellæ temporariæ. V. g. prima linea ſub litera A, temporaria erit ab anno 1600. qui in centeſimis annis ſub eadem litera A, collocatur, vſque ad annum 1700. & ab anno 2500. vſque ad 2600. &c. Linea autem ſub litera E, temporaria erit à primo anno Chriſti vſque ad annum 1582. quo Calendarium emendatum eſt.

Inuentio facilior literæ Dominicalis, ſine Cyclo Solari.

3 SED expeditius multo literam Dominicalem cuiuſuis anni reperiemus, ſine Cyclo Solari, ex ſequenti tabula, quæ ſic conſtruitur. Primo loco deſcribantur omnes anni centeſimi, initio facto ab anno 9. ita tamen, vt quando deſcriptus erit annus 1500. ante correctionem, relinquantur poſt eum duæ cellulæ vacuæ, in quibus hæc verba notentur, *Poſt correctionem*, & in quinta cellula ſcribatur iterum idem annus 1500. & in ſexta annus 1600. Relicta deinde ſeptima cellula vacua, annus 1700. ſcribatur in prima cellula inſequentis lineæ tranſuerſæ. Item omiſſa cellula ſecunda, in tertia locetur annus 1800. Et in quinta, prætermiſſa quarta, ſcribatur annus 1900. Et in ſexta annus 2000. Et relicta cellula ſeptima, annus 2100. collocetur in prima alterius lineæ cellula. Et ſic deinceps in infinitum alij ſequentes centeſimi anni deſcribantur, omiſſis ſemper vacuis cellulis, ſecunda, quarta, ac ſeptima. In vertice deinde apponantur ſeptem literæ maiuſculæ, indices linearum literarum Dominicalium. Infra denique annos centeſimos aſcribantur literæ Dominicales, vt in tabula factum eſſe vides.

POST hæc deſcribantur ſeptem lineæ ſeptem literarum Dominicalium, ita vt quælibet ſemel primum occupet locum, initio facto à litera b, quæ primo anno Chriſti fuit Dominicalis, cæteriſque in tranſuerſum ordine retrogrado progredientibus. Hiſce autem lineis ad ſiniſtram apponantur eædem illæ ſeptem literæ maiuſculæ, quas ſupra annos centeſimos ſcribendas eſſe diximus, vt in altera tabula vides: quibus tandem ſeptem lineis ſupponantur centum anni expanſi.



Digitized by Google

ANNI CENTESIMI.

| A | B | C | D | E | F | G |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 100 | 200 | 300 | 400 | 500 | 600 |
| 700 | 800 | 900 | 1000 | 1100 | 1200 | 1300 |
| 1400 | 1500 | Post correctionē | | 1500 | 1600 | |
| 1700 | | 1800 | | 1900 | 2000 | |
| 2100 | | 2200 | | 2300 | 2400 | |
| 2500 | | 2600 | | 2700 | 2800 | |
| 2900 | | 3000 | | 3100 | 3200 | |
| 3300 | | 3400 | | 3500 | 3600 | |
| 3700 | | 3800 | | 3900 | 4000 | |
| 4100 | | 4200 | | 4300 | 4400 | |
| 4500 | | 4600 | | 4700 | 4800 | |
| 4900 | | 5000 | | 5100 | 5200 | |
| 5300 | | 5400 | | 5500 | 5600 | |
| 5700 | | 5800 | | 5900 | 6000 | |
| 6100 | | 6200 | | 6300 | 6400 | |
| 6500 | | 6600 | | 6700 | 6800 | |
| 6900 | | 7000 | | 7100 | 7200 | |
| 7300 | | 7400 | | 7500 | 7600 | |
| 7700 | | 7800 | | 7900 | 8000 | |
| 8100 | | 8200 | | 8300 | 8400 | |
| 8500 | | 8600 | | 8700 | 8800 | |
| 8900 | | 9000 | | 9100 | 9200 | |
| 9300 | | 9400 | | 9500 | 9600 | |
| 9700 | | 9800 | | 9900 | 10000 | |
| 10100 | | 10200 | | 10300 | 10400 | |
| 10500 | | 10600 | | 10700 | 10800 | |
| 10900 | | 11000 | | 11100 | 11200 | |
| 11300 | | 11400 | | 11500 | 11600 | |
| 11700 | | 11800 | | 11900 | 12000 | |
| 12100 | | 12200 | | 12300 | 12400 | |
| 12500 | | 12600 | | 12700 | 12800 | |
| 12900 | | 13000 | | 13100 | 13200 &c. | |
| d c | e d | f e | g f | A g | b A | c b |



Digitized by Google

Indices Literæ.

## Literæ Dominicales.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | b | A | g | f | e | d | c |
| B | c | b | A | g | f | e | d |
| C | d | c | b | A | g | f | e |
| D | e | d | c | b | A | g | f |
| E | f | e | d | c | b | A | g |
| F | g | f | e | d | c | b | A |
| G | A | g | f | e | d | c | b |

## Anni expansi.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 4 | 5 | 6 |
| 7 | 8 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
| 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 16 | 17 |
| 18 | 19 | 20 | 20 | 21 | 22 | 23 |
| 24 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 28 |
| 29 | 30 | 31 | 32 | 32 | 33 | 34 |
| 35 | 36 | 36 | 37 | 38 | 39 | 40 |
| 40 | 41 | 42 | 43 | 44 | 44 | 45 |
| 46 | 47 | 48 | 48 | 49 | 50 | 51 |
| 52 | 52 | 53 | 54 | 55 | 56 | 56 |
| 57 | 58 | 59 | 60 | 60 | 61 | 62 |
| 63 | 64 | 64 | 65 | 66 | 67 | 68 |
| 68 | 69 | 70 | 71 | 72 | 72 | 73 |
| 74 | 75 | 76 | 76 | 77 | 78 | 79 |
| 80 | 80 | 81 | 82 | 83 | 84 | 84 |
| 85 | 86 | 87 | 88 | 88 | 89 | 90 |
| 91 | 92 | 92 | 93 | 94 | 95 | 96 |
| 96 | 97 | 98 | 99 | 100 | 100 | |

DOMI-

Digitized by Google

DOMINICALEM igitur literam inuenturus ex hac tabula sic agito. Si annus propositus est ex centesimus aliquis, quære eum inter centesimos descriptos. Infra enim illum binas reperies literas, quæ Dominicales erunt eo anno, si annus ille centesimus bissextilis est, cuiusmodi sunt omnes centesimi ante annum restitutum, post correctionem verò illi soli, qui in sexta cellula infrà literam indicem F, descripti sunt, nimirum 1600. 2000. 2400. &c. Si verò centesimus annus datus, est communis, quales post anni emendationem sunt omnes extra sextam cellulam, è duabus literis vna sola erit Dominicalis, ea videlicet, quæ ad dextram est posita, prioremque locum in alphabeto occupat. Quod si annus propositus non fit centesimus, reperies eius literam Dominicalem suprà datum annum expansum in illa linea literarum Dominicalium, quæ eandem literam indicem præfixam habet, quę supra centesimum annum proximè elapsum ante annum expansum collocata est. Et si annus expansus fuerit geminatus, annus ille erit bissextilis, cui duę literæ respondent Dominicales, quarum ea, quæ prior occurrit, vsum habebit ad diem S. Mathię sacrum, altera verò ab eo die ad anni exitum.

VT anno 300. à Christo nato literæ Dominicales fuerunt g, f, quę infra literam indicem D, & annum 300. positæ sunt. At anno 325. litera Dominicalis fuit C, supra annum expansum 25. in linea literę indicis D, quæ videlicet supra annum 300. proximè elapsum scripta reperitur. Sic anno 1582. ante correctionem litera Dominicalis fuit g, supra annum expansum 82. in linea indicis literæ B, quæ nimirum supra annum 1500. ante correctionem scripta est. At post correctionem idem annus habuit literam Dominicalem C, supra eundem annum 82. expansum, in linea indicis literæ E, quod hæc eadem litera index posita sit supra annum 1500. post correctionem. Rursus anno 1100. literę Dominicales fuerunt A, g. Item anno 1674. deprehendes Dominicalem literam g, supra annum expansum 74. in linea indicis literæ F, cum hæc litera supra annum 1600. reperiatur. Anno verò 1892. supra annum expansum 92, geminatum inuenies literas c, b, in linea literæ indicis C, supra annum 1800. scriptæ, ac proinde annus is bissextilis est. At verò anno 1700. litera Dominicalis erit c, infra annum 1700. relicta litera d. Postremo anno 2000. literæ Dominicales erunt b, A. Et sic de cæteris.

PER regulas prædictas si quærantur literæ Dominicales pro annis Christi prope eius Natiuitatem, inuenientur eæ, quæ esse debuissent, si institutio Iulij Cęsaris seruata fuisset: sed quia Idolorum sacerdotes errorem in intercalatione commiserunt, quem Augustus postea correxit, fuerunt vsque ad annum Domini quartum incluſiue aliæ literæ Dominicales. Diuersitatem sequentes tabellæ demonstrant.

In primis 4. annis Christi literas Dominicales ex præscripto Calendarij diuersas esse ab ijs, quæ verè tunc in vsu fuerunt.

*Literæ Dominicales secundum correctionem Augusti.*

| Anni Domini | 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Literæ Dñicales | B | A | G | F | E | D | C | B | A G |

*Literæ Dominicales secundum institutionem Iulij Cæsaris, & regulas Calendarij.*

| Anni Domini | 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Literæ Dñicales | D C | B | A | G | F E | D | C | B | A G |

ITAQVE Dominicales literæ iuxta præscriptum Calendarij à Natali Christi, id est, ab anno 0. vsque ad annum 4. incluſiue, diuersæ sunt ab ijs, quas correctio Augusti Cæsaris dabat: sed post annum 4. nulla amplius varietas interuenit.

4 NEQVE verò prętereundum videtur hoc loco, ex nostra anni Solaris ęquatione, quæ tres continuos annos facit communes, sine die intercalari, quarto centesimo semper remanente bissextili, conflari Cyclum 400. annorum, ita vt eo spatio absoluto, cesset omnis interruptio literarum Dominicalium, & eodem prorsus ordine recurrant, vt in sequenti tabula perspicuum est. Per hunc ergo Cyclum ex sequenti tabula dicto citius litera Dominicalis post anni correctionem (Nam ante correctionem satis erat Cyclus 28. annorum) eruitur hoc modo. Primo loco inquirendum est, in quonam anno huius Cycli contineatur annus propositus. Eo enim inuento, habebis è regione illius literam Dominicalem, vel simplicem, vel duplicem, prout annus propositus communis fuerit, vel bissextilis.

Cyclus literarū Dominicalium 400. annorum post correctionem.

Inuentio literæ Dominicalis ex Cyclo 400. annorum.



Digitized by Google

| Cyclus | Lit. Dom. |
|---|---|
| 1 | g f |
| 2 | e |
| 3 | d c |
| 4 | |
| 5 | b |
| 6 | A |
| 7 | g f e |
| 8 | |
| 9 | d |
| 10 | c |
| 11 | b |
| 12 | A g |
| 13 | f |
| 14 | e |
| 15 | d |
| 16 | c b |
| 17 | A |
| 18 | g |
| 19 | f |
| 20 | e d |
| 21 | c |
| 22 | b |
| 23 | A |
| 24 | g f |
| 25 | e |
| 26 | d |
| 27 | c |
| 28 | b A |
| 29 | g |
| 30 | f |
| 31 | e |
| 32 | d c |
| 33 | b |
| 34 | A |
| 35 | g |
| 36 | f e |
| 37 | d |
| 38 | c |
| 39 | b |
| 40 | A g |
| 41 | f |
| 42 | e |
| 43 | d |
| 44 | c b |
| 45 | A |
| 46 | g |
| 47 | f |
| 48 | e d |
| 49 | c |
| 50 | b |
| 51 | A |
| 52 | g f |
| 53 | e |
| 54 | d |
| 55 | c |
| 56 | b A |
| 57 | g |
| 58 | f |
| 59 | e |
| 60 | d c |
| 61 | b |
| 62 | A |
| 63 | g |
| 64 | f e |
| 65 | d |
| 66 | c |
| 67 | b |
| 68 | A g |
| 69 | f |
| 70 | e |
| 71 | d |
| 72 | c b |
| 73 | A |
| 74 | g |
| 75 | f |
| 76 | e d |
| 77 | c |
| 78 | b |
| 79 | A |
| 80 | g f |
| 81 | e |
| 82 | d |
| 83 | c |
| 84 | b A |
| 85 | g |
| 86 | f |
| 87 | e |
| 88 | d c |
| 89 | b |
| 90 | A |
| 91 | g |
| 92 | f e |
| 93 | d |
| 94 | c |
| 95 | b |
| 96 | A g |
| 97 | f |
| 98 | e |
| † 99 | d |
| 100 | c |
| 101 | b |
| 102 | A |
| 103 | g |
| 104 | f e |
| 105 | d |
| 106 | c |
| 107 | b |
| 108 | A g |
| 109 | f |
| 110 | e |
| 111 | d |
| 112 | c b |
| 113 | A |
| 114 | g |
| 115 | f |
| 116 | e d |
| 117 | c |
| 118 | b |
| 119 | A |
| 120 | g f |
| 121 | e |
| 122 | d |
| 123 | c |
| 124 | b A |
| 125 | g |
| 126 | f |
| 127 | e |
| 128 | d c |
| 129 | b |
| 130 | A |
| 131 | g |
| 132 | f e |
| 133 | d |
| 134 | c |
| 135 | b |
| 136 | A g |
| 137 | f |
| 138 | e |
| 139 | d |
| 140 | c b |
| 141 | A |
| 142 | g |
| 143 | f |
| 144 | e d |
| 145 | c |
| 146 | b |
| 147 | A |
| 148 | g f |

Cyclus

| Cyclus. | Lit. Dom. |
|---|---|
| 149 | e |
| 150 | d |
| 151 | c |
| 152 | b A |
| 153 | g |
| 154 | f |
| 155 | e |
| 156 | d c |
| 157 | b |
| 158 | A |
| 159 | g |
| 160 | f e |
| 161 | d |
| 162 | c |
| 163 | b |
| 164 | A g |
| 165 | f |
| 166 | e |
| 167 | d |
| 168 | c b |
| 169 | A |
| 170 | g |
| 171 | f |
| 172 | e d |
| 173 | c |
| 174 | b |
| 175 | A |
| 176 | g f |
| 177 | e |
| 178 | d |
| 179 | c |
| 180 | b A |
| 181 | g |
| 182 | f |
| 183 | e |
| 184 | d c |
| 185 | b |
| 186 | A |
| 187 | g |
| 188 | f e |
| 189 | d |
| 190 | c |
| 191 | b |
| 192 | A g |
| 193 | f |
| 194 | e |
| 195 | d |
| 196 | c b |
| 197 | A |
| 198 | g |
| 199 | f |
| 200 | e |
| 201 | d |
| 202 | c |
| 203 | b |
| 204 | A g |
| 205 | f |
| 206 | e |
| 207 | d |
| 208 | c b |
| 209 | A |
| 210 | g |
| 211 | f |
| 212 | e d |
| 213 | c |
| 214 | b |
| 215 | A |
| 216 | g f |
| 217 | e |
| 218 | d |
| 219 | c |
| 220 | b A |
| 221 | g |
| 222 | f |
| 223 | e |
| 224 | d c |
| 225 | b |
| 226 | A |
| 227 | g |
| 228 | f e |
| 229 | d |
| 230 | c |
| 231 | b |
| 232 | A g |
| 233 | f |
| 234 | e |
| 235 | d |
| 236 | c b |
| 237 | A |
| 238 | g |
| 239 | f |
| 240 | e d |
| 241 | c |
| 242 | b |
| 243 | A |
| 244 | g f |
| 245 | e |
| 246 | d |
| 247 | c |
| 248 | b A |
| 249 | g |
| 250 | f |
| 251 | e |
| 252 | d c |
| 253 | b |
| 254 | A |
| 255 | g |
| 256 | f e |
| 257 | d |
| 258 | c |
| 259 | b |
| 260 | A g |
| 261 | f |
| 262 | e |
| 263 | d |
| 264 | c b |
| 265 | A |
| 266 | g |
| 267 | f |
| 268 | e d |
| 269 | c |
| 270 | b |
| 271 | A |
| 272 | g f |
| 273 | e |
| 274 | d |
| 275 | e |
| 276 | b A |
| 277 | g |
| 278 | f |
| 279 | e |
| 280 | d c |
| 281 | b |
| 282 | A |
| 283 | g |
| 284 | f e |
| 285 | d |
| 286 | c |
| 287 | b |
| 288 | A g |
| 289 | f |
| 290 | e |
| 291 | d |
| 292 | c b |
| 293 | A |
| 294 | g |
| 295 | f |
| 296 | e d |



Digitized by Google

| | Cyclus | Lit. Dom. | Cyclus | Lit. Dom. | Cyclus | Lit. Dom. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 297 | c | 333 | A | 369 | c |
| | 298 | b | 334 | g | 370 | d |
| | 299 | A | 335 | f | 371 | e |
| † | 300 | g | 336 | e d | 372 | b A |
| | 301 | f | 337 | c | 373 | g |
| | 302 | e | 338 | b | 374 | f |
| | 303 | d | 339 | A | 375 | e |
| | 304 | c b | 340 | g f | 376 | d c |
| | 305 | A | 341 | e | 377 | b |
| | 306 | g | 342 | d | 378 | A |
| | 307 | f | 343 | c | 379 | g |
| | 308 | e d | 344 | b A | 380 | f e |
| | 309 | c | 345 | g | 381 | d |
| | 310 | b | 346 | f | 382 | c |
| | 311 | A | 347 | e | 383 | b |
| | 312 | g f | 348 | d c | 384 | A g |
| | 313 | e | 349 | b | 385 | f |
| | 314 | d | 350 | A | 386 | e |
| | 315 | c | 351 | g | 387 | d |
| | 316 | b A | 352 | f e | 388 | c b |
| | 317 | g | 353 | d | 389 | A |
| | 318 | f | 354 | c | 390 | g |
| | 319 | e | 355 | b | 391 | f |
| | 320 | d c | 356 | A g | 392 | e d |
| | 321 | b | 357 | f | 393 | c |
| | 322 | A | 358 | e | 394 | b |
| | 323 | g | 359 | d | 395 | A |
| | 324 | f e | 360 | c b | 396 | g f |
| | 325 | d | 361 | A | 397 | e |
| | 326 | c | 362 | g | 398 | d |
| | 327 | b | 363 | f | 399 | c |
| | 328 | A g | 364 | e d | † 400 | b A |
| | 329 | f | 365 | c | | |
| | 330 | e | 366 | b | | |
| | 331 | d | 367 | A | | |
| | 332 | c b | 368 | g f | | |

ITA autem annum huius Cycli inuestigabis. Reiectis omnibus 10000. & omnibus 2000. ex anno proposito, si reijci possunt, & omnibus 400. ex reliquo numero, quoties fieri potest, (quod difficile non est, cum hic numerus maior esse nequeat quam 1999. ac proinde ad summum quater in eo contineri possint 400.) reliquus numerus indicabit annum huiusce Cycli. Quod si post abiectionem 400. nihil supersit, erit propositus annus, quadringentesimus, hoc est, vltimus totius Cycli. V. g. proposito anno 34689. Reiectis omnibus 10000. & omnibus 2000. supersunt 689. ex quibus si abijciantur 400. semel, supersunt 289. Igitur datus annus est ducentesimus octauus nonus huius Cycli 400. annorum. Litera autem Dominicalis erit f, prima post bissextum. Rursus dato anno 11500. Reiectis 10000 si ex reliquo numero 1500. reijciantur 400. ter, supererit annus 300. huius Cycli. Litera vero Dominicalis erit g, simplex, cum datus annus centesimus non sit bissextilis, sed com-

communis. Sic annus 1600. erit quadringentesimus offerens literam Dominicalem b, A, duplicem, cum bissextilis sit. Denique annus 1582. est 382. in Cyclo, literam Dominicalem habens c. Atque ita de cęteris.

FORTASSIS autem facilius, expeditiusque intelligemus, quotusnam in hoc Cyclo 400. annorum sit propositus quicunque annus, hac ratione. Proposito anno quantocunque suis characteribus descripto, consideretur tantum numerus expressus duabus figuris, quę quartum locum ac tertium occupant, hoc est, quæ millenas tantum, ac centenas significant, relictis 10000. 20000. & alijs numeris maioribus, vna cum annis expansis: qui quidem numerus maior, quam 99. non erit. Ex hoc etenim numero si abijciantur 20. quoties fieri potest, & 4. ex reliquo numero, indicabit relictus numerus centesimum annum huius Cycli, cui si addantur anni expansi, si qui adfuerint, habebitur totus annus eiusdem Cycli. Quod si non adsint anni expansi, remanebit tantummodo primus, vel secũdus, tertiusue annus centesimus Cycli. Et si neque anni expansi adsint, neque millenæ, centenæve, aut post abiectionem 20. & 4. ex millenis, ac centenis, nihil superfuerit, annus propositus erit quadringentesimus Cycli, id est, vltimus. V. g. si detur annus 37090. obseruandus tantum est numerus 70. cum figura 7. locum millenarum, & figura 0. locum centenarum occupet. Ex quo si reijciantur omnia 20. supersunt 10. & abiectis 4. remanet 2. Est ergo annus ille ducentesimus nonagesimus in hoc Cyclo 400. annorum. Si vero detur annus 37900. dices eum esse ducentesimum, quia non adsunt anni expansi. Sic annum 56800. dices esse quadringentesimum, propterea quod nihil remanet, si ex numero 68. reijciantur omnia 20. & 4. Non aliter iudicabis, annum 6790000. esse quadringentesimum. At annum 560001. dices esse primum. Atque ita de cæteris.

Facillima inuẽtio anni in cyclo 400. annorũ

# CAPVT XXII.

## *Festorum Mobilium Inuentio.*

| 4964 | 6 | xij | A | g | 1.11.A | 1 A | 5.Feb. | 22.Feb. | 8. A | 17.Maij |
| 4965 | 7 | xxiij | | f | 21.20.M | 21 M | 20.Ian. | 6.Feb. | 24. M | 2.Maij |
| 4966 | 8 | iiij | | e | 9.18.A | 9 A | 9.Feb. | 26.Feb. | 13. A | 22.Maij |
| 4967 | 9 | xv | | d | 28. 3.M | 29. M | 1.Feb. | 18.Feb. | 5. A | 14.Maij |
| 4968 | 10 | xxvj | c | b | 17. 0.A | 17 A | 21.Feb. | 9 Mar. | 24. A | 2.Iunij |
| 4969 | 11 | vij | | A | 6. 9.A | 6. A | 5.Feb. | 22.Feb. | 9. A | 18.Maij |
| 4970 | 12 | xviij | | g | 26.18.M | 26 M | 28. Ian. | 14.Feb. | 1. A | 10 Maij |
| 4971 | 13 | xxix | | f | 14.15.A | 14 A | 17 Feb. | 6.Mar. | 21. A | 30.Maij |
| 4972 | 14 | x | e | d | 3. 0.A | 3 A | 2.Feb. | 19.Feb. | 5. A | 14.Maij |
| 4973 | 15 | xxj | | c | 23. 9.M | 23. M | 24 Ian. | 10.Feb. | 28. M | 6.Maij |
| 4974 | 16 | ij | | b | 11. 7.A | 11 A | 13.Feb. | 2.Mar. | 17. A | 26.Maij |
| 4975 | 17 | xiij | | A | 31.15.M | 31 M | 29. Ian. | 15.Feb. | 2. A | 11.Maij |
| 4976 | 18 | xxiiij | g | f | 18.13.A | 18 A | 18.Feb. | 6.Mar. | 21. A | 30.Maij |
| 4977 | 19 | v | | e | 7.22.A | 8 A | 9 Feb. | 26.Feb. | 13. A | 22.Maij |
| 4978 | 1 | xvij | | d | 28. 6.M | 27 M | 25. Ian. | 11 Feb. | 29. M | 7.Maij |
| 4979 | 2 | xxviij | | c | 16. 4.A | 15 A | 14.Feb. | 3 Mar. | 18. A | 27.Maij |
| 4980 | 3 | ix | b | A | 4.13.A | 4. A | 6.Feb. | 23.Feb. | 9. A | 18.Maij |
| 4981 | 4 | xx | | g | 24.22.M | 24 M | 21.Ian. | 7.Feb. | 25. M | 3.Maij |
| 4982 | 5 | j | | f | 12.19.A | 12 A | 10.Feb. | 27.Feb. | 14. A | 23.Maij |
| 4983 | 6 | xij | | e | 2. 4.A | 1. A | 2.Feb. | 19.Feb. | 6. A | 15.Maij |
| 4984 | 7 | xxiij | d | c | 21.13.M | 21 M | 25.Ian. | 11.Feb. | 28. M | 6.Maij |
| 4985 | 8 | iiij | | b | 9.10.A | 9. A | 6.Feb. | 23.Feb. | 10. A | 19.Maij |
| 4986 | 9 | xv | | A | 29.19.M | 29 M | 29.Ian. | 15.Feb. | 2. A | 11.Maij |
| 4987 | 10 | xxvj | | g | 17.17.A | 17 A | 18.Feb. | 7.Mar. | 22. A | 31.Maij |
| 4988 | 11 | vij | f | e | 6. 2.A | 6 A | 10.Feb. | 27.Feb. | 13. A | 22.Maij |
| 4989 | 12 | xviij | | d | 26.10.M | 26 M | 25. Ian. | 11.Feb. | 29. M | 7.Maij |
| 4990 | 13 | xxix | | c | 14. 8.A | 14. A | 14.Feb. | 3 Mar. | 18. A | 27.Maij |
| 4991 | 14 | x | | b | 3.17.A | 3 A | 6 Feb. | 23.Feb. | 10. A | 19.Maij |
| 4992 | 15 | xxj | A | g | 23. 2.M | 23 M | 22.Ian. | 8.Feb. | 25. M | 3.Maij |
| 4993 | 16 | ij | | f | 10.23.A | 11 A | 10.Feb. | 27.Feb. | 14. A | 23.Maij |
| 4994 | 17 | xiij | | e | 31. 8.M | 31 M | 2.Feb. | 19.Feb. | 6. A | 15.Maij |
| 4995 | 18 | xxiiij | | d | 19. 5.A | 18 A | 15.Feb. | 4.Mar | 19. A | 28.Maij |
| 4996 | 19 | v | c | b | 7.14.A | 8 A | 7 Feb. | 24.Feb. | 10. A | 19.Maij |
| 4997 | 1 | xvij | | A | 27.23.M | 27 M | 29.Ian. | 15.Feb. | 2. A | 11.Maij |
| 4998 | 2 | xxviij | | g | 15.21.A | 15 A | 18.Feb. | 7 Mar. | 22. A | 31.Maij |
| 4999 | 3 | ix | | f | 5. 5.A | 4. A | 3.Feb. | 20.Feb. | 7. A | 16.Maij |
| 5000 | 4 | xix | | e | 26.14.M | 25. M | 26.Ian. | 12.Feb. | 30. M | 8.Maij |



Digitized by Google

## MOBILIVM TEMPORARIA.

| Anni Domini | Penteco ste | Corpus Domini | Indictio | Dnicæ post Pentecosten | Domini-ca prima Aduen-tus | Literæ Domini cales Ca lendarij veteris. | Lunæ xiiij. Ca-lendarij veteris | Pascha Calenda rij vete-ris | Dies quibus Pascha Ca-lend. noui à Paschate Calend. ve teris differt |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4960 | 8 Iunij | 19 Iunij | 13 | 24 | 30 No. | f e | 25 M | 30 M | 14 |
| 4961 | 24 Maij | 4 Iunij | 14 | 26 | 29 Nou. | d | 13 A | 19 A | 49 |
| 4962 | 16 Maij | 27 Maij | 15 | 27 | 28 Nou. | c | 2 A | 4 A | 42 |
| 4963 | 5 Iunij | 16 Iunij | 1 | 24 | 27 Nou. | b | 22 M | 27 M | 14 |
| 4964 | 27 Maij | 7 Iunij | 2 | 26 | 2 Dec. | A g | 10 A | 15 A | 42 |
| 4965 | 12 Maij | 23 Maij | 3 | 28 | 1 Dec. | f | 30 M | 31 M | 42 |
| 4966 | 1 Iunij | 12 Iunij | 4 | 25 | 30 Nou. | e | 18 A | 20 A | 42 |
| 4967 | 24 Maij | 4 Iunij | 5 | 26 | 29 Nou. | d | 7 A | 12 A | 42 |
| 4968 | 12 Iunij | 23 Iunij | 6 | 23 | 27 Nou. | c b | 27 M | 3 A | 14 |
| 4969 | 28 Maij | 8 Iunij | 7 | 26 | 3 Dec. | A | 15 A | 16 A | 42 |
| 4970 | 20 Maij | 31 Iunij | 8 | 27 | 2 Dec. | g | 4 A | 8 A | 42 |
| 4971 | 9 Iunij | 20 Iunij | 9 | 24 | 1 Dec. | f | 24 M | 31 M | 42 |
| 4972 | 24 Maij | 4 Iunij | 10 | 26 | 29 Nou. | e d | 12 A | 19 A | 49 |
| 4973 | 16 Maij | 27 Maij | 11 | 27 | 28 Nou. | c | 1 A | 4 A | 42 |
| 4974 | 5 Iunij | 16 Iunij | 12 | 24 | 27 Nou. | b | 21 M | 27 M | 14 |
| 4975 | 21 Maij | 1 Iunij | 13 | 27 | 3 Dec. | A | 9 A | 16 A | 49 |
| 4976 | 9 Iunij | 20 Iunij | 14 | 24 | 1 Dec. | g f | 29 M | 31 M | 14 |
| 4977 | 1 Iunij | 12 Iunij | 15 | 25 | 30 Nou. | e | 17 A | 20 A | 42 |
| 4978 | 17 Maij | 28 Maij | 1 | 27 | 29 Nou. | d | 5 A | 12 A | 49 |
| 4979 | 6 Iunij | 17 Iunij | 2 | 24 | 28 Nou. | c | 25 M | 28 M | 14 |
| 4980 | 28 Maij | 8 Iunij | 3 | 26 | 3 Dec. | b A | 13 A | 16 A | 42 |
| 4981 | 13 Maij | 24 Maij | 4 | 28 | 2 Dec. | g | 2 A | 8 A | 49 |
| 4982 | 2 Iunij | 13 Iunij | 5 | 25 | 1 Dec. | f | 22 M | 24 M | 14 |
| 4983 | 25 Maij | 5 Iunij | 6 | 26 | 30 Nou. | e | 10 A | 13 A | 42 |
| 4984 | 16 Maij | 27 Maij | 7 | 27 | 28 Nou. | d c | 30 M | 4 A | 42 |
| 4985 | 29 Maij | 9 Iunij | 8 | 25 | 27 Nou. | b | 18 A | 24 A | 49 |
| 4986 | 21 Maij | 1 Iunij | 9 | 27 | 3 Dec. | A | 7 A | 9 A | 42 |
| 4987 | 10 Iunij | 21 Iunij | 10 | 24 | 2 Dec. | g | 27 M | 1 A | 14 |
| 4988 | 1 Iunij | 12 Iunij | 11 | 25 | 30 Nou. | f c | 15 A | 20 A | 42 |
| 4989 | 17 Maij | 28 Maij | 12 | 27 | 29 Nou. | d | 4 A | 5 A | 42 |
| 4990 | 6 Iunij | 17 Iunij | 13 | 24 | 28 No. | c | 24 M | 28 M | 14 |
| 4991 | 29 Maij | 9 Iunij | 14 | 25 | 27 Nou. | b | 12 A | 17 A | 42 |
| 4992 | 13 Maij | 24 Maij | 15 | 28 | 2 Dec. | A g | 1 A | 8 A | 49 |
| 4993 | 2 Iunij | 13 Iunij | 1 | 25 | 1 Dec. | f | 21 M | 24 M | 14 |
| 4994 | 25 Maij | 5 Iunij | 2 | 26 | 30 Nou. | e | 9 A | 13 A | 42 |
| 4995 | 7 Iunij | 18 Iunij | 3 | 24 | 29 Nou. | d | 29 M | 5 A | 21 |
| 4996 | 29 Maij | 9 Iunij | 4 | 25 | 27 Nou. | c b | 17 A | 24 A | 49 |
| 4997 | 21 Maij | 1 Iunij | 5 | 27 | 3 Dec. | A | 5 A | 9 A | 42 |
| 4998 | 10 Iunij | 21 Iunij | 6 | 24 | 2 Dec. | g | 25 M | 1 A | 14 |
| 4999 | 26 Maij | 6 Iunij | 7 | 26 | 1 Dec. | f | 13 A | 14 A | 42 |
| 5000 | 18 Maij | 29 Maij | 8 | 27 | 30 Nou. | e d | 2 A | 5 A | 42 |



Digitized by Google

Tabula Paschalis superior docet Epactas recte xiiij. indicare.

4 EX antecedenti porro tabula, si eam quis non indiligenter introspexerit, clarissime colliget, Cyclum nostrum Epactarum ritè esse in Calendario distributum atque æquatum, quippe cum Lunas xiiij. Paschales ita fere semper exhibeat, vt insequens dies vel in plenilunium medium incidat, vel non longe eum consequatur. quod Conciliorum Decretis, Patrumque Sanctionibus aptissime congruit. Ita enim fit, vt Pascha semper vel in medio Plenilunio, vel post ipsum celebretur, vsque ad annum 5000. Id quod etiam in annis sequentibus contingere experiemur, si eam tabulam ad plures annos extendere velimus. Excipiuntur pauci quidam anni, nimirum quindecim hi, 2133. 2491. 2725. 3083. 3300. 3317. 3344. 3611. 3631. 3675. 3909. 3936. 4047. 4619. 4639. in quibus Lunæ xiiij. plus æquo oppositiones medias videntur præcurrere, adeo vt in eisdem oppositio media post Solis occasum in die Paschæ contingat: quod mirũ alicui videri non debet, cum id ex natura cycli, quicunque ille sit, proficiscatur, & sæpius in quouis alio cyclo, quam in hoc nostro Epactarum eueniat, vt paulo infra monstrabo. Sunt quidem alij 26. anni videlicet 1900. 2106. 2451. 2718. 2738. 3043. 3063. 3310. 3330. 3401. 3459. 3479. 3500. 3635. 3648. 3655. 3726. 3902. 3922. 4051. 4071. 4318. 4643. 4663. 4910. 4995. in quibus plenilunium medium accidit in ipso die Paschæ post meridiem ante occasum Solis; sed hoc censeri non debet omnino contrarium Canoni Concilij Nicæni, cum plenilunium accipi debeat in hoc negotio cum latitudine aliqua, non autem pro instanti temporis, vt ipsum sumunt Astronomi. Solum illud Pascha videtur Decreto Nicæni Concilij aduersari, quod medium plenilunium habet post occasum Solis, quale est Pascha in supra enumeratis 15. annis. Nam quando plenilunium fit ante Solis occasum, recte, ac iure optimo potest dici, Pascha celebrari in ipso plenilunio, quod tunc ante finem diei Paschæ contingit, quod Canones non prohibent. Multo minus Pascha appellari debet illegitimum, in quo plenilunium medium contingit ante meridiem, vel etiam in ipso meridie, cum id in ipso plenilunio celebrari manifestum sit, quippe cum plenilunium tunc etiam fiat ante finem diei Paschæ. Non negarim tamen, rectius celebrari Pascha, si Plenilunium ante ortum Solis in Paschæ die occurrat: sed quoniam nullus cyclus id semper præstare potest, non censeri debet, Pascha illud esse omnino illegitimum, in quo plenilunium post meridiem ante Solis occasum accidit, & multo minus illud, in quo plenilunium ante meridiem fit post Solis ortum: præsertim si raro id accidat. Sunt præterea alij nonnulli anni ab anno 1600. vsque ad annum 5000. in quibus Lunæ xiiij. Paschales aliquanto plus die toto medias oppositiones precedunt, sed quia proxime insequens dies non est Dominica, non celebrabitur tunc Pascha ante plenilunium, sed vel in ipso, vel post ipsum: ita vt litera Dominicalis errorem illum, qui in Paschæ celebratione admitteretur, bellissimè emendet, ac corrigat: quæ causa fuit, vt hos annos inter superiores non connumeraverimus. Sed dices, nonne huic cyclo præferendus esset ille, qui omnia hæc incõmoda vitaret? Recte quidem, & ego tibi in hoc libenter assentior; talem autem cyclum reperiri posse optandum magis est, quam sperandum: quippe cum nullus cyclus extrui possit, quin in errorem nonnunquam incurrat, vt cap. 20. Num. 9. ostendimus. Illud summopere curandum est, vt is cyclus præ ceteris eligatur, qui pauciora contineat errata: qualem esse hunc nostrum, pluribus a nobis ostensum est supra, præsertim cap. 19. Num. 7. & 8. vbi aliquot annos proposuimus, in quibus eadem numero Epacta Lunam xiiij. exhibet nunc ante oppositionem mediam, nunc post eandem: Item alios, in quibus a diuersis Epactis, quæ in eodem seculo vsurpantur, Lunę xiiij. indicantur modo ante mediam oppositionem, modo post; adeo vt aptius Epactæ in Calendario distribui nequeant, quam dispositę sunt. Nam si eas vel ad loca superiora promoueas, vel ad inferiora detrudas, in maiora absurda incidas, necesse est, vt liquido constat. Idem prorsus in annis supra enumeratis contingit. Assumamus enim, exempli causa annum 3300. in quo Epacta xvij. accusatur hoc nomine, quod Lunam xiiij. nobis offerat plus æquo ante oppositionem mediam, atque adeò Pascha celebrandum exhibeat ante medium plenilunium, quod tunc post occasum Solis contingit. Quid tum? num propterea deuoluendæ tibi videntur Epactæ ad dies inferiores, vt Epacta xvij. suam xiiij. serius monstret? Nequaquam. Cum enim eadem Epacta xvij. in hisce annis 3110. 3129. 3167. 3186. 3243. 3338. 3357. 3376. 3395. Lunã xiiij. Paschalẽ rectissimè, vt canones volunt, demonstret, vt ex superiori tabula festorũ mobiliũ liquet, in istis vero annis 3148. 3205. 3224. 3262. 3281. eandem mediæ oppositioni postponat, nonne vides, si hæc Epacta e loco superiori in inferiorem migraret, hic Lunam xiiij. magis postponi, ibi vero eandem extra proprium locum extrudi? Idem in alijs annis quoque

Quibus annis videantur Lunæ xiiij plus æquo oppositiones medias præcurrere.

Pleniluuiũ medium incidere in diem Paschæ ante Solis occasum, non esse contra Canonẽ Conc. Nicæni.

Eandem Epactam uunc exhibere Lunã xiiij anticipatam, nunc postpositã nunc denique consonam Canonibus.

contingit

contingit. Itaque absurdum videri non debet, quod intra spatium 3418. annorum, nimirum ab anno 1582. vsque ad annum 5000. in paucis illis annis supra recitatis Pascha aliquanto citius, quam Canones præscribant, celebretur, cum hoc in nullo cyclo possit euitari. Quod vt fiat apertius, examinemus cyclum aurei numeri, quem Patres in Nicæno Concilio approbarunt. Hic si trecentis annis post concilium Nicænum, nimirū trecentis annis post annum 325. æquetur, hoc est, singuli aurei numeri per vnum diem sursum promouebātur, quod tunc Lunationes vno die citius contingant; videbis sanè, quam sæpè in eo peccetur in Luna xiiij. anticipanda, si peccatum id dici mereatur, quod nullus cyclus vitare potest. Hoc autem sequens tabula perspicuè docebit, in qua Lunæ xiiij. notatæ sunt, ac si aurei numeri in Calēdario antiquo Concilij Nicæni per vnum diem ascenderint, prout videlicet dispositi sunt in vltimo Calendario ex illis 30. cap. 15. descriptis, sub litera a, minuscula.

| Anni Domini. | Aur. Nu. | Lunæ xiiij. si aur. num. Conc. Nicæni sursum ascēdāt | Oppositiones mediæ. D. H. |
|---|---|---|---|
| 627 | 1 | 4 Aprilis | 5. 23 Aprilis |
| 628 | 2 | 24 Martij | 25. 8 Martij |
| 630 | 4 | 1 Aprilis | 2. 15 Aprilis |
| 631 | 5 | 21 Martij | 22. 23 Martij |
| 635 | 9 | 6 Aprilis, | 7. 12 Aprilis |
| 639 | 13 | 23 Martij | 24. 12 Martij |
| 646 | 1 | 4 Aprilis | 5. 16 Aprilis |
| 647 | 2 | 24 Martij | 26. 1 Martij |
| 649 | 4 | 1 Aprilis | 2. 7 Aprilis |
| 650 | 5 | 21 Martij | 22. 16 Martij |
| 651 | 6 | 9 Aprilis | 10. 13 Aprilis |
| 655 | 10 | 26 Martij | 27. 13 Martij |
| 665 | 1 | 4 Aprilis | 5. 8 Aprilis |
| 666 | 2 | 24 Martij | 25. 17 Martij |
| 667 | 3 | 12 Aprilis | 13. 15 Aprilis |
| 669 | 5 | 21 Martij | 22. 8 Martij |
| 671 | 7 | 29 Martij | 30. 15 Martij |
| 685 | 2 | 24 Martij | 25. 10 Martij |
| 686 | 3 | 12 Aprilis | 13. 7 Aprilis |
| 687 | 4 | 1 Aprilis | 2. 16 Aprilis |
| 703 | 1 | 4 Aprilis | 5. 18 Aprilis |
| 706 | 4 | 1 Aprilis | 2. 9 Aprilis |
| 707 | 5 | 21 Martij | 22. 18 Martij |
| 709 | 7 | 29 Martij | 31. 11 Martij |
| 711 | 9 | 6 Aprilis | 7. 6 Aprilis |
| 715 | 13 | 23 Martij | 24. 6 Martij |
| 722 | 1 | 4 Aprilis | 5. 10 Aprilis |
| 723 | 2 | 24 Martij | 25. 19 Martij |
| 724 | 3 | 12 Aprilis | 13. 16 Aprilis |
| 726 | 5 | 21 Martij | 22. 10 Martij |
| 727 | 6 | 9 Aprilis | 10. 8 Aprilis |
| 728 | 7 | 29 Martij | 31. 4 Martij |
| 731 | 10 | 26 Martij | 27. 8 Martij |
| 742 | 2 | 24 Martij | 25. 11 Martij |
| 743 | 3 | 12 Aprilis | 13. 9 Aprilis |
| 747 | 7 | 29 Martij | 31. 20 Martij |
| 763 | 4 | 1 Aprilis | 2. 10 Aprilis |
| 766 | 7 | 29 Martij | 31. 13 Martij |
| 779 | 1 | 4 Aprilis | 5. 12 Aprilis |

IN

Digitized by Google

Eundem errorē in Lunis xiiij. reperiri in cyclo aurei num. in locum superiorem promoti qui in Epactarum cyclo deprehenditur.

IN his sanè annis omnibus cernis, Lunas xiiij. ita prœuenire oppositiones medias, vt si dies proxime insequens foret Dominica, Pascha caderet ante oppositionem mediam, & quidem in annis 647. 709. 728. 747. 766. plus die integro. Præterij autem annos illos, in quibus oppositio media fit in die Paschæ, ante Solis occasum, etiamsi post meridiem fiat, cum hoc non censeri debeat canonibus aduersari. Solum illos annos apposui, qui in die Paschæ habent oppositionem mediam post occasum Solis, quales etiam sunt nostri superiores quindecim. Non igitur iure cyclus noster Epactarum reprehendi potest; quin cyclus etiam aurei numeri Concilij Nicæni (& quidem iustius) damnetur. Nam etsi in prædictis 39. annis plerumque litera Dominicalis errorem Lunæ xiiij. emendat, quod ea non proxime Lunam xiiij. insequatur: hoc tamen non excusat prorsus cyclum, quin ex natura sua perperam Lunas xiiij. Paschales monstret. In hisce certè 8. annis 627. 647. 651. 671. 715. 722. 742. 766. litera Dominicalis errorem hunc non tollit, sed Pascha in illis ante medium plenilunium celebratur, sicut in nostris 15. annis superioribus. Si ergo hic error Paschatum in spatio annorum 153. qui ab anno 627. vsque ad annum 779. numerantur inclusiue, accidit in cyclo aurei numeri, cur ægrè feramus, eundem errorem in 15. annis in spatio 3418. annorum, ab anno scilicet 1583. vsque ad annum 5000. inclusiuè committi? Sanè non exiguum discrimen est inter 8. annos, & 153. & inter annos 15. ac 3418. Nam vt par ratio esset, deberet error 15. annorum committi in annis 287. si error 8. annorum in annis 153. deprehenditur.

Eundem errorē in eodem cyclo aurei numeri tēpore Concilij Nicæni deprehendi, qui in Epactis notatus est.

5. AGE vero, si nondum plane satisfactum tibi est, excutiamus paulo diligentius cyclum eundem ipsis Concilij Nicæni temporibus, quem plerique (obtrectandi solum causa) pluris faciunt, quàm nostrū cyclū Epactarum. Equidē plura in eo peccata animaduerto, quam in Epactis, si naturā Lunarum xiiij. consideremus, secundum quā non amplius quam vno die oppositiones medias anteuertere debent, ne si fortè sequens dies fuerit Dominica, cogamur Pascha ante plenilunium medium peragere. vt cap. 18. Num. 4. scripsimus. Inspice ergo sequentem tabulam.

| Anni Dñi. | Aurei Numeri | Lunæ xiiij. Concilij Nicæni. | Opposition. med. D. H. |
|---|---|---|---|
| 323 | 1 | 5. Aprilis | 6. 23 Aprilis |
| 324 | 2 | 25. Martij | 26. 8 Martij |
| 326 | 4 | 2. Aprilis | 3. 14 Aprilis |
| 327 | 5 | 22. Martij | 23. 23 Martij |
| 331 | 9 | 7. Aprilis | 8. 11 Aprilis |
| 335 | 13 | 24. Martij | 25. 11 Martij |
| 342 | 1 | 5. Aprilis | 6. 15 Aprilis |
| 343 | 2 | 25. Martij | 27. 0 Martij |
| 345 | 4 | 2. Aprilis | 3. 6 Aprilis |
| 346 | 5 | 22. Martij | 23. 15 Martij |
| 347 | 6 | 10. Aprilis | 11. 13 Aprilis |
| 351 | 10 | 27. Martij | 28. 13 Martij |
| 361 | 1 | 5. Aprilis | 6. 8 Aprilis |
| 362 | 2 | 25. Martij | 26. 17 Martij |
| 363 | 3 | 13. Aprilis | 14. 14 Aprilis |
| 365 | 5 | 22. Martij | 23. 8 Martij |
| 367 | 7 | 30 Martij | 31. 14 Martij |
| 380 | 1 | 5. Aprilis | 6. 13 Aprilis |
| 381 | 2 | 25. Martij | 26. 9 Martij |
| 382 | 3 | 13. Aprilis | 14. 7 Aprilis |
| 383 | 4 | 2. Aprilis | 3. 16 Aprilis |
| 386 | 7 | 30. Martij | 31. 7 Martij |
| 399 | 1 | 5. Aprilis | 6. 17 Aprilis |
| 402 | 4 | 2. Aprilis | 3. 8 Aprilis |
| 403 | 5 | 22. Martij | 23. 17 Martij |
| 418 | 1 | 5. Aprilis | 6. 9 Aprilis |
| 419 | 2 | 25. Martij | 26. 18 Martij |
| 422 | 5 | 22. Martij | 23. 9 Martij |

IN

Digitized by Google

IN his 28. annis intra spatium 100. annorum vides Lunam xiiij. maiori interuallo, quàm par est, medias oppositiones anticipare: adeò vt sequenti die, si is Dominicus esset, Pascha ante plenilunium medium ageretur. Quamquam enim litera Dominicalis plerunque non proxime Lunam xiiij. insequatur, ac proinde errorem illum emendet, ac corrigat; ex natura tamen sua eiusmodi Lunæ xiiij. vitiosæ sunt, cum biduo fere ante oppositiones medias contingant. Prætermisi plurimos alios annos, qui medias oppositiones exhibent ante occasum Solis, quod tunc dies Paschæ, si statim post Lunam xiiij. celebraretur, plenilunium medium aliquo modo attingeret. quod satis esse videtur. Solos eos annos annotaui, in quibus plenilunium medium post Solis occasum accidit. quod & in præcedentibus fecimus.

SATIS ex his confirmatum esse arbitror, in omni cyclo, quicunque ille sit, Lunas xiiij. Paschales interdum ante oppositiones medias plus quam oporteat, in Calẽdario notari, ac propterea mirum non esse, idem in cyclo Epactarum noui Calendarij euenire. Frustra ergo laborant, qui eum tantoperè exagitant, conanturque omnibus reddere odiosum: Frustra, inquã, laborant, cum nullus cyclus omni possit vitio carere, vt sæpe diximus, & multo pauciora errata in nostro cyclo Epactarum, quam in alijs cyclis, reperiantur, vt ex ijs, quæ diximus, perspicuum est, & facile quiuis cognoscere poterit, si alium quemcunque cyclum examinet, Lunas xiiij. ipsius cum Lunis xiiij. nostri cycli conferendo. Id quod à me factum est non ita pridem, cum ingeniosissimi cuiusdam Mathematici rationem Calendarij, quam putabat accuratissimam esse, certe longè præstantiorem hac Gregoriana, examinaui: In qua quidem toto, vt dicitur, aberrauit cælo. Innumera enim absurda in ea deprehendi, quæ omnia ferè in nostra ratione vitantur.

SVPERESSET iam, vt de Indictione ageremus, sed quia de ea & in Calendario nouo Romano, quod in initio operis premisimus, satis superque verba fecimus; & in Computo Ecclesiastico, qui circa finem operis sequetur, plura dicturi sumus, nihil videtur hoc loco de eadem dicendum. Quare nihil hic dicatur de Indictione.

# CAPVT XXIII.

## QVOD VNO EODEMQVE DIE IN OMNIBVS MVNdi partibus Sacrosanctum Pascha sit celebrandum.

AMBIGVNT nonnulli, quo anni tempore Sacrosanctum Pascha celebrandum sit ab ijs, qui aliud hemisphęrium ab Aequatore versus meridionalem plagam incolunt, polumque antarticũ supra Horizontem habent conspicuum. Cum enim præceptum sit, vt obseruetur vernum tempus, quo Sol, transcenso Aequatore, magis magisque versus nostras regiones mouetur, nobisque quotidie fit propinquior: si eodem, quo nos, tempore illi populi Pascha peragerent, contraria profectò anni statione id celebrarent, quando videlicet Sol ab ipsis magis magisque recedit, & in ipso Autumni tempore, cum apud ipsos Autumnus sit eo tempore, quo nobis vernum tempus adest. Adde quod illis quadragesimale ieiunium perincommodum est, ac molestum, propterea quod incidit apud ipsos in fine æstatis, quando maximi adhuc calores vigent. Dicendum tamen breuiter est, omnes Christianos debere eo mense, ac die Pascha celebrare, quo idem Ecclesia Romana celebrat, iuxta decretum Sacræ Nicęnæ Synodi, & Concilij Arelatensis primi, in quo, vt habetur de consecratione Dist. 3. cap. de obseruatione, ita cautum est. *Statuimus, vt vno die, & tempore per omnem orbem Pascha obseruetur.* Et idem sancitum fuit in concilio Carthaginensi 4. vt habetur in eadem Dist. sub his verbis. *Paschæ solennitas vna die, & tempore celebranda.* Idem testatur D. Ambrosius in Epistola 83. ad Episcopos per Aemiliam constitutos, vbi de eadem solennitate Paschali sic scribit, vt supra quoque cap. 1. Num 4. retulimus. *Non mediocris esse sapientiæ, diem celebritatis definire Paschalis, & scriptura diuina nos instruit, & eruditio Maiorum, qui conuenientes ad Synodum Nicænam, inter illa Fidei vt vera, ita admiranda Decreta, etiam*



Digitized by Google

*super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur.* Hunc circulum ἐνιαδεκατηρίδα *nuncuparunt; sequentes illud, quod nõ debeamus vana quadam opinione super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbique sacrificium pro Resurrectione Domini deferatur.* Neque ad rem facit, quod habitantibus ad meridionalem plagam vltra Aequatorem Ver incidat in Septembrem. Sanctum enim Pascha celebratur in memoriam mortis, & Resurrectionis IESV CHRISTI Domini Nostri, qui in hac nostra mundi regione, id est, in hemisphęrio Boreali tempore nostri æquinoctij Verni mortem subire, & a mortuis resurgere voluit. Quare festiuitatem hanc omnes eo tempore, quo a maioribus ordinata fuit, celebrare debent. Quod si Australibus populis ieiuniũ quadragesimale nimis laboriosum ac molestum, propter anni tempus, fuerit, poterunt à Summo Pontifice petere, vt eis concedat esum lacticiniorum, & aliarum rerum, prout necessitas id suaserit.

2 NEQVE verò huic rei obstat Meridianorum diuersitas. Cum enim Sol in spatio 24. horarum ab ortu in occasum feratur, poterunt omnes in eo spatio successiuè habere diem Dominicum, alij alijs tardius, in quo Sacri Paschatis diem celebrare possint in honorem Resurrectionis Domini nostri IESV CHRISTI, quem ad instituti operis finem non sine aliqua iactatione tandem aliquando prouectus, vti par est, colo venerorque. Ille nobis vires oneri grauissimo sustinendo suffecit: Ille de sua luce passus est deriuari, si quid est per nos rei perobscuræ lucis allatum. Quod igitur ius, & fas efflagitat, illi quicquid uirium, aut ætatis superest, accepti memores beneficij consecramus; rati ingentis loco præmij nobis futurum, si labores nostri, sicut semper suscepti sunt, ita in ipsius gloriam, & Christianæ Reipublicæ nonnullam cesserint vtilitatem.

---

# CAPVT. XXIIII.

## *EXPENDITVR CALENDARIVM FRANCISCI VIETÆ & refellitur.*

1 ABsolueram iam, Deo bene iuuante, librum hunc, eumque prælo propediem mandare decreueram, cum ecce in manus meas peruenit Francisci Vietæ Galli doctissimi viri de Calendario liber hac inscriptione notatus.

Inscriptio Calendarij Vietæ

*Relatio Calendarij verè Gregoriani ad Ecclesiasticos doctores; exhibita Pontifici Maximo Clementi VIII. Anno Christi 1600. Iubilæo.*

HIC Liber (vt est in eius extrema pagina) Parisijs impressus est apud Ioannem Mettayer Typographum regium. Cui velut appendix, Calendarium Gregorianum perpetuum adiunctum est: quod quidem & seorsum editum, & innominatum prorsus est, nulla neque generis, hoc est, scriptoris, & impressoris ascripta nota; ad eius ferme Calendarij formam, & exemplum effictum, quod Gregorius xiij. anno 1582. excudendum, & publicè proponendum curauit. Sane quã in eo libro multa præclarè (vt est magno vir ingenio) perscripsit, egregieque de omni Calendarij ratione disputauit. Veruntamen vt homo est, humane fecit, vt ipse quoque peccaret: qui relicta Epactarum dispositione in Calendario Gregoriano explicata, eoque exordio anni neglecto, quod Ecclesia Romana Iulij Cæsaris vestigijs insistens a Ianuario Mense deducit, nouam quandam Epactarum rationem excogitauit, easque in menstruos dies nouo more, nullo exemplo distribuit, annumque verè nouum ab octauo die Martij suis auspicijs exordiendum putauit, ob eam præcipuè causam, vt asserit, ne videlicet aliquando menses Lunares anno bissextili, propter diem intercalarem adiectum Februario, dies 31. complecterentur. quod tamen absurdum non esse, paulo post demonstrabitur: Immo vero dum hoc incõmodum ille declinare contendit, in multo maiores sese angustias induit imprudens, nouam illam suam Epactarum colloca-

Vietam cõminisci nouã Epactarum collocationẽ nouumq; anni principiũ.

Digitized by Google

collocationem ſecutus. Nam, vt ſuo loco palam fiet, non videt homo alioquin acutus, interdum a ſe quoque vel extra biſſextilem annum, menſem Lunarem dierum 31. confici, pluresque menſes diebus tantum vicenis octonis, quin etiam vicenis ſeptenis cenſeri: quæ omnia quantum à vera ratione abhorreant, quàmque prodigioſa ſint, & ἄτοπα, vel ipſe teſtabitur, qui eiuſmodi menſes, tanquam portenta deteſtatur. Nunc adeo, antequam cætera perſequar, ipſum eius Calendarium in conſpectum dabo, quo percipiantur planius, quæ perperam in eo digeſta deprehendimus: deinde breuiter ea, quæ noſtro ille Calendario opponit, remouebimus. Poſtremo eius Epactas, quod ad Lunas xiiij. attinet, perpendemus, eaſque plerunque falſas eſſe demonſtrabimus. Ipſum verò Vietam oro atque obſecro, vt defenſionẽ hanc a me pro veritate ſuſceptam in cõmodiorem partem interpretetur. Non enim hominis odio, cuius ingenium admiror; non inuidentia nõminis, cuius ſcripta ſuſpicio; non ſtudio contentionis, a quo ſemper abhorrui; non cupidine gloriæ, cuius naturam in veritate iam pridem contemplor; vmbram in doctrinę venditatione vix pono: ſed officio, ſed æquitate, ſed fide, qua ſemel hanc cauſam recepi, ad eius Calendarium refellendum, & ad defendendum Gregorianum adducor.

# SEQVITVR
## Conſpectus Calendarij Gregoriani ex ſententia Vietæ.

| Ianuarius. | | | Februarius. | | Martius. | | Aprilis. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies confueti. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietę. | Dies Vietę. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. |
| 1 | 300 | xxv | 331 | xxiiij | 359 | xxv | 25 | v |
| 2 | 301 | xxiiij | 332 | xxiij | 360 | xxiiij | 26 | iiij |
| 3 | 302 | xxiij | 333 | xxij | 361 | xxiij | 27 | iij |
| 4 | 303 | xxij | 334 | xxj | 362 | xxij | 28 | ij |
| 5 | 304 | xxj | 335 | xx | 363 | xxj | 29 | j |
| 6 | 305 | xx | 336 | xix | 364 | xx | 30 | ◆ |
| 7 | 306 | xix | 337 | xviij | 365 | xix | 31 | xxix |
| 8 | 307 | xviij | 338 | xvij | Initium 1 | xxix | 32 | xxviij |
| 9 | 308 | xvij | 339 | xvj | 2 | xxviij | 33 | xxvij |
| 10 | 309 | xvj | 340 | xv | 3 | xxvij | 34 | xxvj |
| 11 | 310 | xv | 341 | xiiij | 4 | xxvj | 35 | xxv |
| 12 | 311 | xiiij | 342 | xiij | 5 | xxv | 36 | xxiiij |
| 13 | 312 | xiij | 343 | xij | 6 | xxiiij | 37 | xxiij |
| 14 | 313 | xij | 344 | xj | 7 | xxiij | 38 | xxij |
| 15 | 314 | xj | 345 | x | 8 | xxij | 39 | xxj |
| 16 | 315 | x | 346 | ix | 9 | xxj | 40 | xx |
| 17 | 316 | ix | 347 | viij | 10 | xx | 41 | xix |
| 18 | 317 | viij | 348 | vij | 11 | xix | 42 | xviij |
| 19 | 318 | vij | 349 | vj | 12 | xviij | 43 | xvij |
| 20 | 319 | vj | 350 | v | 13 | xvij | 44 | xvj |
| 21 | 320 | v | 351 | iiij | 14 | xvj | 45 | xv |
| 22 | 321 | iiij | 352 | iij | 15 | xv | 46 | xiiij |
| 23 | 322 | iij | 353 | ij | 16 | xiiij | 47 | xiij |
| 24 | 323 | ij | 354 | j | 17 | xiij | 48 | xij |
| 25 | 324 | j | 355 | xxix | 18 | xij | 49 | xj |
| 26 | 325 | ◆ | 356 | xxviij | 19 | xj | 50 | x |
| 27 | 326 | xxix | 357 | xxvij | 20 | x | 51 | ix |
| 28 | 327 | xxviij | 358 | xxvj | 21 | ix | 52 | viij |
| 29 | 328 | xxvij | | | 22 | viij | 53 | vij |
| 30 | 329 | xxvj | | | 23 | vij | 54 | vj |
| 31 | 330 | xxv | | | 24 | vj | | |



Digitized by Google

| Maius. | | | Iunius. | | Iulius. | | Augustus. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies consueti. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. |
| 1 | 55 | v | 86 | iij | 116 | iij | 147 | j |
| 2 | 56 | iiij | 87 | ij | 117 | ij | 148 | ◆ |
| 3 | 57 | iij | 88 | j | 118 | j | 149 | xxix |
| 4 | 58 | ij | 89 | ◆ | 119 | xxix | 150 | xxviij |
| 5 | 59 | j | 90 | xxix | 120 | xxviij | 151 | xxvij |
| 6 | 60 | xxix | 91 | xxviij | 121 | xxvij | 152 | xxvj |
| 7 | 61 | xxviij | 92 | xxvij | 122 | xxvj | 153 | xxv |
| 8 | 62 | xxvij | 93 | xxvj | 123 | xxv | 154 | xxiiij |
| 9 | 63 | xxvj | 94 | xxv | 124 | xxiiij | 155 | xxiij |
| 10 | 64 | xxv | 95 | xxiiij | 125 | xxiij | 156 | xxij |
| 11 | 65 | xxiiij | 96 | xxiij | 126 | xxij | 157 | xxj |
| 12 | 66 | xxiij | 97 | xxij | 127 | xxj | 158 | xx |
| 13 | 67 | xxij | 98 | xxj | 128 | xx | 159 | xix |
| 14 | 68 | xxj | 99 | xx | 129 | xix | 160 | xviij |
| 15 | 69 | xx | 100 | xix | 130 | xviij | 161 | xvij |
| 16 | 70 | xix | 101 | xviij | 131 | xvij | 162 | xvj |
| 17 | 71 | xviij | 102 | xvij | 132 | xvj | 163 | xv |
| 18 | 72 | xvij | 103 | xvj | 133 | xv | 164 | xiiij |
| 19 | 73 | xvj | 104 | xv | 134 | xiiij | 165 | xiij |
| 20 | 74 | xv | 105 | xiiij | 135 | xiij | 166 | xij |
| 21 | 75 | xiiij | 106 | xiij | 136 | xij | 167 | xj |
| 22 | 76 | xiij | 107 | xij | 137 | xj | 168 | x |
| 23 | 77 | xij | 108 | xj | 138 | x | 169 | ix |
| 24 | 78 | xj | 109 | x | 139 | ix | 170 | viij |
| 25 | 79 | x | 110 | ix | 140 | viij | 171 | vij |
| 26 | 80 | ix | 111 | viij | 141 | vij | 172 | vj |
| 27 | 81 | viij | 112 | vij | 142 | vj | 173 | v |
| 28 | 82 | vij | 113 | vj | 143 | v | 174 | iiij |
| 29 | 83 | vj | 114 | v | 144 | iiij | 175 | iij |
| 30 | 84 | v | 115 | iiij | 145 | iij | 176 | ij |
| 31 | 85 | iiij | | | 146 | ij | 177 | j |



Digitized by Google

| Septem-ber. | | | Octo-ber. | | Noué-ber. | | Decem-ber. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies consueti. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietę. | Dies Vietę. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. | Dies Vietæ. | Epactæ Vietæ. |
| 1 | 178 | xxix | 208 | xxix | 239 | xxvij | 269 | xxvij |
| 2 | 179 | xxviij | 209 | xxviij | 240 | xxvj | 270 | xxvj |
| 3 | 180 | xxvij | 210 | xxvij | 241 | xxv | 271 | xxv |
| 4 | 181 | xxvj | 211 | xxvj | 242 | xxiiij | 272 | xxiiij |
| 5 | 182 | xxv | 212 | xxv | 243 | xxiij | 273 | xxiij |
| 6 | 183 | xxiiij | 213 | xxiiij | 244 | xxij | 274 | xxij |
| 7 | 184 | xxiij | 214 | xxiij | 245 | xxj | 275 | xxj |
| 8 | 185 | xxij | 215 | xxij | 246 | xx | 276 | xx |
| 9 | 186 | xxj | 216 | xxj | 247 | xix | 277 | xix |
| 10 | 187 | xx | 217 | xx | 248 | xviij | 278 | xviij |
| 11 | 188 | xix | 218 | xix | 249 | xvij | 279 | xvij |
| 12 | 189 | xviij | 219 | xviij | 250 | xvj | 280 | xvj |
| 13 | 190 | xvij | 220 | xvij | 251 | xv | 281 | xv |
| 14 | 191 | xvj | 221 | xvj | 252 | xiiij | 282 | xiiij |
| 15 | 192 | xv | 222 | xv | 253 | xiij | 283 | xiij |
| 16 | 193 | xiiij | 223 | xiiij | 254 | xij | 284 | xij |
| 17 | 194 | xiij | 224 | xiij | 255 | xj | 285 | xj |
| 18 | 195 | xij | 225 | xij | 256 | x | 286 | x |
| 19 | 196 | xj | 226 | xj | 257 | ix | 287 | ix |
| 20 | 197 | x | 227 | x | 258 | viij | 288 | viij |
| 21 | 198 | ix | 228 | ix | 259 | vij | 289 | vij |
| 22 | 199 | viij | 229 | viij | 260 | vj | 290 | vj |
| 23 | 200 | vij | 230 | vij | 261 | v | 291 | v |
| 24 | 201 | vj | 231 | vj | 262 | iiij | 292 | iiij |
| 25 | 202 | v | 232 | v | 263 | iij | 293 | iij |
| 26 | 203 | iiij | 233 | iiij | 264 | ij | 294 | ij |
| 27 | 204 | iij | 234 | iij | 265 | j | 295 | j |
| 28 | 205 | ij | 235 | ij | 266 | | 296 | xxix |
| 29 | 206 | j | 236 | j | 267 | xxix | 297 | xxviij |
| 30 | 207 | | 237 | xxix | 268 | xxvij | 298 | xxvij |
| 31 | | | 238 | xxviij | | | 299 | xxvj |



Digitized by Google

ATQVE hoc quidem est exemplum Calendarij, quod, quemadmodum initio dicebã, seorsim a Relatione Vieta excudendum curauit, ad eam fermè rationem, qua Gregorianum Calendarium anno 1582. in lucem emissum tanto populorum consensu, atque doctorum hominum approbatione receptum est. In quo sanè nolim mihi quispiam vitio vertat, quasi fide non planè bona, Epactis duntaxat, & mensium diebus retentis, literas Dominicales, Calendas, Nonas, atque Idus negligendas putauerim. Nam cum in his ipsis Vieta ab vsu communi non recedat, nihil fuit, quam ob rem his transcribendis stylum retardassem ad ea properantem, quæ multo maioris sunt ponderis ac momenti. Interposui tamen etiam dies totius anni, quorum initium Vieta ab die octauo Martij deducit, licet hi ipsi dies in Calendario Vietę seorsim excuso non reperiantur descripti.

2 IAM verò quoniam Vieta dę hoc suo Calendario ita gloriatur, vt ipsum verè Gregorianum appellare non dubitet: quod verò Gregorius ipse xiij. post diuturnam deliberationem approbauit, laborauitque magnopere, vt orbi Christiano vniuerso probaretur, vulgare per quandam, vt videtur, contemptionem nominare audeat; faciendum est, vt paulo diligentius à nobis examinetur, demonstreturque tam longè hoc Calendarium Vietæum à Gregoriano, hoc est, a verò abhorrere, quam quod maximè potest esse alienum. Video quidem, quã arduam ptouinciam suscipiam, & iam nunc perspicio, quam hoc difficile sit mihi assensurus Vieta, qui sibi Gregorij ipsius mentem planè assecutus videtur, a quo tamen non modo non est adhibitus in consilium super Calendario, sed ne auditus quidem, aut visus fortasse aliquando. Sed ego, qui scio Gregorij Genium (si licet ita dicere) in Vietam non immigrasse, facilè confido fore, vt quiuis intelligat, vulgare nostrum Calendarium eo solo nomine vulgare dici posse, quod ab inueterato iam totius Ecclesiæ vsu, & communi hominum sententia non recedat, quod verò Vieta proposuit, tum a Gregorij mente, tum a recte sentientium opinione, tum denique à sanctissimis Patrum, & Conciliorum decretis longissimè abhortere.

PRIMVM igitur in eo grauiter peccasse coarguitur Vieta, quod Calendarium illud suum (neque enim mihi vnquam erit Gregorianum) seorsim sua auctoritate excudendum curauit ijsdem omnino verbis, quibus Gregorianum anno 1582. in lucem auctoritate Pontificia prodijt, paucis quibusdam exceptis, quæ videlicet aliena iudicauit ab instituto suo; præposita quoque ad auctoritatem, Gregorij Bulla, vt nimirum, qui libellum illum coemerint, eoque decepti vtantur in posterum, id se ex Gregorij sententia fecisse, atque adeo auctoritati Sedis Apostolicę paruisse videantur; cum tamen, vt deinceps demonstrabo, nihil Gregoriano Calendario magis aduersetur.

*Audax facinus Vietæ in Calẽdario seorsim excudendo cum bulla Gregorij.*

3 SED hoc, quicquid est criminis, quod sanè non leue est, omisso, ad ea peccata veniamus, quæ rem propius videntur attingere. Exorditur Vieta nouus hic Sosigenes (Hoc enim nomine Calendarij emendatores ipse quoque νεογνικὰς appellat, profiteturque se ea ipsa, quæ à suis Sosigenibus Gregorius expectarat, præstaturum. Exorditur, inquam, annũ ab octauo die Martij: non quæro in præsentia, quot, quamque absurda ex noua ista auspicatione anni proficiscantur. Quid quæso causæ fuit, cur nullo exẽplo initium anni ab octauo die Martij deduceretur? Quid coegit nouum & inauditum morem inducere? Miror hominem tam insigniter in Mathematicis eruditum, non videre, quanta hinc necesse sit oriatur perturbatio, cum necessario ignorandum sit reliquorum omnium mensium exordium & finis. Dicet, se octauum diem Martij Lunarium mensium initium statuisse; audio. Sed annus Lunaris ab octauo die Martij semper inchoari non potest, sed solum tum, cum eius Epacta est xxix. Nam si Epacta j. assumatur, annus à 5. Aprilis initium ducet, &c. Frustra ergo tanta rerum perturbatio inducitur, atque confusio, cum satis sit, multoque expeditius, si dicatur, primum mensem Paschalem incipere die octauo Martij, vltimum verò die 5. Aprilis, etiamsi Epactarum Cyclus ab 8. die Martij non incipiat; cum præsertim, vt dicebam, nihil cogat, & ex hac noua collocatione multa consequantur absurda, quæ paulo infra indicabo. Interim eorum hic habeto specimen doctissimè Vieta. Tua hæc Epactarum noua dispositio peruetustam illam regulam, quam tot seculis vulgus in ętate Lunæ per Epactas, & Calendas, & dies mensium inquirenda vsurpauit, non dico detorquet, sed infringit. At enim (dices) illa omnino accurata non est, neque ex omni parte perfecta; fateor: a ratione tamen Gregoriani Calendarij non longè recedit, cum ad summum vno die ab ętate Lunæ per Epactas indicata aberret & non raro cum illa conueniat, quod profecto fieri non potest, si Cyclus collocari incipiat die 8. Martij, cũ hac ratione Epacta Vietæ à Gregoriana singulis annis dissentiat. Sed videlicet Vieta nihil vulgare sapit, vulgi nullã rationem in Calendario

*Nullam esse necessitatem, vt annus ab 8. Martij incipiat.*

*Vietam infringere regulam vulgarem inuestigandi ætatẽ Lunæ.*

Digitized by Google

dario reſtituendo ducendam putat. At ego multitudinem iratam habere nolim, & penitiſſima iſta, tantum non ὀλοσχέρεια & a vulgi, hoc eſt, ab antiquiſſima Eccleſiæ totius conſuetudine abhorrentia nil moror. Certè hoc ipſum argumento eſſe poteſt, Epactas noſtras in Calendario Gregoriano rite eſſe diſpoſitas, cum naturam Epactarum, quæ ante correctionem in vſu fuerunt, tam diligenter in ætate Lunæ indaganda cuſtodiant.

Epactas Vietæ vere non eſſe Epactas.

HAEC cum ita ſint, non immeritò ſanè quiſpiã efficere poſſit, Vietæas Epactas, re vera Epactas nõ eſſe, quãuis ita nominentur. cui ego facile profecto ſubſcriberẽ: vel quod per eas ætas Lunæ memoriter indagari non poteſt, quẽ tamen vſum in primis vtilem eſſe, nõ ignoramus: vel quod iſta noua collocatione penitus e medio Epactarum natura tollitur. Age enim, antequam Calendarium reſtitueretur, cum aureis numeris concurrebant Epactę in prima tabella Can. 2. Calendarij deſcriptæ. id quod etiã Vieta in ſuo Calendario ſeorſum edito fatetur. Cum igitur per correctionem ex anno dempti ſint dies 10. ijſdem aureis numeris Epactæ 10. vnitatibus diminutæ reſpondeant, neceſſe eſt, vt videlicet indicent tunc 10. diebus ſerius contingere Nouilunia. Hoc autem ad vnguem in Epactis Gregorianis obſeruatum eſt, vt ex 2. tabella eiuſdem Can. 2. Calendarij liquere poteſt. Nam anno v. g. 1601. aureo numero 6. reſpondet Epacta xxvj. quæ 10. vnitatibus minor eſt Epacta vj. vel xxxvj. quæ ante correctionem eidem aureo numero 6. reſpondebat; atque hæc Epacta xxvj. decem diebus infra Epactam vj. in Calendario ſcripta eſt. Sic etiam anno 1602. aureo numero 7. reſpondet Epacta vij. quæ decem quoque vnitatibus minor eſt Epacta xvij. quæ ante correctionem eidem aureo numero 7. reſpondebat; atque eadem Epacta vij. decem diebus infra Epactam xvij. collocata eſt, idemque in alijs omnibus cernitur. Quid ergo anno 1601. obtrudit nobis Vieta Epactam ij. quatuor tantum vnitatibus minorem Epacta vj. & quatuor ſolum diebus infra Epactam vj. collocatam? Quid item anno 1602. Epactam xiij. nobis proponit, quatuor etiam ſolum vnitatibus minorem Epacta xvij. & quatuor diebus duntaxat infra Epactam xvij. poſitam? Sanè ſi hoc facto Epactarum natura retinetur, doceri magno pretio velim à Vieta, quid ſit eandem immutare, atque peruertere.

QVINETIAM Epactas Vietæ naturam Epactarum non ſapere, *hinc* quoque ſtudioſus lector intelliget. Epactæ ſunt numeri dierum, qui in menſe Decembri poſt vltimam Lunationem anni ſuperſunt, vt cap. 9. Num. 14. tradidimus, & quod neque Vieta ipſe negat. Hoc perpetuo conſtanterque in Calendario noſtro Gregoriano obſeruatum conſpicitur: vt vel hinc colligi etiam poſſit, recte in eo Epactas ſe habere, cum tam mirifice naturę Epactarum omni ex parte congruant. Sed quid Epactæ Vietæ, nunquid idem non ſeruant? Ipſe videat, ac nos doceat, ſi poteſt, id in ſuis Epactis reperiri. Ego enim contrarium experior, quod ſic oſtendo. Currente in ſuo Calendario Epacta xix. cum quouis aureo numero minore quàm 10. terminatur vltima anni Lunarij die 6. Martij, ſupereſtque vnus dies: & tamen anno inſequenti Epacta apud ipſum non eſt j. ſed xxix. Item quoties Epacta xviij. in vſu eſt, quocunque tum currente aureo numero, Lunatio anni poſtrema clauditur die 7. Martij, nulluſque dies ſupereſt, cum tamen anno inſequenti, Epacta o. vel ● non vſurpetur, ſed xxix. Rurſus exiſtente Epacta xx. & aureo numero minore quàm 19. vltima anni Lunatio finitur die 5. Martij, duoque dies ſuperſunt. Eſtne igitur ſequentis anni Epacta ij. vt Epactarum lex requirit? minime, ſed j. Item Epacta xxj. poſtremam Lunationem anni terminat die 4. Martij, & dies 3. ſuperſunt; cum tamen, niſi aureus numerus ſit 19 Epacta ij. non autem iij. anno inſequenti tribuatur. Idemque in alijs nonullis Epactis licebit obſeruare. Quis ergo neget, Epactas Gregorianas rectius collocatas eſſe, quàm Vietęas, cum in illis Epactarum natura, ac conditio, non autem in his retineatur? Et ſane ab antiqua Epactarum ratione non recedere, ſuauiſſimum eſt, vt cum Vieta loquar: quippe cum ea ſeruata, ipſi dies poſt vltimum menſem Lunarem ſuperflui nos inſtruant, quamnam ſequenti anno Epactam aſſumere debeamus. Id quod Epactæ Vietæ nullo modo præſtare poſſunt, vt declaratum eſt. Valeat ergo, mi Vieta, tua iſta Epactarum noua collocatio, quæ ipſarum naturam prorſus deſtruit.

Epactas Vietæ non eſſe æquales diebus qui in Decẽbri poſt vltimam lunationẽ ſuperſunt

4 MAGNVM quiddam eſt, Epactarum nomen tantum retinuiſſe, ſuſtuliſſe naturã, vt modo diximus; a Gregorij certè mente alieniſſimum: quam tamen, vt ſibi videtur, vnus Vieta præſtare potuit. ſed hoc aliqua ratione ferendum: illud intolerandum, & vel ipſo Vieta iudice, portenti ſimile in vltimas terras amandandum; quod ex hac inuſitata Epactarũ collocatione in annis communibus, currente aliqua ex his Epactis, xvij. xvj. xv. xiiij. xiij. xij. xj. x. ix. viij. vij. vj. v. iiij. iij. ij. j. cum aureo numero 19 habitatus eſt menſis Lunaris in Februario incipiens, dies duntaxat 28. Ita prorſus eſt, doctiſſime Vieta, Calendarium

Multos menſes Lunares apud Vietam cõtinere dies duntaxat 28.

iſtuc

Digitized by Google

istuc tuum verè Gregorianum ita non vulgare est, vt nobis sępenumero Lunares mẽses 28. tantum dierum exhibeat; quam rem nisi tute appellasses prodigiosam, laborarem profecto in excogitando vocabulo, quo eandem nominarem. Id autem ita demonstro. Quoniam vis die 8. Martij mutari aureum numerum, & Epactam, addendaque sunt 12. ad Epactam cum numero aureo 19. currentem, vt Epacta sequens cum aureo numero j. currens formetur, vt nos quoque cap. 12. Num. 12. & 13. docuimus, & ex Cyclo Epactarum ad aureum numerum à te directo, de quo infra Num. 13. constat; efficitur, vt currente v. g. Epacta xvij. cum aureo numero 19. ac Nouilunio proinde in Februarij diem 8. incidente; efficitur, inquam, vt Epacta insequentis anni sit xxix. concurrens cum aureo numero j. Nouiluniumque in Martio incidat in diem 8. Constat autem, ab 8. Februarij inclusiue vsque ad 8. Martij exclusiuè, numerari dies duntaxat 28. in anno communi. Eademque ratio est de cæteris Epactis supra enumeratis. Sentisne igitur, ingeniosissime Vieta, te dum peregrina consectaris, non modo sapientissimi Pontificis consilia, sed ne tua quidem assequi; quandoquidem Lunares menses 28. dierum tam sæpe inducis, quos tamen, tanquam monstra, atque portenta, & meritò id quidem, execraris?

PARABAM hic Vieta, causas aliquas indagare, quibus adductus nouum in Calendario exordium constituisses, sed retardauit repente stylum id, quod tua causa minime voluissem. Intelligis, opinor, quam iniquus fueris in emendatores Calendarij iudex, qui Lunares menses tam sæpe contra ius fasque dierum 28. duntaxat constituas. At at inusitata hæc prodigia non solum, vt video, paris, sed iam Gigantum more cælum ipsum inuadis. Noua ista Lunarium mensium auspicatio, (quis vnquam crederet, aut miraretur satis) tuum, inquam, istuc nouum anni exordium Lunationes complures dierum duntaxat 27. (o rem inauditam ac singularẽ) exhibet, quod ne existimes, à nobis inuidiosius iactari, quã verius, vide num hæc probes. Currente Epacta xvj. & aureo numero 19. ita vt in tuo Cyclo Epactarum ad aureũ numerũ directo, numero aureo 3. respondeat Epacta xx. fit Neomenia die 9. Februarij. Si igitur sequens annus sit centesimus, in quo tabula æquationis Epactarum offerat literam superiorem, hoc est, Epactam sub aureo numero 3. vna vnitate maiorem, nimirum xxj. respõdebit aureo numero j. illius centesimi Epacta xxix. vt ex eodem tuo Cyclo ad aureum numerum directo constat. Nemo autem ignorare potest, à 9. Februarij inclusiuè vsque ad 8. Martij exclusiue, vbi Epacta xxix. posita est, numerari dies 27. Idemque euenit, quotiescunque aliqua harum Epactarum xv. xiiij. xiij. xij. xj. x. ix. viij. vij. vj. v. iiij. iij. ij. j. cum aureo numero 19. concurret, & ad superiorem literam in æquationis tabula ascendendum est. I nunc, acutissime Vieta, tuum vere Gregorianum Calendarium iacta, te vnum plus omnibus vidisse contende; quàm vellem vel hoc nomine nunquam ad Calendarij emendationem animum adiecisses, ne cuius hominis ingenium in rebus Mathematicis ad hanc diem admiratus semper sum, eius turpissimos lapsus detegere cogerer in præsentia. Quid enim turpius, aut magis absonum in Calendario excogitari potest, quàm 27. dies tantum Synodico mensi præfinire? Video naturam cuiuscunque Cycli secum ferre, vt quando ad superiorem literam in æquationis tabula trãseundum est, primæ Lunationi anni dies j. adimatur. Hoc enim in nostro quoque Calendario cernitur, vt eo in casu prima anni Lunatio complectatur dies tãtum 29. quæ alias esset dierum 30. & interdum (quãuis rarissime, nimirum quater vsque ad 100000. annum, in annis 15200. 38000. 60800. 83600.) dies duntaxat 28. quæ alioquin dies haberet 29. Aequatio enim Lunæ instituì non potest, nisi Lunationi primæ anni vel addatur vnus dies, vel detrahatur: sed quod in tuo Calendario Lunationes aliquæ constituantur dierum duntaxat 28. etiamsi nulla fiat in æquationis tabula mutatio; quotiescunque videlicet aureus numerus 19. cum supra enumeratis Epactis cõcurrit: ac proinde dierum solum 27. quando mutatio facienda est; hoc vero iure optimo reprehenditur. Id quod in Calendario nostro Gregoriano nunquam reperies. Vt vel hinc colligi quoque possit, Gregorianum nostrum Calendarium tuo longe esse perfectius, prestantiusque.

Vietam cõplures menses Lunares dierũ cantum 27. constituere.

Propter Lunæ æquationẽ adimitur, vel addi tur primæ Lunationi anni vnus dies.

Et si causam requiras, cur toties in tuo Calendario Lunatio constituatur dierum 28. in nostro vero tam raro, vt diximus, intelligas aliam non esse, nisi bonum illud (vt vocas) principium tuum nouum anni ab 8. Martij deductum, & prauam tuarum Epactarum dispositionem. Nam quia menses paschales facis omnes 30. dierum, & præcedẽtes in Februario inchoatos ab hisce Epactis xvij. xvj. xv. xiiij. xiij. xij. xj. x. ix. viij. vij. vj. v. iiij. iij. ij. j. dierum tantum 29. fit vt ijdem hi menses, currente aureo numero 19. dies duntaxat 28. complectantur. quod quidem accidet in annis 3420. 3439. 3458. 3477. 3496. 3515. 3534.

Propter quam causam Vieta toties cõstituat mensem Lunarem dierũ 28. & interdũ dierum 27.

Digitized by Google

3534. 3553. 3572. 3591. 3610. 3629. 3648. 3667. 3686. 3705. 3724. 3743. 3762. 3781. 3800. 3819. 3838. 3857. 3876. 3895. 3914. 3933. 3952. 3971. 3990. 4009 4028. 4047. 4066. 4085. 4104. 4123. 4142. 4161. 4180. 4199. 4218. 4237. 4256. 4275. 4294. 4313. 4332. 4351. 4370. 4389. 4408. 4427. 4446. 4465. 4484. 4503. 4522. 4541. 4560. 4579. 4598. 4617. 4636. 4655. 4674. 4693 4712. 4731. 4750. 4769. 4788. 4807. 4826. 4845. 4864. 4883. 4902. 4921. 4940. 4959. 4978. 4997. nimirum in ſpatio annorum 3400. ab anno ſcilicet 1600. vſque ad annum 5000. quater & octuageſies: cum tamen apud nos illud contingat tantummodo quater in ſpatio annorum 98400. ab anno videlicet 1600. ad annum vſque 100000. nimirum in annis 15200. 38000. 60800. 83600. quorum aureus numerus eſt j. & in tabula expanſa de linea inferiore ad ſuperiorem aſcenditur. Propter hunc enim aſcenſum Lunatio anni prima dies continens 29. efficitur dierum 28. At in annis illis tuis 84. conſtituitur Lunatio in Februario inchoata, terminataq; in Martio dierum 28. etiamſi nulla mutatio fiat in aequatione Epactarum, ſolum propter aureum numerum 19. tunc currentem, qui in Martio apud te primum mutatur in 1. propterea quod currente quouis alio numero aureo, eadem illa Lunatio continet dies tantum 29. Hinc perſpicuum eſt, ſi in aliquo anno centeſimo aureus numerus in Ianuario ac Februario adhuc eſt 19. & aſcenſus fieri debet in Epactis, hoc eſt, Epactæ aſſumendæ ſunt vna vnitate maiores, eandem tunc Lunationem conſtitui dierum duntaxat 27. quod prodigio peius eſt. Id quod nunquam in noſtro Calendario contingere poteſt, quippe cum prima noſtra Lunatio anni in Ianuario terminata ſemper ſit plena dierum 30. & raro admodum caua dierum 29. tum ſcilicet, cum aureus numerus eſt 19. nunquam autem dierum 28. niſi cum aſcenſus fieri debet, vt dictum eſt. Videsne ergo, in quem labyrinthum tuum illud principium anni nouum te conijciat?

5 EX his conſtat, niſi fallor, nouam anni Lunaris auſpicationem a Vieta inductam parum felices exitus habere poſſe, quippe quæ prodigia hæc in Calendario pariat omnibus modis in Dei Eccleſia deteſtanda. Videamus, ecquas Vieta cauſas habere potuerit, cur nouum initium anni ab 8. Martij deduceret. Eas igitur, quãtum intelligo ex *ipſius ſcriptis*, duas eſſe comperio: illa præcipua, quod niſi Cyclus die 8. Martij ſed Calendis Ianuarij incipere ſtatuatur, futurũ ſit, vt menſes aliquot Lunares Februario inchoati in annis biſſextilibus ſint dierum 31. propter diem intercalarẽ adiectum. quod Vietæ prodigioſum videtur. Et ſanè prodigioſum eſſet, ſi 31. dies in Calendario deſcripti vni menſi Lunari tribuerẽtur; ſed hoc in Calẽdario vulgari Gregoriano nunquã reperietur, cũ in eo menſes Lunares 30. dies, vel 29. contineant, primo anni menſe excepto, qui propter æquationem Lunæ, nonnunquam vnum diem aſciſcit, vel amittit, vt paulo ante diximus. Quod autem interdum vna Lunatio comprehendat dies 31. propter diem interclarem additum, abſurdum cenſeri non debet, cum dies ille interçalaris in Calendario notatus non ſit. Si ſecus exiſtimas Vieta, conuincam te grauiſſimorum hominum auctoritate. Nam quod tibi videtur abſurdum, non viſum eſt Patribus Concilij Niceni, non Alexandrinis, non Iulio Cæſari, apud quos omnes nõnulli menſes aureorum numerorum in annis biſſextilibus continebant dies 31. Non arbitrati autem ſunt, hoc eſſe abſurdum, quia dies ille 31. aduentitius eſt, vt dixi, nullaque ex eo in menſibus Paſchalibus oritur perturbatio. Visne igitur noſſe, Vieta, quid ſit abſurdum? docebo vno verbo. Conſtituere menſes Lunares, quod tu facis, dierum 28. illis annis, quibus Luna extra ordinem æquanda non eſt; immo vero dierum tantummodo 27. quando Lunæ æquatio extraordinaria adhibenda eſt, vt Num. 4. patuit. Tantoque abſurdius hoc eſt, quàm ſi menſis aliquis dierum 31. conſtituatur, quo magis (vt tu etiam affirmas) a menſe Lunari dierum 29. hor. 12. Min. 44. Sec. 3. diſtant dies 28. aut 27. quàm 31. præſertim cum, vt ſæpe dictum eſt, dies ille 31. additicius ſit in anno biſſextili, & extrinſecus adueniat.

Cur abſurdum non ſit, vt vna Lunatio in annis biſſextilibus contineat dies 31.

6 SANE perquã abſurda ſunt, quæ modo recẽſui. Quid ſi demonſtrauero, Vieta, initio Cycli octauo Martij cõſtituto, te nulla tamen ratione effugere poſſe, quin interdũ in anno biſſextili Lunationem conſtituas dierum 31. mutabisne ſententiam, & exordium anni nobiſcum ad Calendas Ianuarias reuocabis? ſic opinor. Ades igitur, & huc mihi oculosque animumque diligenter intende. Anno v.g. 1647. (qui non procul abeſt) ante biſſextum Epacta tua eſt j. reponens Neomeniam Paſchalem in 5. Aprilis, propterea quod aureus numerus eius anni eſt 14. cadens in tuo Cyclo Epactarum ad aureum numerum directo, in ſignum ◆ vel digamma (vt vocas) Aeolicum ϝϝ. ac proinde ex tuo præſcripto Epacta j. aſſumenda eſt. Nouilunium autem in ſequenti Februario anni biſſextilis 1648. incidit

Vietam interdum facere Lunationem dierum 31. in anno biſſextili.

Digitized by Google

incidit in 24. Februarij, e regione eiusdem Epactæ j. Cum ergo idem tuus Cyclus Epactarum ad aureum numerum directus indicet illo sequenti anno per aureum numerum 15. Epactam xj. cuius vsus ab 8. die Martij incipit, continget Neomenia Paschalis die 26. Martij: quis autem non videt, dies 31. in anno bissextili numerari à 24. Februarij inclusiue (qui tunc 29. dies habet) vsque ad 26. Martij exclusiue? Neque verò, vt te defendas, dicere potes, te in anno nostro 1648. non intercalare, propterea quod Februarius ille, in quo a nobis fit intercalatio, ad tuum annum 1647. pertinet: quippe qui annum 1648. auspiceris ab 8. Martij. Non, inquam, hoc dicere potes: quia si nobiscum non intercales in Februario eiusdem nostri anni 1648. quamuis ad præcedentem tuum annum 1647. spectet, maxima orietur confusio in annis bissextilibus, & communibus. Nam annus, qui apud nos esset bissextilis, apud te esset communis, & contra. quod scio te non esse concessurum, sed ingenue fassurum, te ante tuum annum 1648. in fine nimirum anni 1647. nobiscum intercalare. quod euidentissime quoque colligitur ex tabula temporaria festorum mobilium in Calendario seorsum edito, vbi in nostris annis bissextilibus easdem literas Dominicales, quas nos, vsurpas. quod cum facis, vide, ne in te quadret aptissime illud, quod in Critico tuo 7. nobis obijcis.

*Quæ verò microcosmia hæc Physici, me a casu ante casum affici?*

quippe qui ante annum bissextilem, qui est 1648. sicut & omnes, quos quaternarius numerat, videlicet in fine præcedentis anni 1647. intercalationem adhibeas: ita vt absolute, & simpliciter dici possit, te in anno 1647. quamuis hoc in fine fiat, nos aut in anno 1648. nimirum circa initium, intercalarem diem adijcere. Quorsum autem hæc confusio annorum ac varietas? Equidem nullam video necessitatem, neque verò vtilitatem vllam hac ex re promanare intelligo. Quinimmo agnosco, rectius conseruari æquinoctium in sua sede, si bissextilis dies in principio quarti anni intercaletur, vt nos facimus, quàm si in fine anni quarti id fiat, vt tu vis: quia æquinoctium in fine tertij anni ad summum horis 18. versus finem mensis prolapsum erit, quod per diem intercalarem prope initium quarti anni additum regredietur ad diem præcedentem sex horis ante pristinam sedem, in fine vero eiusdem quarti anni in suam sedem restituetur. At apud te in fine quarti anni reperietur æquinoctiũ versus finem mensis totis horis 24. deuolutum. Quis autẽ neget, minus aberrari in horis 18. quam in 24? quæ de re lege, si placet, quæ cap. 5. Num 18. 19. & 20. scripsimus. Non est ergo, quod tantopere collaudes istam tuam intercalationem in fine anni adhibendam. Ratum igitur est, ac firmum, te in extremo anno tuo 1647. Lunarem mensem constituere dierum 31. Sed dices fortasse, id tantum semel contingere in Calẽdario tuo. nempe id velle videris diserte, vt vnius errati venia tibi detur. Vide quàm lenti sim stomachi. facile deprecaris istam culpam: licuerit tibi noua tua anni auspicatione impune semel peccare; an etiam citra mulctam licuerit iterum ac sæpius? si liceat, ad te ipsum prouoco, qui menses Lunares dierũ 31. prodigia vocas. Age sis igitur videamus, an sæpius dierũ 31. Lunares menses consti tuas. Nihil autẽ dico, hoc semper tibi accidere, quando ante bissextũ aureus numerus maior quàm 10. incidit in tuo Cyclo in literã 77. vt paulo ante patuit; anno certè 3099. qui apud te octauo Martij incipit, aureus numerus est 3. sub litera D, & Epacta tua xxiij. Neomeniam Paschalẽ indicans die 14. Martij; & in exitu anni Neomeniam vltimã anni die 8. Martij. Sequenti anno 3100. aureus numerus erit 4. & Epacta iij. quod tunc aureus numerus 3. literæ C, maiusculæ respondeat. Neomenia ergo tum fiet 3. Aprilis. Numera iam a 3. Martij inclusiue vsque ad 3. Aprilis exclusiue, reperiesque 31. dies in illo mense Lunari contineri.

Melius conseruari æquinoctium in sua sede, si i principio quartianni, quã si in fine intercalatio fiat.

ITEM quotiescunque aureus numerus 3. literæ G, maiusculæ respondet, exhibet aureus numerus 8. Epactam xxj. Si ergo anno insequenti propter æquationem Lunæ descendendum sit a G, ad F; respondebit numero aureo 9. Epacta j. habebitque iterum Lunatio illa dies 31. quot videlicet numerantur a die 5. Martij inclusiue, vbi est Epacta xxj. vsque ad 5. diem Aprilis exclusiuè, vbi Epacta j. collocatur.

RVRSVS quando litera C, maiuscula est in vsu, hoc est, Epacta xxij. aureo numero 3. respondet, debebitur aureo numero 6. Epacta xxv. Si igitur sequenti anno descendendum sit ad literam B, maiusculam, ac proinde aureo numero 3. Epacta xxj. respondeat, habebit aureus numerus 7. Epactam v. Lunatio autem 1. Martij incipiens, desinensque vltimo Martij, dies 31. complectetur.

IDEM accidit, aureo numero 18. respondente Epactæ xxix. ideoque Nouilunio cadente in 25. Februarij. quod quidem fit, aureo numero 3. respondente Epactæ xiiij. sub p, minuscula. Nam si sequenti anno descendendum sit ad n, minusculam, postulabit aureus

numerus

Digitized by Google

numerus 19. Epactam ix. Perſpicuum autem eſt, à die 25. Februarij, vbi Epacta xxix. reperitur, vſque ad 28. Martij excluſiue, vbi poſita eſt Epacta ix. numerari dies 31. Plurima alia exempla eiuſmodi afferri poſſent, quæ breuitatis gratia omitto. Ex his certè liquet, quàm ſæpe tuum Calendarium exhibeat Lunares menſes 31. dierum. Sed vide quàm non ſim in te iniquus, Vieta, velim tantum perſuaderi tibi patiaris, iniuria abs te deturbatum eſſe initium anni à Calendis Ianuarij ad 8. Martij, vt videlicet menſes Lunares dierum 31. effugeres, quod tamen, vt vidiſti, non obtines. Ea enim eſt cuiuſque Cycli natura, vt incommodum illud dierum 31. omnino vitare non poſſit. Id quod in Cyclum noſtrum cadere etiã poſſe, quando in tabella expanſa de vna linea ad inferiorem fit tranſitus, vt cap. 18. Num. 8. atque hoc cap. ad finem Num. 4. apertè & ingenuè confeſſus ſum.

7 GRAVIS eſt, quam vt tibi condonari poſſit, quòd ſubijciam. Quotieſcunque ſiue in anno biſſextili, ſiue communi, Epacta tibi eſt xix. concurrens cum aureo numero 9. vel minore, incurrit vltimum Nouilunium anni in diem 7. Martij. Et quia tunc in tuo Cyclo Epactarum ad aureum numerum directo, anno inſequenti mutatur Epacta xix. in ſignum ◆ accipienda erit, vt tu vis, Epacta xxix. quæ diei 8. Martij, & diei 7. Aprilis aſcripta eſt. quam ergo tunc elegero, ignoro, cum hoc artis præcepta non doceant. Vtram tamen accepero, vide, qualenam inde abſurdum conſequatur. Nam ſi illam, quæ diei 8. Martij præfixa eſt, aſſumpſero, fient duo Nouilunia duobus proximis diebus, nullo die medio intercedente, vnum quidem die 7. Martij, vbi eſt Epacta xix. alterum vero die 8. vbi Epacta eſt xxix. Quis autem vnquam conſtituit Lunationem vnius duntaxat diei? Quis, niſi qui tritas relinquãt vias, ſectetur nouas? Sin autem Epactam diei 7. Aprilis aſcriptam delegero, complectetur menſis Lunaris die 7. Martij incipiens, & die 6. Aprilis deſinens, dies 31. quod omnino prodigioſum eſt, atque inauditum, cum dies trigeſimus primus non adueniat extrinſecus, vt in Calendario Gregoriano in anno biſſextili, ſed re ipſa in numero dierum Calendarij comprehendatur. Immo vero ſi hæc Epacta xxix. in Aprili eligatur, vbi quæſo eſt eo anno Nouilunium Paſchale? Ego certè nullum inuenio, cum dies 7. Aprilis ſecundum diem poſt vltimum terminum Paſchalem occupet; Epacta autem diei 8. Martij aſcripta aſſumi nequeat, ne inter duo Nouilunia nullus dies medius intercedat. At doctiſſimus Vieta, quem abſurdum hoc non fugit, peracutè propoſ. 27. reſpondet, eo in caſu tam vltimum anni diem, qui ipſi eſt 7. Martij, quam primum inſequentis participem eſſe eiuſdem Neomeniæ: vt nimirum (ait) ab 8. Martij die ſolita inſtituatur Plenilunij Paſchalis numeratio. Sed hoc nonne eſt tergiuerſari, aut (vt tuis verbis vtar) machinam ſuperinducere, & tantum non palam fateri, quod res eſt? Vide obſecrò, quò te noui tui anni exordium, nouaque Epactarum diſpoſitio coniecit? Quis vnquam Computatorum duos dies diuerſarum Neomeniarum vni eidemque Neomeniæ aſcripſit? Numquid tuæ præcepta artis non perſpicuè docent, ibi perpetuò Neomeniam fieri, vbi anni Epacta reperitur? Cur ergo in fine anni, cuius Epacta xix. non dicatur eſſe Neomenia die 7. Martij, cum ibi Epacta xix. ſcripta inueniatur? Cur item anno ſuccedente non fateamur eſſe Neomeniam die 8. Martij, vbi Epacta xxix. illius anni poſita eſt? Sanè ἀμφιβολία hæc ferenda nullo modo eſt. Quod ſi demus tibi, vt vis, Nouilunium tunc non in 7. Martij die, ſed in 8. conſtituendũ eſſe, nonne dies 31. à 6. Februarij vſque ad 7. Martij incluſiuè in anno biſſextili numerantur? Igitur velis, nolis, per tuarum Epactarum collocationem ſynodicum interdum menſem dierum 31. cuitare non potes.

Vietam nonnunquam vel conſtituere duo Nouilunia proxima, nullo intercedente die, vel nullum habere Nouiluniũ Paſchale, vniq; Lunationi dies 31. tribuere.

IDEM omnino accidet, quando Epacta xix. aureo numero 18. reſpondet. quod fit, aureo numero 3. reſpondente Epactæ iiij. Nam ſi ſequẽti tum anno, propter Solis æquationem, per lineam vnam deſcendendum ſit, vt aureo numero 3. Epacta iij. reſpondeat, habebit aureus numerus 19. Epactam xxix. in tuo Cyclo ad numerum aureum directo. Ergo idem omnino abſurdum conſequitur.

PRETEREA quod intolerabilius eſt, aureo numero 3. reſpondẽte Epactæ xxv. obtinebit aureus numerus 8. Epactã xx. Neomeniaq; in Martio die 6. cõtinget. Si ergo anno ſuccedente per vnam lineã ſit deſcendendum, vt aureus numerus 3. Epactæ xxiiij. reſpondeat, incidet aureus numerus 9. huius anni ſequẽtis in γγ. vel ſignũ ◆. Igitur Epacta tũc aſſumẽda eſt xxix. ex tuis præceptis, cõplecteturq; mẽſis Lunaris die 6. Martij incipiẽs, deſinẽſq; die 7. eiuſdẽ menſis, duos tantũ dies, cũ alter menſis incipiat die 8. ab Epacta xxix. quod abſurdũ eſſe, nemo negabit. Quid igitur conſilij capies, mi Vieta, vt hoc te incõmodo liberes? Dicesne, relicta Epacta xxix. diei 8. Martij aſcripta, aſſumendam eſſe ſequentem diei 7. Aprilis affixam? non opinor. Nam preterquàm quod tunc contra tua præcepta non fieret Neomenia

Vietam interdũ vel conſtituere Lunationẽ duorum tantum dierum, vel 32.

Digitized by Google

menia die 8. Martij, vbi Epacta anni collocatur, contineret mensis Lunaris die 6. Martij incipiens, desinēsque 6. Aprilis, dies 32. quod monstro peius est, nullumque eo anno Nouilunium esset Paschale. An vero dices, tam postremos duos dies anni, quam primum subsequentis, hoc est, dies 6. 7. 8. Martij eo in casu participes esse eiusdem Neomeniæ, vt videlicet ab 8. Martij die solita instituatur Plenilunij Paschalis numeratio? vix credo. Nam non solum omnes contra te Computatores concitares, qui tam insolitæ rei, qualis est, tres dies eidem Neomeniæ ascribere, non subscribent, cum hoc fit contra Lunationum leges; verum etiam mensis Lunaris die 5. Februarij inchoatus, atque die 7. Martij completus, vt Neomenia Paschalis die 8. inciperet, dies 31. complecteretur in anno communi, & in bissextili 32. Quamcunque ergo in partem te vertas, Vieta, vides profectò, quantis in angustijs, ob tuum verè Gregorianum Calendarium, versaris. Accidit tibi hoc casu aliud inusitatum atque nouum, nimirum quando Epactam xx. anno succedente Epacta xxix. consequitur, addenda tantum esse 9. ad præcedentem Epactam, vt sequens formetur, contra omnium Computistarum morem atque doctrinam.

8 REGVLA quippe antiquissima celeberrimaque est, & ab omnibus Computistis tradita, & quidem accuratissimè in nostro Calendario Gregoriano obseruata, vt cuiuscunque anni Epacta data, insequentis anni Epacta conficiatur per additionem 11. nisi si aureus numerus antecedentis anni fuerit 19. Tunc enim adduntur 12. cuius rei causam cap. 12. Num. 13. exposuimus; & nisi forte de linea aliqua ad inferiorem, vel superiorem in tabula expansa transeundū sit: quia tunc adduntur vel solum 10. vel 12. etiamsi aureus numerus nō sit 19. vel certè 13. quādo aureus numerus est 19. & superior linea assumenda est, vt cap. 12. Num. 14. scripsimus. Hanc regulam ab omnibus ad hanc diem sanctè religioseque seruatam Vieta prorsus infringit. Quando namque aureus numerus maior est, quam 10. incidítque in eius Cyclo Epactarum ad aureum numerum directo in Epactam signi ◆. vel Aeolicum digamma γγ. ita vt ex eius præscripto Epacta j. assumenda sit, addenda solum erunt 10. vt Epacta xj. in Cyclo Epactarū Epactam ◆ vel γγ. insequens formetur, licet ad inferiorem literam in æquatione non sit descendendum. Et quando Epacta est xix. addenda necessario erunt 12. (etiamsi aureus numerus non sit 19. neque ad literam superiorem in æquatione ascendendum sit) vt Epacta j. conficiatur, quam loco Epactæ ◆ vsurpandam præcipit. Rursus quando aureus numerus minor est quam 11. incidítque in eodem eius Cyclo Epactarum ad aureum numerum directo in Epactam ◆ vel γγ. ita vt tunc ex eius præscripto Epacta xxix. sit recipienda, adijcienda iterum erunt 12. quamuis ad superiorem literam ascensus non fiat, vt Epacta xj. in Cyclo Epactarum Epactam literæ γγ. vel signi ◆ insequens confletur. Et quando Epacta est xix. addenda solum erunt 10. licet ad inferiorem literam non fiat descensus, vt Epacta xxix. componatur, quæ pro Epacta ◆ vel γγ. in usum adhibenda est. Omitto, quòd non rarò, quando descendendum est ad literam inferiorem, solum addenda sunt 9. vt in fine Num. 7. patuit. Nihil etiam dico, quòd 13. addenda sunt, quando aureus numerus est 19. & superior litera assumenda est: quia hoc etiam in nostro Cyclo fit, vt paulo ante diximus. Aequatio enim Lunæ, ita tunc faciendum esse, requirit necessario. Quorsum autem, mi Vieta, hæc tanta ἀταξία & insuper inconstantia, & ambiguitas? Quo modo sciet Computator, num addenda sint 9. an 10. vel 11. an vero 12. vt sequens formetur Epacta, ni si perpetuò inspiciat tuum Epactarum Cyclum ad aureum numerum directum? Sanè artis præcepta hoc non docent. Estne hoc, salua, & illibata manere (vt præ te fers) Patrum Nicæni concilij Decreta? Equidem in tota antiquitate incredibilem animaduerto in Epactis formandis constantiam, quam etiam in nouo nos Calendario inuiolate, vt par est, retinuimus, exceptis ijs casibus, quos paulo ante retulimus, qui quidem notissimi sunt, atque adeo neminem Computistarum latere possunt.

Vieta non semper addere 11. vt Epacta sequēs formetur, etiamsi neque aureus numerus sit 19. neque alia litera æquationis accipiēda sit.

9 QVAERO præterea ex te, doctissime Vieta, quid peccarint sex hi dies anni, nimirum 26. Ianuarij: 6. Aprilis: 4. Iunij. 2. Augusti: 30. Septembris: & 28. Nouembris, quòd ab eis, tanquam a nefastis, omnia Nouilunia refugiunt; quippe cum in tota æternitate nullum in eis Nouilunium per te contingere possit, propter Epactam literæ γγ. vel signi ◆ illis diebus appositā, pro qua præcipis semper assumēdam esse vel Epactam xxix. infra illud signum scriptam, vel Epactam j. supra idem signum notatam. Nonne hoc temere affirmari censendum est, nulloque modo credendum? Qui enim fieri potest, vt in omnes alios dies Nouilunium incidere possit, in illos verò sex nullum?

Vietam temere sex dies anni Nouilunio priuare.

SED si huius rei causam quoque conijcere licet, ea videtur esse, quòd cum abhorreas



Digitized by Google

a collegio duarum Epactarũ eidem diei in sex mensibus ascriptarum, coactus es vnam ex 30. Epactis in sex mensibus expungere, vt Lunationes constituerentur alternis 30. & 29. dierum. Hanc autem esse voluisti γγ, vel ◆. Quare si ea Nouilunium indicatura esset, quãdo in eam aureus numerus in Cyclo Epactarum ad aureum numerum directo incidit; fieret Nouilunium tunc Paschale die 6. Aprilis, extra terminos Paschales, & in sex mensibus, vbi ea non reperitur, nulla Neomenia haberetur. quorum vtrumque absurdum est. Cum ergo absurdum etiam sit, dies aliquos Nouilunijs priuare, non abhorrere debemus à collegio duarum Epactarum eidem diei ascriptarum, cum per illud omnia absurda vitentur, vt ex nostro Calendario, præsertim si Epactæ eius in aureos numeros resoluantur, quod à nobis cap. 15. in triginta Calendarijs factum est, perspicuum esse potest.

Non esse necessarium vt menses Paschales sint pleni, immo esse Patribus Nicæni cõtrarium.

10 ALTERA causa videtur Vietam permouisse, vt initium anni diei octauo Martij assignauerit: quia videlicet, hoc posito initio, eiusque collocatione Epactarum instituta, omnes menses Lunares Paschales pleni sunt, dierum scilicet 30. Sed hoc quid ad rectam Paschę celebrationem? Num si vel vnus eorum mensium, vel etiam omnes essent cani, dierum videlicet 29. Pascha è suo loco deturbaretur? Certè hoc Patres Nicæni concilij non agnouerunt, qui menses omnes Paschales cauos, id est, dierum tantummodo 29. constituerunt. atque hoc idem à nobis in Calendario nouo præstitum est diligentissimè, duobus mensibus exceptis Epactarum xxiiij. & 25. vt cap. 10. Num. 9. declaratum est. Immo ne septẽ Lunationes efficerentur dierum 30. repudiauimus æquationem in Calendario ad Principes Christianos anno 1577. transmisso adhibitam per Epactas xxix. in fine Martij, & hanc aliam in nouo Calendario per Epactas xxv. xxiiij. die 5. Aprilis institutam elegimus. Qua fronte igitur propos. 29. dicas, non solum apud Hebræos, sed alios quoscunque Computatores, fuisse hactenus in more positum, vt primus mensis, hoc est, mensis Paschalis apud te, constitueretur plenus, tu videris. An quo tempore Concilium Nicænum coactum est, quo inquam tempore tam magnus integerrimorum, ac doctissimorum hominum prouentus extitit, vna supputandi ratio nulla fuit? An Dionysius Abbas, cognomento exiguus, Computator ætatis suæ facile princeps contemnendus omnino videtur, qui anno 532. ad tollenda semina discordiarum inter Græcos, atque Latinos, super Paschæ celebratione Cyclum Alexandrinorum, hoc est, Concilij Nicæni, confirmauit, atque in Calendario Romano inscripsit, eosdem menses Paschales cauos constituens? An tibi grauissimorum illorum Patrum auctoritas nulla est? Non est igitur, mi Vieta, cur tantopere glorieris, te omnes menses Paschales constituisse plenos: nisi forte gloriosum tibi videtur, Concilij Nicæni super hac re sapientissima decreta rescindere, quæ tamen hominum vniuersa posteritas non summo studio venerari, turpissimum semper sibi existimauit.

SED non præuidisti, credo, hosce menses Paschales plenos te in eum labyrinthum tot Lunationum dierum 28. de quo supra ad calcem Num. 4. coniecturos fuisse: alioquin haud dubiè cum Computistis tritam viam mensium Paschalium cauorum ingressus fuisses.

SCIO equidem, omnes Computistas primum mensem Lunarem, qui in Ianuario semper finitur, constituisse plenum, sed simul etiam noui, eosdem constituisse omnes menses Paschales cauos. Magis ergo Calendarium nostrum cum Computistarum doctrina congruit, quam tuum.

Respõsio ad ea, quibus Vieta Calendarium Gregorianum impugnat.

11 ATQVE hæc cursim in Calendarium Vietæum sint animaduersa. Plura enim absurda paulo infra indicabimus, cum eius Lunas xiiij. Paschales examinabimus, in quibus quidem insignia eum commisisse errata ostendemus, si prius tamen breuiter ad eius *nenia*, quibus seuere admodum Calendarium nostrum dijudicat, responderimus. Primo ergo loco accusat Gregorianum Calendarium, quòd in eo menses Lunares à sexto Februarij ad diem vsque intercalationis, si annus fuerit bissextilis, incipientes constituantur dierum vnius & triginta. Verum hoc non esse absurdum, Num. 5. ostendimus. Sed a recta Computi ratione alienum est, multos menses constituere dierum duntaxat 28. & interdum vnũ mensem dierum 31. qui omnes in Calendario sint descripti, etiamsi æquationis litera mutanda non sit. quod Vietam facere, Num. 4. docuimus. In nostro autem Calendario nulla Lunatio continet dies 31. qui in Calendario descripti sint, aut solum 28. si primum anni mensem Lunarem excipias, cum de superiori linea ad inferiorem, vel ab inferiori ad superiorem fit transitus, vt ad finem Num. 4. traditum est: sed extra hunc casum per accidens, vt ita dicam, dies intercalaris additus efficit interdum, vt Lunatio 30. dierum contineat dies 31. qui tamẽ omnes in Calendario notati nõ sunt; vt verè dicere possimus, nulli mensi Lunæ in Calẽdario nostro dies 31. tribui, aut 28. nisi si Lunæ æquatio adhibẽda sit, vt dictum est.

DEIN-

Digitized by Google

DEINDE ait in nouo Calendario esse Neomeniam anni aliquam, qua data, non dari Neomeniam Paschalem, propter duas Epactas 19. & xx. vltimo diei Decembris ascriptas. Vbi (pace ipsius dictū sit) parum candide, ac syncere se gerere videtur Vieta. Nam etsi vltimo Decembris diei ascriptæ sint duæ hæ Epactæ, 19. & xx. non tamen ambæ eodē anno vsurpantur, sed vna tantū; quæ autē illa sit, clarissimè artis præcepta docent, vt ex tabula expansa, eiusque æquatione manifestum est: & quidem ad finem Decembris in Calendario apertissimè docuimus, quando Epacta 19. iuxta Epactam xx. posita vsui futura sit. Atque ita quando Epacta 19. Nouilunium indicatura est postremo anni die, dubitandum non est, quin Epacta xix. ita ostenderit eo anno Neomeniam Paschalem die 12. Martij: quando verò Epacta xx. Nouilunium indicat vltimo Decembris die, manifestum etiam est eandem Epactam xx. indicasse iam Neomeniam Paschalem die 11. Martij eodem illo anno. Vbi est ergo illa ἀμφιβολία quam nobis Vieta tantopere exprobrat?

TERTIO in eandem sententiam ita argumentatur, cum ait, esse Neomenias Paschales aliquas, quibus datis, non ideo dari Neomenias anni reliquas. Duo adducit exempla. Primum est. Sit, inquit, data Neomenia Paschalis quarto Aprilis & aureus numerus ann. 12. vel maior. Quæruntur Neomeniæ anni reliquæ. Quartus Aprilis, duplicē exhibet Epactam, 25. & xxvj. Prior arguit Neomeniam quarto Maij, posterior autem tertio Maij. Cur verò hanc potius, quam illam elegero, non docent artis præcepta. Alterū exemplum est. Sit rursus, ait, data Neomenia Paschalis quinto Aprilis, & aureus numerus 11. vel minor. Quæruntur Neomeniæ anni reliquæ. Quintus Aprilis duplicem exhibet Epactam, xxiiij. & xxv. Prior arguit Neomeniam quinto Maij, posterior verò quarto. Cur verò illam potius, quam hanc elegero, non docent artis præcepta. Bone Deus, quis crederet, Vietam virum grauem, ac doctum hisce Nęnijs delectari? An non luce clarius cap. 10. docuimus, binas Epactas eidem diei ascriptas non posse esse in vsu in eodem Cyclo decemnouennali? An non etiam tum cap. 12. Calendarij lectorem instruximus, vtram earum cum aureo numero anni assumere debeat? Quid ergo vociferatur, artis præcepta hoc non docere?

QVARTO Cyclum nostrarum Neomeniarum Paschalium sic fermè impugnat. Directo, inquit, ad aurei numeri normam Neomeniarum Paschalium Cyclo, æquali ac vniformi nō incedunt illę progressu. Hoc ita probat. Sit aureus numerus j. Neomenia verò Paschalis, vicesimus secūdus Martij. quod accidet anno 6802. Cū igitur aureus numerus erit 8. anno videlicet 6809. cadet in quartum Aprilis Paschalis Neomenia, ex Cyclo Epactarum ad aurei numeri normam directo. Esto rursus aureus anni numerus j. Neomenia verò Paschalis vicesimus quartus Martij. quod fiet anno 7011. Cum igitur aureus numerus erit 8. anno nimirum 7018. cadet Neomenia Paschalis in quintum Aprilis, ex eodem Cyclo. Eodem igitur interuallo, vtpote 209. annorum, (Tot enim anni à 6802. ad 7011. & a 6809. ad 7018. numerātur) quę pertinebat Neomenia ad aureum numerum j. promouebitur in consequentia duobus diebus: quæ vero ad aureum numerum 8. promouebitur iniqua dispensatione die duntaxat vno. Affert deinde aliud exēplum ferè eiusmodi. Esto aureus numerus j. & Neomenia Paschalis, octauus Martij. quod anno 3610. continget. Cū igitur aureus numerus erit 15. anno scilicet 3624. cadet Neomenia in tertium Aprilis. Sit rursus aureus numerus j. & Neomenia Paschalis, decimus Martij, anno scilicet 3914. Cum igitur aureus numerus erit 15. quod fiet anno 3928. Neomenia Paschalis in quartū Aprilis cadet. Eodem igitur annorum interuallo, vtpote 304. (quot videlicet numerātur à 3610. ad 3914. & a 3624. ad 3928.) Neomenia ad aureum numerum j. pertinens promouebitur duobus diebus: quæ vero ad aureum numerum 15. pertinet, vno duntaxat die promouebitur, iniqua dispensatione. sed heus, Vieta, quæ iniquitas in hac dispensatione committitur? Quæ lex, aut quod decretum cauit vnquam, ne propter Lunationes alterans 30. & 29. dierum, Epacta aliqua, qualis est xxiiij. diei 5. Aprilis apposita, è suo loco, id est, a sexto Aprilis sursum moueri possit ad quintum Aprilis? Item Epacta 25. diei 4. Aprilis præfixa à quinto Aprilis ad quartum? Quid enim hoc rectæ celebrationi Paschæ detrimenti affert? Nonne idem contigit in Cyclo aurei numeri Concilij Nicęni? Nam in eo, currente aureo numero j. fiebat Neomenia Paschalis 23. Martij: at post 13. annos, currente aureo numero 14. eadem in 30. Martij incidebat: Rursus currente aureo numero 9. Paschalis Neomenia diem 25. Martij tenebat: at post annos 13. currente aureo numero 3. eadem Neomenia die 31. Martij contingebat. Num igitur inique egerunt Patres Nicæni, qui ita aurei numeri Cyclum disposuerunt, vt ab aureo numero j. ad aureum numerum 9. Neomenia duobus diebus promoueretur, at ab aureo numero 14. ad aureum numerum 3. vno



Digitized by Google

tantum die; cum tamen ita distet aureus numerus 14. ab j. vt aureus numerus 3. à 9? Hoc autem ita esse, constat ex Calendario Ecclesiastico antiquo, quod cap 9. proposuimus. Neque vnquam conuinces, iniquum id esse, cum propter Lunationes alternas 30. & 29. dierum vitari non possit. Sed tu fortassis iniquam hanc dispensationem (si ita eam appellare vis) prorsus in Calendario tuo euitas? Quid si eiusdem criminis (si crimen dicendum est, quod necessario fit) reum te esse conuicero? Sit ergo aureus numerus j. Neomenia verò Paschalis 24. Martij. quod contingit, cum Epacta tua est xiij. Cum ergo aureus numerus erit 8. Neomenia cadet in 8. Martij, vbi collocata est Epacta xxix. quam tunc pro signo ◆ accipis. Esto rursum aureus numerus j. Neomenia autem Paschalis 26. Martij, quando tua Epacta est xj. Cum ergo aureus numerus erit 8. cadet Neomenia in 9. Martij, vbi Epacta xxviij. sita est. quæ omnia ex tuo Cyclo ad aureum numerum directo eruuntur. Nonne vides, eodem annorum interuallo, vtpote 513. (Nam anno 7011. aureus numerus est j. & Epacta tua xiij. anno vero 7018. aureus numerus 8. & Epacta xxix. Deinde anno 7524. rursus aureus numerus est j. & Epacta xj. anno autem 7531. numerus aureus est 8. & Epacta xxviij.) Neomeniam, quæ pertinebat ad aureum numerum j. promoueri duobus diebus à 24. die ad 26. eam verò, quæ ad aureum numerum 8. spectabat, vno tantum die; ab 8. ad 9? Sit iterum aureus numerus j. Neomenia vero Paschalis 24. Martij, iuxta Epactam xiij. Cum igitur aureus numerus erit 8. ideoque Epacta tua xxix. ex tuo Cyclo, cadet Neomenia in 8. Martij. Rursum sit aureus numerus j. Neomenia vero Paschalis 25. Martij, prope Epactã xij. Cũ ergo aureus numerus erit 8. cadet Neomenia Paschalis in 8. Martij, iuxta Epactam xxix. quæ tunc cum aureo numero 8. concurrit, ex tuo cyclo. Igitur Neomenia aurei numeri j. promouebitur vno die, Neomenia vero aurei numeri 8. immota persistet in octauo Martij. Innumerabilia huiusmodi exempla proferre possem, sed non iuuat in re iudicra immorari. Menses namque Lunares 30. & 29. dierum cogunt hunc inæqualem progressum fieri; vt accidit in nostro Calendario in 6. mensibus, propter Epactas 25. xxiiij. quæ per vnum diem sursum sunt promotæ. Idemque in tuo Calendario cernitur, propter signum ◆ quod cogit pro eo assumendam esse modo Epactam j. modo xxix. *Immerito* ergo propter hunc progressum inæqualem Gregorianum Calendarium damnas, cum is in tuo quoque Calendario reperiatur, nullusque Cyclus illum effugere possit.

QVINTO nos carpit Vieta, quòd in Calendario Gregoriano Epactam xxv. cum aureo numero non maiore quam 11. vsurpemus, Epactam vero 25. alio colore depictam, cum aureo numero maiore quam 11. atque ob id illam cum Epacta xxiiij. eidem diei alligauerimus, hanc verò Epactæ xxvj. associauerimus. Ille enim mallet, prius fieri cum aureo numero non maiore quã 10. posterius autẽ cũ numero aureo maiore quã 10. Ecce facinus nullo piaculo doctissimo viro Vietæ expiandum. Quasi vero hoc etiam non ob alternas Lunationes dierum 30. & 29. fecerimus, vt copiosè cap. 10. exposuimus. Et vero in quos labyrinthos se ipse conijciat, quando nos Epactam 25. quarto Aprilis ascriptam cum aureo numero maiore quam 11. assumimus, ipse vero Epactam j. quinto Aprilis affixam. Item quando nos Epactam xxv. diei 5. Aprilis appositam cum numero aureo non maiore, quam 11. vsurpamus, ille vero Epactam ij. diei 4. Aprilis præpositam, paulo post indicabimus. Tabula certè festorum mobilium cap. 22. ad annum vsque 5000. supputata euidenter demonstrat, Epactam 25. recte Epactæ xxvj. & Epactam xxv. Epactæ xxiiij. associatam. Quod autẽ aureos numeros priores 11. quæ maiores nõ sunt, quam 11. à posterioribus 8. quæ maiores sunt quàm 11. distinguamus, rem facimus antiquis Computatoribus consentaneam, qui Cyclum decemnouennalem non in decadem, & enneadem, vt Vieta, sed in endecadem, & ogdoadem distribuerunt, idque magno consilio, ac ratione: quandoquidem cyclus aurei numeri decemnouennalis apud omnes gentes ita in Calendario dispositus fuit, vt sequens ex præcedente per additionem octonarij, & præcedens ex sequenti per additionem vndenarij formaretur, vt cap. 9. Num. 7. docuimus. quæ res in Enneadem, atque Decadem nullo modo conuenire potest.

SEXTO videntur Vietę in Calendario Gregoriano perperam ordinatæ Epactæ, quod ita ostendere conatur. Seculo 1500. ante correctionem cum aureo numero 3. currebat Epacta iij. indicans in Calendario Gregoriano Neomeniam Paschalem 28. Martij. Post correctionem vero, ablatis 10. diebus, dies 28. Martij incidit in 7. Aprilis, (miror, cur ipse dicat in 6. Aprilis, cum 10. additis ad 28. fiat dies 38. Martij hoc est, 7. Aprilis, non autem 6.) & Epacta iij. migrat in xxiij. quæ indicat Neomeniam 6. Aprilis, non autem 7. Pergit deinde. Si bene dicantur Epactæ ordinatæ, non sibi constabunt Neomeniæ Paschales. Nam

cum

Digitized by Google

cum seculo 1500. Neomenia post correctionem ex 28. Martij prolapsa sit ad 7. Aprilis, vbi est Epacta xxij. oportuisset tunc Neomeniam Paschalem incidere in 9. Martij, vbi eadem Epacta xxij. collocatur, quod falsum est, cum tunc Epacta iij. mutata sit in xxiij. quæ Neomeniam Paschalem reponit in 8. Martij, non autem in 9. Malitiosè hic se gerit Vieta. Accipit enim Martium cum Aprili, vbi propter alternos menses 30. ac 29. dierum Epacta xxiiij. cum alijs infra ipsam, relicta propria sede, in superiorem commigrauit: vt mirum non sit, prædictam varietatem in Nouilunijs apparere; quæ tamen solennitati Paschali non officit. Quod si accipiamus Aprilem cum Maio, vbi non sunt associatæ duæ Epactæ xxv. xxiiij. diuersitas illa locum non habet, sed omnia inter se perbelle consentiunt. Nam, vt in eodem exemplo versemur. Seculo 1500. ante correctionem cum aureo numero 3. vsurpabatur Epacta 3. cuius Neomenia cadit in 26. Aprilis. Cum ergo post correctionem, propter ablationem 10. dierum, dies 26. Aprilis, euadat 36. hoc est, 6. Maij, & Epacta iij. in xxiij. mutetur, vides Epactam xxiij. sexto Maij præfixam esse. Idem quoque obseruare licet vel in solo Martio, vel etiam in Martio, & Aprili simul, dummodo dies 10. ablati non cogant nos infra Epactas xxv. xxiiij. descendere. Nam eodem seculo 1500. ante correctionem aureo numero 6. respondebat Epacta vj. Neomeniam reponens in 25. Martij. Cum ergo, ob 10. dies exemptos, dies 25. Martij euadat 35. id est, 4. Aprilis, Epactaque vj. mutetur in xxvj. cernis hanc diei 4. Aprilis esse appositam. Aliud quoque Vietæ exemplum ad rem non facit, propter duas illas Epactas xxv. xxiiij. eidē diei alligatas. Nam nisi Epactæ xxij. & xxiij. cum xxiiij. in Aprili per vnum diem ascendissent, collocaretur Epacta xxiij. ad diem 7. Aprilis, quæ quidem Neomeniam Paschalem indicat die 8. Martij, vt Vieta desiderat. Callidè ergo assumpsit Epactam xxij. infra xxv. xxiiij. cum ea suum locum deseruerit. Quod si hac calliditate vti liceat, deprehendemus, eum eodem hoc morbo, quem adeo reformidat, laborare. Quoniam enim dies 27. Martij, vbi aureo numero 14. cum Epacta iiij. ante correctionem seculo 1500. concurrente, Neomenia Paschalis contingebat, post correctionem, per ablationem 10. dierum, euadit 37. id est, 6. Aprilis. Vietæ autem Epacta tunc cum aureo numero 14. concurrens est j. vt ex eius Cyclo apparet, deberet, si rectè contra nos est argumentatus, eius Epacta j. sextum Aprilis occupare, cum tamen eam diei 5. præfixerit. Non ergo recte ordinatæ sunt eius Epactæ, quod non concedet. Causa autem huius diuersitatis apud ipsum eadem est, quæ apud nos. Nam loco duarum Epactarum xxv. xxiiij. eidem diei ascriptarum, assumit modo xxix. modo j. pro signo ■ vel γγ. Non igitur absurdum hoc est, cum Cycli natura id necessariò secum afferat, quocunque modo ordinetur, dummodo Lunationes alternis dierum 30. & 29. constituantur, vt ratio postulat.

SEPTIMO male habet Vietam, quòd Epactas mutemus in principio Ianuarij. Nam ex ea mutatione sequitur, vt in duobus primis mensibus Nouilunia tardius contingant vno die in centesimis annis non bissextilibus, cum dies non in principio anni, sed 24. die Februarij ex anno dematur. Quid tum, Vieta? an propterea menses Paschales, quorum maior est habenda ratio, minus rectè progrediuntur? Non video. Caue, putes, eos, qui correctioni Calendarij interfuerunt, discrimen hoc non animaduertisse. Apertè enim hoc agnouimus, vt cap. 12. Num. 5. prope initium diximus. Pluris illi fecerunt vniformitatem in Calendarij correctione, quam illam Lunæ postpositionem. Cum enim Ecclesia Catholica à Concilio Nicæno ad correctionem Gregorianam vsque aureum numerum mutauerit semper in principio Ianuarij, cur ibidem Epactam ex aureo numero pendentem non mutemus? præsertim cum nihil absurdi hinc in Neomenijs Paschalibus oriatur? postpositio autem illa in duobus primis mensibus duntaxat illius centesimi, in quo ab intercalatione cessatur, contingat?

OCTAVO asserit Vieta, Cyclum Lunæ decemnouennalem, & Cyclum 300000. annorum tabulæ æquationis Epactarū, de quo cap. 11. Num. 10. actum est, inter se non constare, quod vltro concedimus. Iam dudum enim cap. 12. Num. 10. Cyclum 300000. annorū reiecimus, docuimusque eum locum amplius non habere, propterea quòd tabulam æquationis aliter ibi constituimus, quam fuit ex auctoris Calendarij sententia ad annum vsque 300000. vniformiter continuata, atque extēsa; ex qua quidē vniformitate Cyclus ille solū collectus fuit: quamuis idē quoque Calēdarij auctor probe nouerit, vniformitatē illam perpetuò non posse durare. Itaque telum hoc in Calendarium emissum Calendarij auctorem feriret, si æquationem suam, & Cyclum illum 300000. annorū ex ea collectū affirmasset esse omnino accuratū, quod tamen nō asseruit: Calendariū verò ipsum, si æquatio corrigatur, vt cap. 12. docuimus, ne leuiter quidem perstringit. Solum enim euincit, æquationem ex



Digitized by Google

auctoris sententia non esse rectè cap. 11. ad secula longiora constitutam. quod neque auctor, neque nos negamus, cum eam postea cap. 12. Num. 10. correxerimus.

POSTREMO insistit, atque vrget, in longissimè distantibus seculis per æquationem Epactarũ cap. 11. præscriptã, Epactã exhibere Lunam nouam, cum ea ferè est διχότομος, vel πανσέληνος. Annos in exemplum adducit 109500. & 218000. quod verum est. Nam priori anno congruit numerus aureus 4. & Epacta xix. iuxta illam æquationem, statuens Neomeniam in 12. Martij, cum tamen Nouilunium medium fiat, secundum calculum, die Martij 18. Hor 11. ferè. Posteriori autem anno aureus numerus est 14. & Epacta xxiiij. indicans Neomeniam die 5. Aprilis, cum tamen tabulæ doceant, Nouilunium medium tunc accidere die Martij 20. Hor. 2. ferme. Sed nos non illam æquationem, sed eam, quam cap. 12. correctã instituimus, probamus, ex qua si Epactę eruantur, inueniemus, eas ex vsu Ecclesiæ non malè cum calculo Astronomico consentire. Nam anno 109500. ea Epactã offert xj. cuius Nouilunium cadit in 20. Martij: At anno 218000. eadẽ Epactã viij. exhibet, quæ Nouilunium reponit in 23. Martij, quæ duo Nouilunia subsequuntur cęlestia tanto interuallo, quantum satis est, vt Lunæ xiiij. non præueniant oppositiones medias maiori tempore, quã par est. Quamuis enim Epacta viij. postponat aliquantisper Neomeniam anno 218000. anno tamen 219000. quo aureus numerus est 7. Epacta xvj. rectè reponit Lunam xiiij. in 28. Martij, cum oppositio media tunc fiat die 28. hor. 5. fermè. Tua autem Epacta, mi Vieta, (vt obiter hoc etiam dicam) eodẽ anno, vt ex regula tua, quã infra subijciã, colligitur, erit xxiij. reponens Lunam xiiij. in 27. Martij; ac proinde si sequens dies foret Dominicus, celebrares Pascha ante Plenilunium medium. Rectius ergo tunc se habet nostra æquatio, quã tua: Ita vt gloriari non possis, te meliorem instituisse æquationem, quam nos: quandoquidem nunc nostra, nunc tua in seculis remotissimis rectius Lunas xiiij. exhibet. Mirum autem non est, æquationem non semper cælestibus motibus ad vnguem respondere, vt cap. 12. Num. 10. diximus, præsertim ad tam longè distantia secula, quæ in exemplum adducuntur. Ergo nihil tuum hoc argumentum, Vieta, concludit, si Epactarum æquatio ritè instituatur, vt à nobis cap. 12. Num. 10. factitatum est; quamuis frustra eius veritas in seculis tam longè distantibus requiratur, vt ibidem diximus. Sed neque multum aduersus æquationem auctoris Calendarij cap. 11. traditam valet. Neque enim auctor, & ij, qui correctioni interfuerunt, illam ęquationem proposuerunt, tanquam certissimam, & quæ emendatione nunquam egeret: quippe cum cap. 12. Num. 16. ingenuè confitear, non solũ illam, sed nostram etiam, mutandam esse, si forte ea Epactas non rectè exhibeat post aliquot annorũ millia: & modũ quoque ac rationẽ correctionis ibidem, & ad calcẽ eiusdẽ cap. 12. pręscripserimus. Solum illud correctores Calendarij præ oculis habuerunt, vt explorarent, quonam ordine secundum illam æquationis rationem literæ tabulæ expansæ progrederentur. quo factum est, vt Cyclus 300000. annorum collectus sit: quamuis Neomenijs, vt dictum est, non respondeat in tam longè distantibus seculis. Satis fuit auctori, eam æquationem ad plura annorum millia recte monstrare Epactas, quod verissimum est: Curã autem eam in futuris seculis corrigendi posteris, si mundus duret, reliquit. Quid ergo contra illam æquationem afferre potes, quod sit alicuius momenti? Certe tum demum falsitatis eam conuinceres, si auctor illam nunquam correctionem esse desideraturam asseruisset. quod nusquam inuenies, sed contrarium potius, vt dictum est. In hisce tamen postremis duabus reprehensionibus iustam excusationem habes: quia videlicet non videras ea, quæ hoc libro de recta Epactarum æquatione scripsimus; quæ si perlegisses, non dubito, quin æquius, ac rectius de Calendario Gregoriano, quod anno 1582. editum est, sensisses.

Quid auctor Calendarij, eiusque correctores in æquatione Epactarum præ oculis habuerint.

QVIN etiam si in mentem tibi venisset, nullum Cyclum, quacunque solertia æquatum, posse ad longius remota secula Astronomico calculo exquisite respondere, procul dubio æquationem auctoris tam facile non condemnasses: quandoquidem nec tua æquatio, quam tanti facis, cum motibus cælestibus ad futura secula semper conuenit. Fidem huic rei facient duo exempla à te prolata, quorum primum est annus 19480000. in quo aureus numerus est. 4. & Epacta secundum tuam ęquationem, vt propos. 17. asseris, xxix. Neomeniam Paschale exhibens 8. Martij: Et tamen calculus verior eo anno Nouilunium medium Paschale offert 30. Martij, hor. 15. post mer. eoque amplius. Alterum exemplũ est annus 165580200. cuius aureus numerus est 8. & Epacta tua ij. vt propos. 39. affirmas, quamuis propos. 40. dicas (quod mirum est) Neomeniam esse 2. Aprilis, ac proinde Epactam iiij. Sed vtram assumpseris, dissentiet ab ea calculus Astronomicus verior, qui Nouilunium medium indicat die Martij 22. hor. 15. post mer. Vides igitur, neque tuam æquationem

Digitized by Google

tionem cum calculo Astronomico in tam longè distantibus seculis conuenire: cuius rei causam cap. 12. Num. 10. aperuimus.

IMMO neque in seculis minus remotis Epactæ semper calculo Astronomico respondere possunt. Exemplum è multis hoc vnum deligatur. Anno 4900. aureus numerus est 18. Epacta Gregoriana xxiiij. Vietæa j. Vtriusque Luna xiiij. cadit in 18. Aprilis: cum tamen oppositio media contingat die Aprilis 19. Hora 19. post mer. quæ Paschalis non est, sed ea, quæ in Martio incidit in D. 21. Hor. 6. post mer. Cur ergo, dicat aliquis, æquatio non sic instituitur, vt tunc aureo numero 18. respondeat Epacta xxiij. in Calendario Gregoriano, & Epacta xxix. in Vietæo? Respondeo, hoc non expedire. Nam tunc alijs aureis numeris aliæ Epactæ, quæ vna vnitate minores essent, quàm priores, responderent; ideoque earum Lunæ xiiij. postponerentur, cum priores Epactæ, quando aureus numerus 18. dat Epactam xxiiij. plerumque rectè Lunas xiiij. monstrent. Idem ostendi posset in plerisque alijs Epactis, quarum aliæ nimium anteuertere videntur oppositiones medias, aliæ vero nimium postponere: ita vt collocatio Epactarum, earumque æquatio sine causa reprehendatur hoc nomine, quòd aliquæ, etiam in seculis minus remotis, minus apte motui cælesti congruant; cum in omni cylo hoc contingat. qua de re plura à nobis scripta sunt cap. 19. Num. 6. & sequentibus, clarissimeque in tabula festorum mobilium cap. 22. conspici potest. Iniuria etiam à Vieta nostra æquatio accusatur, eam solum ob causam, quòd in remotissimis seculis nō respōdeat cælestibus Nouilunijs; perinde quasi nos cap. 12. Num. 18. 19. ac 20. ingenuè fassi non simus, illam id præstare non posse, ac proinde perpetuam non esse: quippe qui regulam etiam præscripserimus, qua eam post longè distantia secula emendare posteri nostri possint: cum interim ne illa quidem, quam ipsemet, tanquam certissimam proponit, si ad remotiora secula adhibeatur, vitio omnino careat, immo grauiora contineat errata, quàm nostra; quippe quæ anno 19480000. exhibeat Neomeniam Paschalem die 8. Martij per Epactam xxix. duobus ac viginti diebus, eòque amplius, ante Nouilunium Paschale medium, quod fit die 30. Martij, hor. 15. hoc est, quando Luna est διχότομος post Nouilunium non Paschale, quod fit die 1. Martij, hor. 3. quod quidem peius est, quàm cum est διχότομος, vel πανσέληνος post Neomeniam Paschalem: At vero anno 165580200. die 2. vel 4. Aprilis per Epactam ij. vel iiij. Neomeniam offerat, diebus 11. vel 13. post Nouilunium Paschale, quod incidit in Martij Diem 22. hor. 15. quando videlicet Luna est fermè πανσέληνος, vt paulo ante ostendi. Cum igitur, doctissime Vieta, in nostrum Cyclū Epactarum tam iniquus iudex fueris, quandoquidem in quo nos reprehendis, in eo tute grauius peccas; præsertim cum nos fateamur, æquationem nostram in tam remotis seculis corrigi debere. quod tu de tua non asseris. Cum, inquam, tam iniquus iudex fueris; ecquis nostrum (vt in te retorqueam, quod tu facetè in nos dixisti) te vel hoc nomine χρηματίζοντα καὶ γνώμην εἰς βουλὴν εἰσφέροντα in consessu nostro ferat?

In quouis Cyclo quasdā Epactas non exhibere Lunas 14. congruas.

Quare collocatio Epactarum, earumque æquatio iure reprehendi nequeat.

NE autem de veritate nostri calculi dubites, scito eum depromptum esse ex probatissimis Astronomis, quem quidem cap. 13. exposuimus. Atque ab hoc calculo ille, quem tu propos. 9. in Calendario vulgari proponis, differt solum in quibusdam horis: quod quidem euenit, propter scrupula quædam in vtroque calculo neglecta. Hunc porrò tuum calculum paulò post explicabo, quoniam mihi non displicet, sed emendatiorem proponam. Nam vt eum tu proponis, mendo omnino non caret, vt sequenti cap. perspicuum erit. Deinde cap. 26. nouum alium calculandi modum construam, & quidem faciliorem.

12 EX his, quæ in Calendarium Vietæum breuiter animaduerti, & quæ ad ipsius in Gregorianum Calendarium calumnias respondi, facile æquus ac prudens Lector de vtroque Calendario iudicabit, vtrum eorum verè dicendum sit Gregorianum. Certè illud Vietæ esse longè à Gregorij mente alienum, ac proinde (pace ipsius dictum sit) Pseudo Gregorianum iure optimo appellandum, nemo dubitare poterit, qui (omnibus alijs in eo absurdis relictis) paulo diligentius considerauerit, in eo principium anni immutari, annos bissextiles, & comunes inter se confundi; quippe cum in eo bissextiles fiant anni, antequam ipsi anni incipiant, qui apud nos bissextiles sunt: Nam, verbi gratia, anno 1604. diem nobiscum intercalat, antequam annus 1604. apud ipsum incipiat. Item Epactas rationem Epactarum non seruare, si cum Epactis ante Calendarij emendationem conferantur. Sed multo magis id cognoscet, si errata Lunarum xiiij. quæ mox subijciam, non indiligenter inspexerit. Restat igitur, vt illud, quod Gregorius anno 1582. in lucem prodire iussit, sit verè Gregorianum, cum sit omnino ad Gregorij mentem exaratum. Huius rei testis oculatus esse possum ego, qui huic correctioni cum alijs viris doctissimis per decennium

Gregorij mentem non fuisse eam in Calendario corrigendo, quam sibi fingit Vieta.

Digitized by Google

nium fermè interfui, & non semel priuatim cum eodem Pontifice de toto hoc correctionis negotio transegi. Equidem memini, Gregorium iterum atque iterum mihi inculcasse, vt in Calendario, quàm minima fieret immutatio: atque hoc aiebat esse mentem Regum, aliorumque Principum. Liquet ergo Pontificis mentem non fuisse, quod somniat Vieta, vt anni principium, & Epactæ à suo statu deturbarentur. Verum accedamus iam ad ea, quæ maioris sunt momenti.

13 IN Lunis xiiij. ritè constituendis tota desudare debet industria eius, qui Epactas in Calendario ordinare in animum inducit. Scio equidem, nullum Cyclum in Calendario quauis sedulitate, ac diligentia digestum ita calculo Astronomico congruere posse, vt interdum per diem fermè integrum ab eo non dissentiat: cuius rei causam multiplicem cap. 18. Num. 8. & alijs locis attulimus; atque idipsum Vieta libenter concedit. Tantum magnopere enitendum est, ne Lunæ xiiij. cycli, oppositiones medias pluribus diebus quàm vno, antecedant: Item ne (nisi valde raro, & hoc ob imperfectionem cycli) vltima oppositio Paschalis diem 22. Martij præueniat, hoc est, ne in diem 21. ante meridiem incidat; & ne vltima diem 19. Aprilis insequatur, sed vel in diem 18. post meridiem, vel in 19. ante mer. incurrat. Illam enim, quæ ante diem 23. Martij contingit, ad vltimum anni mensem, hanc vero, quæ diem 19. Aprilis sequitur, ad secundum mensem pertinere docent Computistæ. Sed de Luna xiiij. plura cap. 18. Num. 4. scripsimus. Quod si quando accidat, in anno aliquo nullam oppositionem mediam, secundum hanc legem, esse Paschalem, quia videlicet illa in Martio diem 22. anteuertit, hæc verò in Aprili diem 19. subsequitur; (ita enim fieri posse, & cap. 19. Num. 6. perspicuè docuimus; & ex ijs, quæ sequuntur, facilè quoque intelligetur) minus peccatum est, assumere eam in secundo mense, quàm quæ contingit in vltimo. Hoc posito fundamento, examinemus iam aliquot Lunas xiiij. vt omnes intelligant, rectius eas in Calendario Gregoriano, quàm in Vietæo, indicari.

Quid tenendum sit in Cyclo ordinatione in Calendario.

PRINCIPIO autem obseruo in Vieta (quod vehementer miror) duas tabulas æquationis Epactarum inter se contrarias, vnam in Calendario paruo seorsum edito, ac proinde, quam Ecclesiæ vsurpandam proponere videtur, alteram verò in Relatione Calendarij Clementi VIII. exhibita, quæ quidem congruit omnino ipsius proemptosi, ac metemptosi Lunæ, vt propos. 39. declarat; vt incertus sim, atque anceps, vtram ille magis approbet: Sed ne alteri, si vnam tantum examinarem, iniuriam facere videamur, sepositâ hac dubitatione, hæsitationeue, vtramque examinandam, excutiendamque suscipiam, cum in vtraque reperiatur, quod reprehensione dignum sit. Quamuis enim posterior tabula vsque ad annum 4900. sit eadem omnino (quod ad ordinem literarũ spectat) quę nostra: propter nouam tamen suarum Epactarum in Calendario collocationem non pauca errata in ea quoque deprehendi. Sed ecce Tabella Cycli Epactarum perpetua, cum vtraque eius tabella æquationis.

# SEQVITVR
## Tabella cycli Epactarum perpetua, cum vtraque tabula æquationis earundem Epactarum.

Tabella

*Tabella Cycli Epactarum Vietæ perpetua.*

| ɣɣ | l | C | c | p | F | f | ſ | M | i | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ● | xj | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | |
| A | a | m | D | d | q | G | g | t | N | |
| xx | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | |
| k | B | b | n | E | e | r | H | h | u | |
| x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | |

I *Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui in Calendario puruo seorsum edito descripta.*

| | Anni Dñi | |
|---|---|---|
| N | 1582 | |
| N | 1600 | Biſſ. |
| M | 1700 | |
| M | 1800 | |
| H | 1900 | |
| H | 2000 | Biſſ. |
| H | 2100 | |
| G | 2200 | |
| F | 2300 | |
| G | 2400 | Biſſ. |
| F | 2500 | |
| E | 2600 | |

| | Anni Dñi | |
|---|---|---|
| E | 2700 | |
| E | 2800 | Biſſ. |
| D | 2900 | |
| D | 3000 | |
| C | 3100 | |
| C | 3200 | Biſſ. |
| B | 3300 | |
| C | 3400 | |
| B | 3500 | |
| B | 3600 | Biſſ. |
| B | 3700 | |
| A | 3800 | |

| | Anni Dñi | |
|---|---|---|
| u | 3900 | |
| A | 4000 | Biſſ. |
| u | 4100 | |
| t | 4200 | |
| t | 4300 | |
| t | 4400 | Biſſ. |
| ſ | 4500 | |
| ſ | 4600 | |
| r | 4700 | |
| r | 4800 | Biſſ. |
| r | 4900 | |

II *Tabula æquationis eiuſdem cycli in Relatione Calendarij propoſita.*

| | Anni Dñi | |
|---|---|---|
| N | 1582 | |
| N | 1600 | Biſſ. |
| M | 1700 | |
| M | 1800 | |
| H | 1900 | |
| H | 2000 | Biſſ. |
| H | 2100 | |
| G | 2200 | |
| F | 2300 | |
| G | 2400 | Biſſ. |
| F | 2500 | |
| E | 2600 | |

| | Anni Dñi | |
|---|---|---|
| E | 2700 | |
| E | 2800 | Biſſ. |
| D | 2900 | |
| D | 3000 | |
| C | 3100 | |
| C | 3200 | Biſſ. |
| C | 3300 | |
| B | 3400 | |
| A | 3500 | |
| B | 3600 | Biſſ. |
| A | 3700 | |
| u | 3800 | |

| | Anni Dñi | |
|---|---|---|
| u | 3900 | |
| u | 4000 | Biſſ. |
| t | 4100 | |
| ſ | 4200 | |
| ſ | 4300 | |
| ſ | 4400 | Biſſ. |
| r | 4500 | |
| r | 4600 | |
| q | 4700 | |
| q | 4800 | Biſſ. |
| q | 4900 | |

IN hac posteriori tabula vides annos 3300. 3400. 3500. 3700. 3800. 4000. 4100. 4200. 4300. 4400. 4500. 4600. 4700. 4800. 4900. habere diuersas literas ab illis, quas eisdem annis Vieta in priori tabula tribuit. Immo quod magis mirum est, in Calendario seorsum excuso, in Can. 2. contraria etiam scribit de Epacta xxix. vel 1. accipienda, quando digamma γγ, vel signum ◆ occurrit. Quorsum autem hæc inconstantia, ipse viderit.

VSVS harum tabularum in Epacta cuiuuis anni inquirenda à nostro vsu, quem cap. 12. Num. 6. explicauimus, non differt; nisi quod, quando aureus datus numerus incidit in cellam literæ γγ, Vieta non vult, assumendam esse Epactam ◆. sub illa litera, sed Epactam quidem xxix. si aureus numerus maior non est, quàm 10. Epactam verò j. si numerus aureus maior est quàm 10. Hæ enim duæ Epactæ circumpositæ sunt in Calendario Epactæ ◆. Verbi gratia. Seculo 4500. vel 4600. currente aureo numero 7. tribuendo aur. num. 3. cellulæ in Cyclo perpetuo literæ r, quæ in posteriori tabula dictis centurijs præfigitur, incidet in cellulam literæ γγ, aureus numerus 7. quare tunc Epacta sumenda est xxix. Item in centurijs 4200. 4300. 4400. quibus in priori tabula ascribitur litera t, si aur. num. 3. tribuatur cellulæ literæ r, incidet aur. num. 15. in cellulam literæ γγ. Ergo Vietæ Epacta tunc erit j.

Vietam secundum priorē tabulam æquationis exhibere 125. Paschata ante plenilunium medium.

ITAQVE si Epactæ secundum priorem tabulam æquationis inuestigentur, inuenietur vsque ad annum 4900. qui vltimus est in tabula, Vietam proponere 125. Paschata celebranda ante oppositionem medium. Quatuor autem innumerabiles fermè Lunas xiiij. quæ plus æquo medias oppositiones antecedunt, adeo, vt si sequens dies foret Dominica, Pascha tunc quoque ante plenilunium medium perageretur. Sed quia litera Dominicalis hunc errorem emendat, quippe quæ non proximè Lunam xiiij. insequatur, dissimulandum eum censui, ne erratorum multitudine Lectorem obruerem: quamuis eæ Lunæ xiiij. secundum omnes Computistas vitiosæ sunt ex natura sua, cum proximus dies insequens oppositionem mediam præueniat, vt paulo ante diximus, & cap. 18. Num. 4. fusè disputauimus. Id quod ipse Vieta quoque fatetur propos. 40. vbi sic scribit. *Curandum fuit itaque, ne quam constituimus quintamdecimam, cum quartadecima Iudaica concurreret.* Inspice ergo sequentem tabulam, in qua anni illi 125. descripti sunt, cum literis Dominicalibus, Aureis numeris, Epactis tam Vietæis, quàm Gregorianis, earumque Lunis xiiij. oppositionibus mediis, & diebus, quibus Pascha cum secundum Calendarium Vietæum, tum Gregorianum proponitur celebrandum. Ita enim vtriusque inter se comparandis omnes facile oculis etiam perspicient, Calendarium Vietæ omnino vitiosum esse, Gregorianum verò Decretis Patrum consentaneum, quippe quod Lunas xiiij. & Paschæ solemnitatem ritè, vt Canones volunt, exhibeat. Indicat tabula litera M. Martium, & A. Aprilem significat. In oppositionibus autem prior numerus Dies, posterior horas indicat post meridiem.

# SEQVITVR
## Tabula cum erroribus Vietæ in priori æquationis tabula commissis.

Anni

| Anni | Aur. Num. | Epact. Vietæ | Lun. xiiij Vietæ | Liter. Dom. | Pascha Vietæ | Epact. Greg. | Lun. xiiij Gregor. | Pascha Gregor. | Oppos. mediæ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3408 | 8 | xvij | 2. A | c b | 3. A | x | 3. A | 10 A | 3. 5. A |
| 3411 | 11 | xx | 30. M | f | 31. M | xiij | 31. M | 7. A | 31. 21. M |
| 3415 | 15 | iiij | 15. A | A | 16. A | xxvij | 16. A | 23. A | 16. 9. A |
| 3428 | 9 | xxviij | 22. M | f e | 23. M | xxj | 23. M | 30. M | 23. 7. M |
| 3435 | 16 | xv | 4. A | d | 5. A | viij | 5. A | 12. A | 5. 11. A |
| 3442 | 4 | iij | 16. A | b | 17. A | xxvj | 17. A | 24. A | 17. 15. A |
| 3455 | 17 | xxvj | 24. M | g | 25. M | xix | 25. M | 1 A | 25. 12. M |
| 3462 | 5 | xiiij | 5. A | e | 6. A | vij | 6. A | 13. A | 6. 16. A |
| 3482 | 6 | xxv | 25. M | A | 26. M | xviij | 26. M | 2 A | 26. 17. M |
| 3486 | 10 | ix | 10. A | c | 11. A | ij | 11. A | 18. A | 11. 6. A |
| 3506 | 11 | xix | 31. M | g | 1. A | xij | 1 A | 8. A | 1. 7. A |
| 3537 | 14 | ij | 17. A | c | 18. A | xxv | 18. A | 25. A | 18. 1. A |
| 3553 | 1 | xxix | 21. M | d | 22. M | xxij | 22 M | 29. M | 22. 14. M |
| 3557 | 5 | xiij | 6. A | f | 7. A | vj | 7 A | 14. A | 7. 3. A |
| 3577 | 6 | xxiiij | 26. M | b | 27. M | xvij | 27 M | 3. A | 27. 4. M |
| 3702 | 17 | xxv | 25. M | A | 26. M | xviij | 26. M | 2. A | 26. 11. M |
| 3705 | 1 | xxix | 21. M | d | 22. M | xxij | 22 M | 29. M | 23. 2. M |
| 3709 | 5 | xiij | 6. A | f | 7. A | vj | 7 A | 14. A | 7. 15. A |
| 3729 | 6 | xxiiij | 26. M | b | 27. M | xvij | 27 M | 3. A | 27. 16. M |
| 3733 | 10 | viij | 11. A | d | 12. A | j | 12. A | 19. A | 12. 5. A |
| 3753 | 11 | xix | 31. M | g | 1. A | xij | 1 A | 8. A | 1. 6. A |
| 3763 | 12 | xx | 9. A | b | 10. A | iij | 10. A | 17. A | 11. 1. A |
| 3783 | 3 | xxj | 29. M | e | 30. M | xiiij | 30. M | 6. A | 31. 3. M |
| 3784 | 4 | ij | 17. A | d e | 18. A | xxv | 18. A | 25. A | 18. 0. A |
| 3787 | 7 | iv | 14. A | g | 15. A | xxviij | 15. A | 22. A | 15. 15. A |
| 3800 | 1 | xxviij | 22. M | e | 23. M | xxj | 23. M | 30. M | 24. 13. M |
| 3804 | 5 | xij | 7. A | A g | 8. A | v | 8. A | 15. A | 8. 2. A |
| 3824 | 6 | xxiij | 27. M | d c | 28. M | xvj | 28. M | 4. A | 28. 3. M |
| 3827 | 9 | xxvj | 24. M | g | 25. M | xix | 25. M | 1 A | 25. 18. M |
| 3831 | 13 | x | 9. A | b | 10. A | iij | 10. A | 17. A | 10. 7. A |
| 3851 | 14 | xxj | 29. M | e | 30. M | xiiij | 30. M | 6 A | 30. 8. M |
| 3858 | 2 | ix | 10. A | c | 11. A | ij | 11. A | 18. A | 11. 12. A |
| 3878 | 3 | xx | 30. M | f | 31. M | xiij | 31. M | 7. A | 31. 13. M |
| 3882 | 7 | iiij | 15. A | A | 16. A | xxvij | 16. A | 23. A | 16. 2. A |
| 4000 | 11 | xviij | 1. A | b A | 2. A | xj | 2. A | 9. A | 2. 5. A |
| 4003 | 14 | xxj | 29. M | e | 30. M | xiiij | 30. M | 6. A | 30. 21. M |
| 4007 | 18 | v | 14. A | g | 15. A | xxviij | 15. A | 22. A | 15. 9. A |
| 4010 | 2 | ix | 10. A | c | 11. A | ij | 11. A | 18. A | 12. 0. A |
| 4020 | 12 | xxix | 21. M | e d | 22. M | xxij | 22. M | 29. M | 22. 7. M |
| 4027 | 19 | xvj | 3. A | c | 4 A | ix | 4. A | 11. A | 4. 11. A |
| 4030 | 3 | xx | 30. M | f | 31. M | xiij | 31. M | 7. A | 1. 2. A |
| 4034 | 7 | iiij | 15. A | A | 16. A | xxvij | 16. A | 23. A | 16. 15. A |
| 4054 | 8 | xv | 4. A | d | 5. A | viij | 5. A | 12. A | 5. 16. A |
| 4074 | 9 | xxvj | 24. M | g | 25. M | xix | 25. M | 1. A | 25. 17. M |
| 4078 | 13 | x | 9. A | b | 10. A | iij | 10. A | 17. A | 10. 6. A |
| 4098 | 14 | xxj | 29. M | e | 30. M | xiiij | 30. M | 6. A | 30. 7. M |
| 4105 | 2 | viij | 11. A | d | 12. A | j | 12. A | 19. A | 12. 11. A |
| 4125 | 3 | xix | 31. M | g | 1. A | xij | 1. A | 8. A | 1. 13. A |



Digitized by Google

| Anni | Aur. Num. | Epactę Vietæ | Lu. xiiij Vietæ | | Literę Dom. | | Pascha Vietę | | Epactę Greg. | Lu. xiiij Gregor. | | Pascha Gregor. | | Oppos. Mediæ | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4129 | 7 | iij | 16. | A | | b | 17. | A | xxvj | 17. | A | 24. | A | 17. | 1. A |
| 4149 | 8 | xiiij | 5. | A | | e | 6. | A | vij | 6. | A | 13. | A | 6. | 3. A |
| 4199 | 1 | xxvij | 23. | M | | f | 24. | M | xx | 24. | M | 31. | M | 25. | 0. M |
| 4200 | 2 | vij | 12. | A | | e | 13. | A | ✳ | 13. | A | 20. | A | 13. | 22. A |
| 4203 | 5 | ✳ | 9. | A | | b | 10. | A | iij | 10. | A | 17. | A | 10. | 13. A |
| 4223 | 6 | xxj | 29. | M | | e | 30. | M | xiiij | 30. | M | 6. | A | 30. | 14. M |
| 4227 | 10 | v | 14. | A | | g | 15. | A | xxviij | 15. | A | 22. | A | 15. | 3. A |
| 4240 | 4 | xxix | 21. | M | e | d | 22. | M | xxij | 22. | M | 29. | M | 22. | 1. M |
| 4247 | 11 | xvj | 3. | A | | c | 4. | A | ix | 4. | A | 11. | A | 4. | 4. A |
| 4267 | 12 | xxvij | 23. | M | | f | 24. | M | xx | 24. | M | 31. | M | 24. | 6. M |
| 4294 | 1 | xxvj | 24. | M | | g | 25. | M | xix | 25. | M | 1. | A | 25. | 11. M |
| 4298 | 5 | x | 9. | A | | b | 10. | A | iij | 10. | A | 17. | A | 10. | 0. A |
| 4301 | 8 | xiij | 6. | A | | f | 7. | A | vj | 7. | A | 14. | A | 7. | 15. A |
| 4321 | 9 | xxiiij | 26. | M | | b | 27. | M | xvij | 27. | M | 3. | A | 27. | 16. M |
| 4345 | 14 | xix | 31. | M | | g | 1. | A | xij | 1. | A | 8. | A | 1. | 6. A |
| 4351 | 1 | xxvj | 24. | M | | g | 25. | M | xix | 25. | M | 1. | A | 26. | 13. M |
| 4352 | 2 | vij | 12. | A | f | e | 13. | A | ✳ | 13. | A | 20. | A | 13. | 10. A |
| 4355 | 5 | x | 9. | A | | b | 10. | A | iij | 10. | A | 17. | A | 10. | 23. A |
| 4372 | 3 | xviij | 1. | A | b | A | 2. | A | xj | 2. | A | 9. | A | 2. | 12. A |
| 4375 | 6 | xxj | 29. | M | | e | 30. | M | xiiij | 30. | M | 6. | A | 31. | 3. M |
| 4376 | 7 | ij | 17. | A | d | c | 18. | A | xxv | 18. | A | 25. | A | 18. | 9. A |
| 4379 | 10 | v | 14. | A | | g | 15. | A | xxviij | 15. | A | 22. | A | 15. | 15. A |
| 4392 | 4 | xxix | 21. | M | e | d | 22. | M | xxij | 22. | M | 29. | M | 22. | 13. M |
| 4396 | 8 | xiij | 6. | A | g | f | 7. | A | vj | 7. | A | 14. | A | 7. | 2. A |
| 4399 | 11 | xvj | 3. | A | | c | 4. | A | ix | 4. | A | 11. | A | 4. | 17. A |
| 4416 | 9 | xxiiij | 26. | M | c | b | 27. | M | xvij | 27. | M | 3. | A | 27. | 3. M |
| 4419 | 12 | xxvij | 23. | M | | f | 24. | M | xx | 24. | M | 31. | M | 24. | 18. M |
| 4423 | 16 | xj | 8. | A | | A | 9. | A | iiij | 9. | A | 16. | A | 9. | 7. A |
| 4443 | 17 | xxij | 28. | M | | d | 29. | M | xv | 29. | M | 5. | A | 29. | 8. M |
| 4446 | 1 | xxvj | 24. | M | | g | 25. | M | xix | 25. | M | 1. | A | 25. | 23. M |
| 4450 | 5 | x | 9. | A | | b | 10. | A | iij | 10. | A | 17. | A | 10. | 12. A |
| 4470 | 6 | xxj | 29. | M | | e | 30. | M | xiiij | 30. | M | 6. | A | 30. | 13. M |
| 4474 | 10 | v | 14. | A | | g | 15. | A | xxviij | 15. | A | 22. | A | 15. | 2. A |
| 4494 | 11 | xvj | 3. | A | | c | 4. | A | ix | 4. | A | 11. | A | 4. | 3. A |
| 4514 | 12 | xxvj | 24. | M | | g | 25. | M | xix | 25. | M | 1. | A | 25. | 5. M |
| 4541 | 1 | xxv | 25. | M | | A | 26. | M | xvij | 26. | M | 2. | A | 26. | 10. M |
| 4565 | 6 | xx | 30. | M | | f | 31. | M | xiij | 31. | M | 7. | A | 31. | 0. M |
| 4599 | 2 | vj | 13. | A | | f | 14. | A | xxix | 14. | A | 21. | A | 14. | 9. A |
| 4602 | 5 | ix | 10. | A | | c | 11. | A | ij | 11. | A | 18. | A | 12. | 0. A |
| 4622 | 6 | xx | 30. | M | | f | 31. | M | xiij | 31. | M | 7. | A | 1. | 2. A |
| 4626 | 10 | iiij | 15. | A | | A | 16. | A | xxvij | 16. | A | 23. | A | 16. | 14. A |
| 4646 | 11 | xv | 4. | A | | d | 5. | A | viij | 5. | A | 12. | A | 5. | 16. A |
| 4666 | 12 | xxvj | 24. | M | | g | 25. | M | xix | 25. | M | 1. | A | 25. | 17. M |
| 4670 | 16 | x | 9. | A | | b | 10. | A | iij | 10. | A | 17. | A | 10. | 6. A |
| 4690 | 17 | xxi | 29. | M | | e | 30. | M | xiiij | 30. | M | 6. | A | 30. | 7. M |
| 4693 | 1 | xxv | 25. | M | | A | 26. | M | xviij | 26. | M | 2. | A | 26. | 22. M |
| 4717 | 6 | xix | 31. | M | | g | 1. | A | xij | 1. | A | 8. | A | 1. | 12. A |
| 4721 | 10 | iij | 16. | A | | b | 17. | A | xxvj | 17. | A | 24. | A | 17. | 1. A |



Digitized by Google

| Anni | Aur. Nu. | Epactæ Vietæ | Lu. xiiij Vietæ | Literę Dom. | Paſcha Vietæ | Epactę Greg. | Lu. xiiij Gregor. | Paſcha Gregor. | Oppoſit. med. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4741 | 11 | xiiij | 5. A | ę | 6. A | vij | 6. A | 13. A | 6. 3.A |
| 4751 | 2 | v | 14. A | g | 15. A | xxviij | 15. A | 22. A | 15.22.A |
| 4761 | 12 | xxv | 25. M | A | 26. M | xviij | 26. M | 2. A | 26. 4.M |
| 4771 | 3 | xvj | 3. A | c | 4. A | ix | 4. A | 11. A | 4.23.A |
| 4788 | 1 | xxiiij | 26. M | c b | 27. M | xvij | 27. M | 3. A | 27. 9.M |
| 4791 | 4 | xxvij | 23. M | f | 24. M | xx | 24. M | 31. M | 25. 0.M |
| 4795 | 8 | xj | 8. A | A | 9. A | iiij | 9. A | 16. A | 9.13.A |
| 4815 | 9 | xxij | 28. M | d | 29. M | xv | 29. M | 5. A | 29.14.M |
| 4819 | 13 | vj | 13. A | f | 14. A | xxix | 14. A | 21. A | 14. 3.A |
| 4839 | 14 | xvij | 2. A | b | 3. A | x | 3. A | 10. A | 3. 4.A |
| 4859 | 15 | xxviij | 22. M | e | 23. M | xxi | 23. M | 30. M | 23. 6.M |
| 4866 | 3 | xvj | 3. A | c | 4. A | ix | 4. A | 11. A | 4.10.A |
| 4886 | 4 | xxvij | 23. M | f | 24. M | xx | 24. M | 31. M | 24.11.M |
| 4890 | 8 | xj | 8. A | A | 9. A | iiij | 9. A | 16. A | 9. 0.A |
| 4903 | 2 | v | 14. A | g | 15. A | xxviij | 15. A | 22. A | 16.10.A |
| 4913 | 12 | xxv | 25. M | A | 26. M | xviij | 26. M | 2. A | 26.16.M |
| 4917 | 16 | ix | 10. A | ç | 11. A | ij | 11. A | 18. A | 11. 5.A |
| 4923 | 3 | xvj | 3. A | c | 4. A | ix | 4. A | 11. A | 5.11.A |
| 4937 | 17 | xx | 30. M | f | 31. M | xiij | 31. M | 7. A | 31. 6.M |
| 4943 | 4 | xxvij | 23. M | f | 24. M | xx | 24. M | 31. M | 25.13.M |
| 4944 | 5 | viij | 11. A | e d | 12. A | j | 12. A | 19. A | 12.10.A |
| 4947 | 8 | xj | 8. A | A | 9. A | iiij | 9. A | 16. A | 10. 1.A |
| 4964 | 6 | xix | 31. M | A g | 1. A | xij | 1. A | 8. A | 1.11.A |
| 4967 | 9 | xxij | 28. M | d | 29. M | xv | 29. M | 5. A | 30. 3.M |
| 4968 | 10 | iij | 16. A | c b | 17. A | xxvj | 17. A | 24. A | 17. 0.A |
| 4971 | 13 | vj | 13. A | f | 14. A | xxix | 14. A | 21. A | 14.15.A |
| 4988 | 11 | xiiij | 5. A | f e | 6. A | vij | 6. A | 13. A | 6. 2.A |
| 4991 | 14 | xvij | 2. A | b | 3. A | x | 3. A | 10. A | 3.17.A |
| 4698 | 2 | v | 14. A | g | 15. A | xxviij | 15. A | 22. A | 15.21.A |

IN his omnibus annis clariſſimè vides, Paſcha Calendarij Vietæi celebrari ante Pleniluniu medium, à quo tamen magnopere, vt par eſt, abhorret: quippe cum illud Concilia, & Canones vetent. Inter hos annos reperies 12. in quibus oppoſitio media accidit vel in meridie, vel aliquot horis poſt meridiem diei, qui Paſcha inſequitur, nimirum 3705. 3763. 3783. 3800. 4010. 4030. 4199. 4351. 4375. 4602. 4622. 4791. 4903. 4923. 4943. 4947. 4967. At hoc nullo modo tolerandum eſt in Dei Eccleſia. Inuenies etiam 45. annos, videlicet 3411. 3442. 3455. 3462. 3482. 3553. 3709. 3729. 3787. 3827. 3858. 3878. 4003. 4034. 4054. 4074. 4125. 4200. 4203. 4223. 4301. 4321. 4351. 4355. 4372. 4379. 4392. 4399. 4419. 4446. 4450. 4470. 4626. 4646. 4666. 4693. 4717. 4751. 4771. 4795. 4815. 4913. 4971. 4991. 4998. in quibus media oppoſitio inuenitur poſt mediam noctem, quæ diem Paſchę conſequitur. quod peræque abſurdum fere eſt. In 5. tantum annis ex his 45. nimirum 3455. 3858. 4372. 4450. 4717. oppoſitio media poſt diem Paſchæ in mediam noctem incurrit, non autem poſt. quod etiam perabſurdum eſt. In reliquis huius tabulæ annis cernitur oppoſitio media poſt meridiem diei Paſchę, & quidem in 25. annis poſt occaſum etiam Solis, & in 8. in ipſo Solis occaſu. In 30. denique reliquis annis, quod tolerabilius eſt, poſt meridiem ante Solis occaſum, vel in ipſo meridie. Cum ergo in omnibus prædictis annis exhibeatur Paſcha in Calendario Gregoriano, ſecundum Decreta Patrum celebrandum, dubitabit ne quiſpiam, Gregorianum Vietæo tot erroribus reſperſo eſſe præferendum?



Digitized by Google

POSSEM hoc loco plures alios annos recensere, in quibus Vieta Pascha celebrat secundum priorem hanc eandem tabulam æquationis, vltimo anni mense, hoc est, quando oppositio media Paschalis, non est in Martio, sed in Aprili, cum hæc ante 19. Aprilis accidat, illa verò diem 22. Martij præcedat. At quia hoc etiam vitium in posteriorem æquationis tabulam irrepsit, differemus illud in examen posterioris tabulæ æquationis, Solum hoc tacendum non videtur hoc loco, me secundum priorem æquationem deprehendisse annos non paucos, in quibus Pascha in secundo mense agitur, id est, in quibus oppositio media in Aprili Paschalis non est, sed in Martio, quippe cum hæc die 22. Martij contingat, illa vero post diem 19. Aprilis. In exemplum sint sequentes 18. anni.

Vietā secūdum priorē tabulam æquationis celebrare Pascha non raro in secundo mense.

| Anni | Aur. Nu. | Epact. Vietæ | Nouilu. Vietæ | Oppositi. mediæ in Aprili. | Epa. Gre. | Nouilu. Greg. | Oppositi. mediæ in Martio. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3507 | 12 | j | 5. A | 20. 5.A | xxiij | 8. M | 21.16.M |
| 3526 | 12 | j | 5. A | 19.22.A | xxiij | 8. M | 21. 9.M |
| 3545 | 12 | j | 5. A | 19.14.A | xxiij | 8. M | 21. 1.M |
| 3583 | 12 | j | 5. A | 19.23.A | xxiij | 8. M | 21.10.M |
| 3716 | 12 | j | 5. A | 19.19.A | xxiij | 8. M | 21. 6.M |
| 3735 | 12 | j | 5. A | 20.12.A | xxiij | 8. M | 21.23.M |
| 3754 | 12 | j | 5. A | 20. 4.A | xxiij | 8. M | 21.15.M |
| 3773 | 12 | j | 5. A | 19.21.A | xxiij | 8. M | 21. 8.M |
| 4251 | 15 | j | 5. A | 19.17.A | xxiij | 8. M | 21. 4.M |
| 4308 | 15 | j | 5. A | 19.19.A | xxiij | 8. M | 21. 6.M |
| 4327 | 15 | j | 5. A | 20.12.A | xxiij | 8. M | 21.23.M |
| 4346 | 15 | j | 5. A | 20. 4.A | xxiij | 8. M | 21.15.M |
| 4365 | 15 | j | 5. A | 19.21.A | xxiij | 8. M | 21. 8.M |
| 4403 | 15 | j | 5. A | 20. 6.A | xxiij | 8. M | 21.17.M |
| 4422 | 15 | j | 5. A | 19.22.A | xxiij | 8. M | 21. 9.M |
| 4441 | 15 | j | 5. A | 19.15.A | xxiij | 8. M | 21. 2.M |
| 4479 | 15 | j | 5. A | 20. 0.A | xxiij | 8. M | 21.11.M |
| 4498 | 15 | j | 5. A | 19.16.A | xxiij | 8. M | 21. 3.M |

NONNE euidenter tabula hæc nos Instruit, Gregorianum Calendarium rectius Pascha in illis 18. annis peragere in Martio, quam Vietæum in Aprili? quippe cum oppositiones mediæ contingant in Martio post meridiem diei 21. ideoque ad 22. pertineant, Paschalesque sint; in Aprili vero post meridiem diei 19. ac proinde Paschales non sint? Hactenus aduersus priorem æquationis tabulam dictum sit; veniamus ad posteriorem.

SED prius regula Vietæ tradenda est, qua Epactam cuiusuis anni exquirit, ne quis existimet fortassis, me non veras eius Epactas in examen adducere. Igitur propos. 39. hanc tradit regulam. *A proposito annorum Christi in centurijs numero abijce* 1500. *& quotus in residuo erit* 400. *tot sume ternos dies, & ß diuisione instituta, supersunt centuriæ duæ, sume diem vnum, & si tres, sume duos: Sumptos collige, & vocā dies additiuos. Deinde à proposito annorum ab Era Christi in centurijs numero abijce* 1800. *& diem vnum serua, & quotus in residuo erit* 2500. *tot sume dies octonos, & quotus deinceps, diuisione instituta, in residuo erit* 300. *tot sume dies singulos. Sumptos collige cum eo, quem adseruasti, & vocā dies ablatiuos. Si non potes abijcere* 1800. *nullum numera diem ablatiuum. Denique excessum dierum additiuorum supra dies ablatiuos sume, & eum numera ab octauo Martij exclusiue, & is, in quem desinet numeratio, dabit Epactam sub aureo numero ij. Si secula durent, itaque excessus ad periodos dierum annuas Iulianas ascendit, ea circumducunt or, diuisione per quadrimas, seu dierum* 1461. *primum, deinde per annuas communes, seu dierum* 365. *instituta. Radix autem aurei numeri, quæ constituta est ij. tot vnitatibus, quot erunt periodi*

*annuæ*

Digitized by Google

*annuæ crementum ſuſcipito. Quot autem erunt periodi annorum* 2500. *tot octonis diebus, & quot deinceps annorum* 300. *tot diebus ſingulis exceſſus minuitor*. Exemplis regulam hanc dilucidemus. Quæro Epactam ſeculo 17600. Abiectis 1500. ſuperſunt 16100. Diuiſione inſtituta per 400. fit Quotiens 40. & ſuperſunt 100. Duc Quotientem 40. in 3. facies 120. dies additiuos. nihil enim hic ſuperadditur, cum pauciores anni quam 200. ſuperfuerint. Rurſus a propoſito ſeculo 17600. abiectis 1800. ſuperſunt 15800. quibus per 2500. diuiſis, exit Quotiens 6. remanentque 800. Ducto Quotiente 6. in 8. fiunt 48. additiſque 2. quòd 300. in reſiduo 800. contineantur bis, fiunt 50. & adiecta inſuper vnitate, quam ſeruandam Vieta dixit, fiunt 51. quæ ſubducta ex 120. diebus additiuis, relinquunt 69. Ergo dies 69. poſt 8. Martij, id eſt, dies 16. Maij, offert Epactam xix. ſub aureo numero 3. & aureus numerus 4. anni 1761 6. dabit in tabella Cycli Epactarũ Epactam, ● id eſt, xxix.

QVAERO rurſus Epactam ſeculo 109500. (Tria exempla ſequentia ſunt Vietæ) Exceſſus dierum additiuorum ſupra ablatiuos eſt 465. Circumduco 365. ſemel, ſuperſunt 100 Ergo dies 100. poſt 8. Martij dabit Epactam xviij. ſub aureo numero 4. quia ad 3. adijcietur j. propter vnam periodum in exceſſu contentam.

ITEM anno 218000. Exceſſus dierum additiuorum ſupra ablatiuos eſt 930. Circumduco bis 365. ſuperſunt 200. Ergo dies 200. poſt 8. Martij dabit Epactam vj. ſub aureo numero 5. quia ad 3. adduntur 2. propter duas periodos in exceſſu comprehenſas; ac proinde aureo numero 14. dati anni debebitur Epacta xv.

DETVR denique ſeculũ 165580200. Exceſſus dierum additiuorũ ſupra ablatiuos eſt 711988. Diuido per 1461. exeunt 487. & ſuperſunt 481. quibus diuiſis per 365. exit j. & ſuperſunt 116. Et quia 487. ducta in 4. faciunt 1948. periodos annuas; addita j. colliguntur 1949. annuæ periodi in exceſſu, & ſuperſunt 116. Sed quoniã in 1949. periodis annuis continentur 300. ſexies, auferenda ſunt 6. ex reſiduo 116. vt remaneant 110. Ergo dies 110. poſt 8. Martij dat Epactam viij. ſub aureo numero 14. Nam ſi ex 1949. annis circumducam cyclum 19. annorum quoties poſſum, ſuperſunt 11. aureo numero 3. addenda. Igitur aureo numero 8. anni propoſiti debetur Epacta ij. Atque hęc eſt regula Vietę nonnihil à noſtra diſcrepans, quam cap. 12. Num. 10. tradidimus. Veniamus iam ad examen Epactarum Vietæ, introſpiciamuſq; paulo diligentius, vtrum Vieta fuerit talis, ac tam accuratus Soſigenes, qualem ſe videri cupit: quippe qui pollicitus fuerit, ſe omnia præſtaturum, quæ Soſigenes Gregoriani, vt ipſe ait, præſtare non potuerunt.

PRIMO autem loco proponam annos quam plurimos curſim à me hinc atque illinc deprehenſos, in quibus tabula æquationis poſterior offert Paſcha in vltimo anni menſe celebrandum, vt ſequens tabula monſtrat. Proferimus autem annos interdum maiores, quia & Vieta ad oppugnandum Calendarium Gregorianum annos longiſſimè diſtantes nobis obijcit, vt intelligat, ſe non maiore ſtudio conſuluiſſe poſteritati, quam nos.

Vietã ſecũdum poſteriorẽ æquationẽ ſæpius in mẽſe vltimo celebrare Paſcha.

| Anni | Aur. Num. | Epacta Vietæ | Oppoſ. med. in Martio nõ Paſchales. | Epact. Greg. |
|---|---|---|---|---|
| 1905 | 6 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 1924 | 6 | xxix | 20. 5.M | xxiiij |
| 1943 | 6 | xxix | 20.21.M | xxiiij |
| 1962 | 6 | xxix | 20.14.M | xxiiij |
| 1981 | 6 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 2000 | 6 | xxix | 19.23.M | xxiiij |
| 2038 | 6 | xxix | 20. 8.M | xxiiij |
| 2057 | 6 | xxix | 20. 1.M | xxiiij |
| 2076 | 6 | xxix | 19.17.M | xxiiij |
| 2095 | 6 | xxix | 20.10.M | xxiiij |
| 2133 | 6 | xxix | 20.19.M | xxiiij |
| 2152 | 6 | xxix | 20.11.M | xxiiij |

| Anni | Aur. Num. | Epacta Vietæ | Oppoſ. med. in Martio nõ Paſchales. | Epact. Greg. |
|---|---|---|---|---|
| 2190 | 6 | xxix | 20.21.M | xxiiij |
| 2630 | 9 | xxix | 20. 8.M | xxiiij |
| 2649 | 9 | xxix | 20. 1.M | xxiiij |
| 2668 | 9 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 2687 | 9 | xxix | 20.10.M | xxiiij |
| 2725 | 9 | xxix | 20.19.M | xxiiij |
| 2744 | 9 | xxix | 20.11.M | xxiiij |
| 2763 | 9 | xxix | 20. 4.M | xxiiij |
| 2782 | 9 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 2801 | 9 | xxix | 20.13.M | xxiiij |
| 2820 | 9 | xxix | 20. 4.M | xxiiij |
| 2839 | 9 | xxix | 20.22.M | xxiiij |



Digitized by Google

| Anni | Aur. Nu. | Epacta Vietæ | Oppos. med. in Martio nō Paschalis. | Epacta Greg. |
|---|---|---|---|---|
| 2858 | 9 | xxix | 20.15.M | xxiiij |
| 2877 | 9 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 2896 | 9 | xxix | 20. 0.M | xxiiij |
| 3116 | 1 | xxix | 20.17.M | xxiiij |
| 3173 | 1 | xxix | 20.19.M | xxiiij |
| 3192 | 1 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 3230 | 1 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 3249 | 1 | xxix | 20.13.M | xxiiij |
| 3268 | 1 | xxix | 20. 6.M | xxiiij |
| 3287 | 1 | xxix | 20.22.M | xxiiij |
| 3344 | 1 | xxix | 20.23.M | xxiiij |
| 3382 | 1 | xxix | 20. 9.M | xxiiij |
| 3822 | 4 | xxix | 20.21.M | xxiiij |
| 3841 | 4 | xxix | 20.13.M | xxiiij |
| 3860 | 4 | xxix | 20. 6.M | xxiiij |
| 3879 | 4 | xxix | 20.22.M | xxiiij |
| 3898 | 4 | xxix | 20.15.M | xxiiij |
| 3936 | 4 | xxix | 20.23.M | xxiiij |
| 3974 | 4 | xxix | 20. 9.M | xxiiij |
| 4012 | 4 | xxix | 20.18.M | xxiiij |
| 4069 | 4 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 4088 | 4 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 4509 | 7 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 4528 | 7 | xxix | 20. 0.M | xxiiij |
| 4547 | 7 | xxix | 20.17.M | xxiiij |
| 4566 | 7 | xxix | 20. 9.M | xxiiij |
| 4585 | 7 | xxix | 20. 1.M | xxiiij |
| 4604 | 7 | xxix | 20.18.M | xxiiij |
| 4661 | 7 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 4680 | 7 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 5101 | 10 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 5120 | 10 | xxix | 20. 0.M | xxiiij |
| 5139 | 10 | xxix | 20.16.M | xxiiij |
| 5158 | 10 | xxix | 20. 9.M | xxiiij |
| 5310 | 10 | xxix | 20.21.M | xxiiij |
| 7018 | 8 | xxix | 20.15.M | xxiiij |
| 7037 | 8 | xxix | 20. 8.M | xxiiij |
| 7056 | 8 | xxix | 20. 1.M | xxiiij |
| 7075 | 8 | xxix | 20.17.M | xxiiij |
| 7094 | 8 | xxix | 20.10.M | xxiiij |
| 7132 | 8 | xxix | 20.19.M | xxiiij |
| 7189 | 8 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 7208 | 8 | xxix | 20.13.M | xxiiij |
| 7246 | 8 | xxix | 20.22.M | xxiiij |
| 7265 | 8 | xxix | 20.15.M | xxiiij |
| 7284 | 8 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 15718 | 6 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 15737 | 6 | xxix | 20. 5.M | xxiiij |
| 15756 | 6 | xxix | 19.21.M | xxiiij |
| 15775 | 6 | xxix | 20.14.M | xxiiij |
| 15794 | 6 | xxix | 20. 6.M | xxiiij |
| 15813 | 6 | xxix | 20.23.M | xxiiij |
| 15832 | 6 | xxix | 20.15.M | xxiiij |
| 15889 | 6 | xxix | 20.17.M | xxiiij |
| 16310 | 9 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 16329 | 9 | xxix | 20. 5.M | xxiiij |
| 16348 | 9 | xxix | 19.21.M | xxiiij |
| 16367 | 9 | xxix | 20.16.M | xxiiij |
| 16386 | 9 | xxix | 20. 6.M | xxiiij |
| 17521 | 4 | xxix | 20.17.M | xxiiij |
| 17540 | 4 | xxix | 20.10.M | xxiiij |
| 17578 | 4 | xxix | 20.19.M | xxiiij |
| 17597 | 4 | xxix | 20.11.M | xxiiij |
| 17616 | 4 | xxix | 20. 4.M | xxiiij |
| 17635 | 4 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 17654 | 4 | xxix | 20.13.M | xxiiij |
| 17673 | 4 | xxix | 20. 5.M | xxiiij |
| 17692 | 4 | xxix | 19.22.M | xxiiij |
| 17749 | 4 | xxix | 20.23.M | xxiiij |
| 17768 | 4 | xxix | 20.16.M | xxiiij |
| 19009 | 10 | xxix | 20.18.M | xxiiij |
| 19028 | 10 | xxix | 19.10.M | xxiiij |
| 19066 | 10 | xxix | 20.20.M | xxiiij |
| 19085 | 10 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 20717 | 8 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 20736 | 8 | xxix | 20. 4.M | xxiiij |
| 20755 | 8 | xxix | 20.21.M | xxiiij |
| 20774 | 8 | xxix | 20.13.M | xxiiij |
| 20793 | 8 | xxix | 20. 6.M | xxiiij |
| 20945 | 8 | xxix | 20.18.M | xxiiij |
| 20964 | 8 | xxix | 20.11.M | xxiiij |
| 29417 | 6 | xxix | 20. 8.M | xxiiij |
| 29436 | 6 | xxix | 20. 1.M | xxiiij |
| 29455 | 6 | xxix | 20.18.M | xxiiij |
| 29474 | 6 | xxix | 20.10.M | xxiiij |
| 29493 | 6 | xxix | 20. 3.M | xxiiij |
| 29626 | 6 | xxix | 20.22.M | xxiiij |
| 29645 | 6 | xxix | 20.15.M | xxiiij |
| 29664 | 6 | xxix | 20. 7.M | xxiiij |
| 30104 | 9 | xxix | 19.19.M | xxiiij |
| 30123 | 9 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 30142 | 9 | xxix | 20. 4.M | xxiiij |
| 30161 | 9 | xxix | 19.21.M | xxiiij |
| 30180 | 9 | xxix | 19.13.M | xxiiij |
| 30199 | 9 | xxix | 20. 6.M | xxiiij |
| 30218 | 9 | xxix | 20.22.M | xxiiij |

Anni

Digitized by Google

| Anni | Aur. Nu. | Epacta Vietæ | Oppos. med. in Martio nó Paschalis. | Epacta Greg. | Anni | Aur. Nu. | Epacta Vietæ | Oppos. med. in Martio nó Paschalis. | Epacta Greg. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 30237 | 9 | xxix | 20.15.M | xxiiij | 31983 | 7 | xxix | 20.18.M | xxiiij |
| 30256 | 9 | xxix | 20. 7.M | xxiiij | 32002 | 7 | xxix | 20.11.M | xxiiij |
| 30275 | 9 | xxix | 20.23.M | xxiiij | 32021 | 7 | xxix | 20. 3.M | xxiiij |
| 30294 | 9 | xxix | 20.16.M | xxiiij | 32040 | 7 | xxix | 19.20.M | xxiiij |
| 31334 | 4 | xxix | 20.17.M | xxiiij | 32059 | 7 | xxix | 20.12.M | xxiiij |
| 31353 | 4 | xxix | 20. 9.M | xxiiij | 32078 | 7 | xxix | 20. 5.M | xxiiij |
| 31372 | 4 | xxix | 20. 2.M | xxiiij | 32097 | 7 | xxix | 19.21.M | xxiiij |
| 31391 | 4 | xxix | 20.18.M | xxiiij | 32116 | 7 | xxix | 20.14.M | xxiiij |
| 31448 | 4 | xxix | 20.20.M | xxiiij | 32154 | 7 | xxix | 20.23.M | xxiiij |
| 31926 | 7 | xxix | 20.17.M | xxiiij | 32173 | 7 | xxix | 20.16.M | xxiiij |
| 31945 | 7 | xxix | 20. 9.M | xxiiij | 32192 | 7 | xxix | 20. 8.M | xxiiij |
| 31964 | 7 | xxix | 20. 2.M | xxiiij | | | | | |

PERSPICVE ex hac tabula apparet, nullam oppositionem mediam in ea expressam esse Paschalem, cum diem 22. Martij non attingat; ideoque Vietam agere Pascha in vltimo mense. Præclarius ergo cum Gregoriano Calendario actum est, quod in prædictis annis Pascha in Aprilem reijcit, qui tunc mensis in anno Lunari primus est.

VIDEO idem erratum in nostrum etiam Calendarium interdum irrepere: sed quia perraro id contingit, cum tamen frequentissime in Vietæ Calendario accidat, iure optimo Gregorianum Calendarium Vietæo anteferendum est.

ET quoniam Vieta ita magnificè de suo Calendario loquitur, vt audacter asserere non vereatur, Lunas xv. suarum Epactarum nunquam cum xiiij. Iudaicis concurrere, videamus, an hoc vsquequaque verum sit. Certe in annis tabulæ insequentis reperio Lunam eius xv. à xiiij. vera siue Iudaica, quam xiiij. etiam Calendariũ Gregorianum exhibet, non differre: quippe quæ oppositionem mediam præcedat. Ex quo fit, eum Pascha ante plenilunium celebrare, quotiescunque Luna eius xv. Dominica fuerit; quod quidem annis 13706. 14917. accidit. In alijs autem annis, quamuis errorem hunc Dominicalis litera corrigat, cum in ijs Luna xv. in Dominicum diem non incidat; ex natura tamen sua Lunæ illæ xv. vitiosæ sunt, vt Computistæ docent.

Vietam sæpissime exhibere Lunas xv. ante tẽpus legitimum.

| Anni | Aur. Num. | Epacta Vietæ | xiiij Vietæ | Epacta Greg. | xiiij Greg. | Oppositi. med. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 11007 | 7 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 0. A |
| 11102 | 7 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 7. A |
| 11121 | 7 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 3. A |
| 11159 | 7 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.12. A |
| 11178 | 7 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 5. A |
| 11235 | 7 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 7. A |
| 13535 | 8 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 1. A |
| 13706 | 8 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 6. A |
| 13763 | 8 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 7. A |
| 14727 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.13. A |
| 14746 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 6. A |
| 14803 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 8. A |
| 14822 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 0. A |
| 14879 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 2. A |
| 14917 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.11. A |
| 14955 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.20. A |



Digitized by Google

| Anni | Aur. Nu. | Epacta Vietæ | xiiij Vietæ | Epacta Greg. | xiiij Greg. | Oppoſit. mediæ |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 14974 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.13.A |
| 14993 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 5.A |
| 22235 | 6 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 5.A |
| 22406 | 6 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 2.A |
| 22463 | 6 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 4.A |
| 24171 | 4 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 0.A |
| 28559 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 6.A |
| 28597 | x 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.13.A |
| 28616 | x 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 7.A |
| 28635 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 19. 0.A |
| 28654 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18.17.A |
| 28673 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 9.A |
| 28692 | 3 | ij | 17. A | xxv | 18. A | 18. 1.A |

ANNE vides Vieta, quanto rectius Epacta xxv. Gregoriani Calendarij Lunam xiiij. indicet die 18. Aprilis, quam tua ij. die 17?

IAM verò non ſolum in Calendario Vietæ reperiuntur Lunæ xiiij. plus æquo plenilunia media præcurrentes, vt ex tabula ſuperiore liquet, ſed etiam non paucæ, quæ longius, quam par eſt, oppoſitiones medias ſubſequuntur. Atque hoc quidem maxime contingit, cum pro noſtra Epacta 25. è regione xxvj. in Aprili ad diem 4. poſita, vſurpat Epactam j. diei 5. in ſuo Calendario aſcriptam: vt vel hinc liquido quoque conſtare poſſit, non abſque ratione aſſumere nos Epactam 25. alio charactere depictam, ac per diem ſurſum promotam, quando aureus numerus maior eſt, quam 11. quod Vietæ non probatur. Hoc autem ita ſe habere, apertiſſimè ſubiecta tabula declarat.

| Anni | Au. Nu. | Epa. Vie. | xiiij Vietę | Epa. Gre. | xiiij Greg. | Oppoſ. med. | Anni | Au. Nu. | Epa. Vie. | xiiij Vie. | Epa. Gre. | xiiij Gre. | Oppoſit. med. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1916 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17. 5.A | 3871 | 15 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.22.A |
| 1935 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.22.A | 3890 | 15 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.15.A |
| 1954 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.14.A | 4004 | 15 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.18.A |
| 1973 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.19.A | 4061 | 15 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.20.A |
| 1992 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 16.23.A | 4080 | 15 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.12.A |
| 2011 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.16.A | 4501 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17. 7.A |
| 2030 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17. 8.A | 4520 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17. 0.A |
| 2049 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17. 1.A | 4539 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.16.A |
| 2068 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 16.17.A | 4558 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17. 9.A |
| 2087 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.16.A | 4596 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 16.18.A |
| 2125 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.19.A | 4653 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.20.A |
| 2144 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.13.A | 4672 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.12.A |
| 2182 | 17 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.21.A | 5712 | 13 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.12.A |
| 3108 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.18.A | 6399 | 16 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.23.A |
| 3165 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.19.A | 17627 | 14 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.20.A |
| 3184 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.12.A | 18219 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.20.A |
| 3222 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.21.A | 18466 | 18 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.19.A |
| 3241 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.13.A | 20117 | 16 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.12.A |
| 3260 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17. 6.A | 20709 | 19 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.11.A |
| 3279 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.22.A | 20956 | 19 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.11.A |
| 3298 | 12 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.15.A | 29447 | 17 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.18.A |
| 3814 | 15 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.21.A | 29694 | 17 | 1 | 18.A | 25 | 17.A | 17.17.A |
| 3833 | 15 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17.13.A | | | | | | | |
| 3852 | 15 | j | 18.A | 25 | 17.A | 17. 6.A | | | | | | | |

EX

Digitized by Google

EX hac postpositione Lunarum xiij. Vietæ sequitur, Pascha ex die 18. Aprilis, si ea fuerit Dominica, differri, contra Patrum decreta, in diem 25. Hoc autem continget in hisce 15. annis, 1954. 2049. 3165. 3260. 3852. 4004. 6399. 17627. 18219. 18466. 20112. 20709. 20956. 29447. 29694. In omnibus enim his ex præscripto Calendarij Gregoriani celebramus Pascha die 18. Aprilis, Dominica videlicet proxima post Lunam xiiij. vt Canones iubent. Vieta autem illud celebrat die 25. Aprilis, propterea quòd eius Luna xiiij. in 18. Aprilis, quæ Dominica est, incidit.

Hæc omnia errata quasi per transennam hinc atque illinc per annos varios discurrens in Vietæ Calendario obseruaui. Non dubito, quin si quis plures annos velit examinare, plura errata deprehensurus sit: sed hæc, quæ notauimus, satis esse iudico, ad ostendendum, Calendarium Vietæum longè pluribus vitijs scatere, quam in Gregoriano deprehendi possint. Neque enim ideo Calendarium Gregorianum censeo esse amplectendum, aut ab oppugnatoribus defendendum, quod existimem, illud ab omni errore immune ac liberum: quippe cum iterum atque iterum in superioribus dixerim, nullum cyclum, quantauis industria, solertiaque in Calendario Politico digestum omnia posse incommoda vitare. Id quod in Gregorianum etiam Calendarium conuenire, ingenuè fum confessus. Hoc solum enitor, atque contendo, pauciora in eo errata contineri, quam in aliorum Calendarijs. quod satis perspicue ex tabulis superioribus constare arbitror. Potest quidem fieri, vt in paucis quibusdam annis Epactæ Vietæi Calendarij, vel alterius cuiusuis, rectius indicent Lunas xiiij. quam Epactæ Calendarij Gregoriani; sed cum hoc raro contingat, præferendum omnibus iudico Gregorianum: præsertim quia in eo (quod caput est) nihil innouatur, sed in eo omnia cum antiquo Calendario Ecclesiastico conueniunt, si Epactas excipias, quæ in locum aureorum numerorum successerunt. Frustra ergo laborat Vieta, frustra laborant alij, qui conantur Calendarium Gregorianum euertere, propter paucula quædam in eo deprehensa errata, cum in aliorum Calendarijs plura errata, & quidem grauiora, quam in Gregoriano reperiantur, quamuis vt ea (quod ipsi falso putant) vitent, frustra ac sine causa intolerabiles nouitates, & ad hanc diem in Dei Ecclesia inauditas introducant. Valeat ergo Calendarij Vietæi tam multiplex, vt ostendimus, ἀταξία, καὶ ἀπηχία, καὶ ψευδοπροφητεία. Hæc enim vitia, quę in nostrum Calendarium Gregorianum Vieta coniecit, longè aptius in ipsius Calendarium quadrant, vt ex ijs, quæ ostendimus, liquet.

14 INTER cętera, quæ in suo Calendario nouo Vieta doctè, subtiliterque disputat, duas celebrat propositiones, quas omni ex parte non possum probare. Prima est. Magna periodus Lunæ annos 3400. complectitur, quã propos. 31. asserit synodicos mẽses feliciter, & accuratè restituere: eamque appellat Gregorianam, ac nouam, & eo magis nouam, quod de ea, vt inquit, ego non memini in Apologeticis meis. Quo modo autem possum meminisse eius, quod non est, neque apud vllum scriptorem grauem reperitur? Non quidem nego, eam periodum maxime ad veritatem accedere, sed id præstare omnino, quod pollicetur, id verò pernego. Nam nisi mensis Lunaris constituatur Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. sec. 3. Ter. 10. Quart. 43. & paulo amplius, non possunt restitui Lunationes in annis 3400. quod ipsemet etiam Vieta affirmare videtur, cum eo in loco mensem synodicum perhibeat esse dierum 29 $\frac{1}{4}\frac{2}{1}\frac{3}{0}\frac{1}{6}\frac{3}{2}$. vel, quod idem est, dierum 29 $\frac{1}{1}\frac{3}{0}\frac{0}{0}\frac{5}{0}\frac{9}{0}\frac{1}{0}\frac{3}{0}\frac{4}{0}\frac{5}{0}$ sed qua auctoritate hoc faciat, non video. Tres reperio omnino extare de motibus cælorum opiniones ab omnibus Astronomis celebratas: prima est Ptolemæi, secunda in tabulis Alphonsinis, & tertia in Prutenicis continetur: sed neque Ptolemæus, neque tabulæ siue Alphonsinæ, siue Prutenicę mensem Lunarem constituunt eum, quem Vieta nobis propria auctoritate proponit. Nam Ptolemęus eum facit maiorem, quemadmodum & tabulæ Prutenicæ, Alphonsinæ vero tabulæ minorem, vt cap. 8. exposuimus. Certè si cuilibet liceret mensis Lunaris magnitudinem, prout vult, definire, non deesset fortassis, qui diceret, mensem Lunarem esse dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 25. & paulo amplius. Hoc enim posito, accurate in 19. annis Solaribus conficerentur 235. Lunationes. Verum hoc in scholis non concederetur, nisi diuturna obseruatione deprehensum fuerit, rem ita se habere. Proferat ergo etiam Vieta, qua obseruatione didicerit, mensem Lunarem esse eum, quem in magna Lunæ periodo nobis obtrudit.

ALTERA Vietę propositio est hæc, quæ sequitur. A centuria bissextili ad centuriam non bissextilem, progressus Neomeniarum est dierum 5. horarum 8. scrupulorum 13. secundorum 12. A prima non bissextili ad secundam non bissextilem, idem progressus. A

secunda

Digitized by Google

secunda rursus ad tertiam, idem. At a tertia non bissextili ad quartam bissextilem, progressus est dierum 4. horarum 8. scrup. 13. secundorum 12. Hac arte propos. 36. ad plurimas centurias Neomenias descripsit, vbi prædictus progressus cernitur: ex quibus has quinque selegi. Sed vnde calculum hunc deprompserit, ignoro. Equidem ex calculo, quem cap. 13. proposui ex tabulis Prutenicis, & Ioan. Antonij Magini, quem etiã diligenter perscripsit Paulus Middelburgensis, & ex ipsius Vietę etiam calculo, quem infrà subijciam, didici, hunc progressum sibi non constare. Reperio enim a centuria bissextili ad primam centuriam non bissextilem esse dierum 6. horarum 8. Minutorum 13. secundorum 30. A prima centuria non bissextili ad secundam non bissextilem, dierum 5. horarum 8. Minutorum 13. secundorum 30. A secunda rursus ad tertiam, eundem. At a tertia non bissextili ad quartam bissextilem, progressum esse dierum 3. horarum 8. Minutorum 13. secundorum 30. Huius rei veritatem in varijs centurijs longè a se distantibus exploraui, ex quibus sequentes in tabella subiecta exibui, vbi eum semper, quem dixi, progressum vides. Solum in minutis interdum varietas vnius minuti cernitur, ita vt non semper 13. minuta reperiantur; quod propter secunda hic neglecta accidit. Idem hic progressus in centurijs conspicitur, si Lunationes supputentur per modum sequentis cap. ex Vieta depromptum, vt patebit si id experiri voles.

| | D | H | M | |
|---|---|---|---|---|
| 3200 | 7 | 17 | 56 | Mar. |
| 3300 | 13 | 2 | 9 | Mar. |
| 3400 | 18 | 10 | 23 | Mar. |
| 3500 | 23 | 18 | 37 | Mar. |
| 3600 | 28 | 2 | 50 | Mar. |

Quãtus sit progressus Neomeniarum ab vna centuria ad aliã post correctionem.

| Anni | D. | H. | M. | Men. |
|---|---|---|---|---|
| 1600 | 14 | 8 | 35 | M |
| 1700 | 20 | 16 | 48 | M |
| 1800 | 26 | 1 | 2 | M |
| 1900 | 31 | 9 | 15 | M |
| 2000 | 3 | 17 | 29 | A |

| Anni | D. | H. | M. | Men. |
|---|---|---|---|---|
| 10000 | 28 | 17 | 12 | M |
| 10100 | 4 | 1 | 26 | A |
| 10200 | 9 | 9 | 39 | A |
| 10300 | 14 | 17 | 53 | A |
| 10400 | 18 | 2 | 6 | A |

| Anni | D. | H. | M. | Men. |
|---|---|---|---|---|
| 20000 | 6 | 10 | 30 | Mar. |
| 20100 | 12 | 18 | 43 | Mar. |
| 20200 | 18 | 2 | 57 | Mar. |
| 20300 | 23 | 11 | 10 | Mar. |
| 20400 | 26 | 19 | 24 | Mar. |

Quãtus sit progressus Neomeniarum ab vna centuria ad aliã ante correctionem.

ANTEQVAM Calendarium corrigeretur, quoniam omnes annorum centuriæ fuerunt bissextiles, progressus Neomeniarum perpetuò fuit dierum 4. horarum 8. Minutorum 13. secundorum 30. vt sequens tabella docet.

| Anni | Dies | Hor. | Min. | Men. |
|---|---|---|---|---|
| 200 | 2 | 14 | 54 | Mar. |
| 300 | 6 | 23 | 7 | Mar. |
| 400 | 11 | 7 | 21 | Mar. |
| 500 | 15 | 15 | 34 | Mar. |
| 600 | 19 | 23 | 48 | Mar. |

| Anni | Dies | Hor. | Min. | Men. |
|---|---|---|---|---|
| 600 | 19 | 23 | 48 | Mar. |
| 700 | 24 | 8 | 1 | Mar. |
| 800 | 28 | 16 | 15 | Mar. |
| 900 | 2 | 0 | 28 | Apr. |
| 1000 | 6 | 8 | 42 | Apr. |

HAEC cum ita sint, & nostri ratio calculi apud probatos auctores reperiatur, miror sanè, vndenam Vieta illum suum progressum a nostro diuersum deprompserit. Et vero fieri non potest, vt idem progressus a centuria bissextili ad centuriam nõ bissextilem sit, qui a centuria non bissextili ad centuriam non bissextilem, vt vult Vieta: cum vtrobique non sit eadem ratio, vt perspicuum est. Duas hasce propositiones examinare volui; quanquam parum ad rem nostram faciunt, vt studiosus lector videat, Vietam incertiori calculo, quam nos, inniti: quippe quem apud nullum probatum scriptorem reperiam. Sanè si Nouilunia illarum centuriarum, quas ex Vieta protuli, recte supputentur siue per cap. 13. siue per duo capita sequentia, deprehendetur idem omnino progressus, quem dixi, vt in subiecta tabella apparet, in qua Nouilunia per cap. sequens supputata sunt.

| Anni | D. | H. | M. |
|---|---|---|---|
| 3200 | 7 | 5 | 59 |
| 3300 | 13 | 14 | 12 |
| 3400 | 18 | 22 | 26 |
| 3500 | 24 | 6 | 39 |
| 3600 | 27 | 14 | 53 |

CAETERVM & ratio suadet, progressum Neomeniarum eum esse debere, quem dixi, & quem calculus indicat, non autem illum, quem vieta præscribit. Cum enim, si omnes

centuriæ

Digitized by Google

centuriæ essent bissextiles, progressus is contineat dies 4. hor. 8. Min. 13. Sec. 30. vt in centurijs ante correctionem vidimus, necesse est, a centuria bissextili ad non bissextilem progressum esse dierum 6. &c. non autem 5. Nam quia posterior centuria bissextilis non est, non continget Neomenia in ea, die vno citius, vt in bissextilibus annis. ergo deberet iam esse progressus ille 5. dierum: sed quoniã in ea additur 1. dies ad Neomeniã, qui videlicet tum ablatus est, vt cap. 13 diximus, continget ea Neomenia adhuc tardius vno die, atque ita progressus erit dierũ 6. &c. Hoc idem optime calculus probat. Nam si Neomenia v. g. anno 1700. tanquam bissextili supputetur, reperietur ea incidere in Martij diem 18. hor. 16. Min. 48. duobus nimirum diebus citius, quam si non sit bissextilis ea centuria: quippe cum Neomeniam eam inuenerimus incurrere in diem 20. &c. Quare non solum 4. diebus, sed duobus amplius Neomeniæ à centuria bissextili ad non bissextilem progredientur. At à centuria non bissextili ad non bissextilem progressus hic dies duntaxat 5. hor. 8. &c. complectetur, propterea quod prior centuria habet suam Neomeniam vno die tardius, quam si esset bissextilis. Denique idem progressus à centuria non bissextili ad bissextilem dierum erit tantummodo 3. hor. 8. &c. quia si prior centuria esset bissextilis, contineret progressus ille dies 4. &c. Cum ergo ponatur non bissextilis, habebit Neomeniã vno die serius, ac proinde progressui illi relinquentur dies duntaxat 3. hor. 8. Min. 13. Quod si Vieta in hoc progressu nolit conquiescere, proferat, si potest, alium calculum certiorem. Certe progressum à nobis expositum euidenter calculus Lunationum per eum instituturus comprobat: quippe cum eædem Neomeniæ, atque oppositiones per eum calculum reperiantur, quæ per calculum cap. 13. & capitis insequentis inueniuntur. Hoc autem manifestum erit ex cap. 25. vbi eum calculum proponemus.

EX ijs ergo quæ breuiter aduersus Vietę Calendarium disputauimus, liquido constare arbitror, illud omnino vitiosum esse, nostrum vero, quod verè Gregorianum perpetuum dici meretur, (quamquam ille id vulgare, per contemptionem, vt dixi, appellet) Decretis, sanctionibusque Patrum ac Conciliorum magis esse consentaneum.

ATQVE hæc omnia a Vieta viro prudenti, ac docto eo animo accipi velim, quo a me dicta sunt. Non enim quicquam (quod initio etiam professus sum) de cuius fama, cuius lucubrationes suspexi semper, & admiratus sum, detractum volo: sed solum ostendere sum conatus, Calendarium Gregorianum, quod toto hoc volumine explanaui, non tot continere errata, quot illi Vieta sine vlla ratione affingit; & vix vllum construi posse perfectius: vt necesse non sit aliud anni principium comminisci, aut confingere, ac multo minus Epactas alia ratione in Calendario disponere, cum optima eę ratione in Gregoriano Calendario digestę sint.

---

# CAPVT XXV.

## DE ALIA RATIONE SVPPVTANDI NOVILVNIA, ac Plenilunia media Paschalia post anni correctionem.

DIXI Vietam in libro sui Calendarij multa pręclare, subtiliterque perscripsisse, inter quę rationem elegantem supputandi medias Luminarium coniunctiones, oppositionesque Paschales post correctionem excogitauit, quam hic appendicis loco exponere decreui: quia in ea opus non est, vt dies exempti adijciantur, sicut in superiori calculo, quod quidem molestum est, quando illi dies in maiorem summam excreuerint. Quoniam vero ipse rationem hanc solis centesimis annis post correctionem accommodat, eandem nos ad annos etiam non centesimos transferemus. Vt vel hinc Vieta quoque intelligat, me de eius fama hoc loco nihil detrahere voluisse, sed solum, quæ minus rectè de toto Calendarij negotio tradidit, refutare habuisse in animo: quę autem rectè ac probe docuit, ea me libenter amplecti: quamuis eius tabula correctione indiget, propter scrupula Secunda, Tertia, & Quarta ab ipso neglecta, quæ in magno annorum numero non leuem errorẽ parere possunt; vt mirum non sit, eum Neomenias Paschales annorum 19480000. & 165580200. ex sua tabula inuenisse æquationi suarum

Epactarum

Epactarũ reſpondere. quod tamen verũ non eſt, vt ſupra oſtẽdimus. Ratio ergo ita ſe habet. Primum proponãtur Nouilunia Paſchalia quatuor horum annorum 1600. 1700. 1800. & 1900. veluti radices omnium Nouiluniorum ſupputandorũ. Hæc diligentiſſimè ex tabulis cap. 13. ſupputaui, reperique ea in horis non parum ab ijs, quæ a Vieta proponuntur, diſcrepare. Deinde conſtruatur tabula annorum, qui a 400. per 400. progrediantur, vſque ad 4000. Hinc per 2000. vſque ad 10000. Deinde à 10000. per 10000. vſque ad 100000. Hinc per 100000. per 100000. vſque ad 1000000. & a 1000000. per 1000000. vſque ad 10000000. atque ita deinceps. His apponendæ ſunt Epactæ ad finem capit. 13. propoſitæ, correctæ tamen, propter dies exemptos, hoc modo. Quoniam 400. anni adimunt tres dies, ſubtrahendi erunt 3. dies ex Epacta anni 400. quæ eſt D. 12. Hor. 3. Min. 50. Sec. 2. Ter. 36. Quar. 40. atque ita prope annum 400. ponenda eſt Epacta D. 9. Hor. 3. Min. 50. Sec. 3. Nam pro 36. Tertijs ſumpſimus 1. Sec. quod in alijs etiam factum eſt. Eadem ratione ab Epacta anni 800. ſubducendi ſunt 6. dies, atque ita deinceps, auferendo ſemper toties 3. dies, quoties 400. anni in propoſito centeſimo includuntur; addita prius ad Epactam reuolutione Nouiluniorũ tot dierum, vt ſubtractio fieri poſſit, donec numerus relinquatur menſe Lunari minor. Cui rei mirificè inſeruiet tabula reuolutionum Nouiluniorum cap. 13. Num. 4. propoſita. Verum longe facilius Epactas corriges omnibus centeſimis aſcribendas, hoc modo. Iuxta annum 800. ſcribatur Epacta correcta anni 400. duplicata. Iuxta 1200. triplicata. Iuxta 1600. quadruplicata, & ſic deinceps, abiecto ſemper menſe Lunari, quando abijci poteſt, vt Epacta Lunari menſe relinquatur minor. Quando autem ad annum 4000. perueneris, coniunge Epactas annorum 2000. & 4000. vt conficias Epactam anni 6000. Item duplica Epactam anni 4000. vt Epacta anni 8000. componatur. Tandẽ iunge Epactas annorũ 4000. & 6000. vt efficias Epactã anni 10000. Hanc duplica, quadruplica, &c. pro annis 20000. 30000. 40000. &c. Rurſus Epactã anni 100000. duplica, triplica, &c. pro annis 200000. 300000. &c. atque ita in infinitũ. Sed ecce tabulam.

Conſtructio tabularum ad Nouilunia media ſupputanda poſt correctionem.

*Radices Nouiluniorum.*

| | | Anni Dñi | D. | H. | M. | S. | Men. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Indices radicum. | 0 | 1600 | 14 | 8 | 34 | 54 | Mar. |
| | 1 | 1700 | 20 | 16 | 48 | 24 | Mar. |
| | 2 | 1800 | 26 | 1 | 1 | 55 | Mar. |
| | 3 | 1900 | 31 | 9 | 15 | 25 | Mar. |

*Epactæ correctæ pro Nouilunijs, Pleniluniiſque indagandis.*

| Anni | Epactæ D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 400 | 9 | 3 | 50 | 3 |
| 800 | 18 | 7 | 40 | 5 |
| 1200 | 27 | 11 | 30 | 8 |
| 1600 | 7 | 2 | 36 | 7 |
| 2000 | 16 | 6 | 26 | 10 |
| 2400 | 25 | 10 | 16 | 11 |
| 2800 | 5 | 1 | 22 | 11 |
| 3200 | 14 | 5 | 12 | 14 |
| 3600 | 23 | 9 | 2 | 16 |
| 4000 | 3 | 0 | 8 | 16 |
| 6000 | 19 | 6 | 34 | 25 |
| 8000 | 6 | 0 | 16 | 32 |
| 10000 | 22 | 6 | 42 | 42 |
| 20000 | 15 | 0 | 41 | 21 |
| 30000 | 7 | 18 | 40 | 0 |
| 40000 | 0 | 12 | 38 | 39 |
| 50000 | 22 | 19 | 21 | 21 |
| 60000 | 15 | 13 | 19 | 59 |
| 70000 | 8 | 7 | 18 | 38 |
| 80000 | 1 | 1 | 17 | 17 |

| Anni | Epactæ D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 90000 | 23 | 7 | 59 | 59 |
| 100000 | 16 | 1 | 58 | 38 |
| 200000 | 2 | 15 | 13 | 13 |
| 300000 | 18 | 17 | 11 | 51 |
| 400000 | 5 | 6 | 26 | 25 |
| 500000 | 21 | 8 | 25 | 3 |
| 600000 | 7 | 21 | 39 | 38 |
| 700000 | 23 | 23 | 38 | 16 |
| 800000 | 10 | 12 | 52 | 51 |
| 900000 | 26 | 14 | 51 | 29 |
| 1000000 | 13 | 4 | 6 | 3 |
| 2000000 | 26 | 8 | 12 | 7 |
| 3000000 | 9 | 23 | 34 | 7 |
| 4000000 | 23 | 3 | 40 | 10 |
| 5000000 | 6 | 19 | 2 | 10 |
| 6000000 | 19 | 23 | 8 | 13 |
| 7000000 | 3 | 14 | 30 | 13 |
| 8000000 | 16 | 18 | 36 | 17 |
| 9000000 | 0 | 9 | 58 | 17 |
| 10000000 | 13 | 14 | 4 | 20 |

Anni

Digitized by Google

| Anni | Epactæ | | | |
|---|---|---|---|---|
| | D. | H. | M. | S. |
| 20000000 | 27 | 4 | 8 | 40 |
| 30000000 | 11 | 5 | 28 | 57 |
| 40000000 | 24 | 19 | 33 | 17 |
| 50000000 | 8 | 20 | 53 | 34 |
| 60000000 | 22 | 10 | 57 | 54 |
| 70000000 | 6 | 12 | 18 | 11 |
| 80000000 | 20 | 2 | 22 | 31 |
| 90000000 | 4 | 3 | 42 | 48 |
| 100000000 | 17 | 17 | 47 | 8 |
| 200000000 | 5 | 22 | 50 | 13 |
| 300000000 | 23 | 16 | 37 | 20 |
| 400000000 | 11 | 21 | 40 | 25 |
| 500000000 | 0 | 2 | 43 | 30 |
| 600000000 | 17 | 20 | 30 | 38 |
| 700000000 | 6 | 1 | 33 | 42 |
| 800000000 | 23 | 19 | 20 | 50 |

| Anni | Epactæ | | | |
|---|---|---|---|---|
| | D. | H. | M. | S. |
| 900000000 | 12 | 0 | 23 | 55 |
| 1000000000 | 0 | 5 | 26 | 59 |
| 2000000000 | 0 | 10 | 53 | 59 |
| 3000000000 | 0 | 16 | 20 | 58 |
| 4000000000 | 0 | 21 | 47 | 58 |
| 5000000000 | 1 | 3 | 14 | 57 |
| 6000000000 | 1 | 8 | 41 | 57 |
| 7000000000 | 1 | 14 | 8 | 56 |
| 8000000000 | 1 | 19 | 35 | 56 |
| 9000000000 | 2 | 1 | 2 | 55 |
| 10000000000 | 2 | 6 | 29 | 55 |
| 20000000000 | 4 | 12 | 59 | 50 |
| 30000000000 | 6 | 19 | 29 | 45 |
| 40000000000 | 9 | 1 | 59 | 40 |
| 50000000000 | 11 | 8 | 29 | 35 |
| 60000000000 | 13 | 14 | 59 | 30 |

2 VT ergo Nouiluniũ cuiusuis centesimi post correctionẽ propositi supputetur, eligẽda primo loco est radix ex illis quatuor superioribus. quod fiet, si numerus centenariorũ per 4. diuidatur. Nã si in diuisione nihil supereſt, adoptanda est radix anni 1600. cui præfigitur index 0. si vero supereſt 1. radix anni 1700. cui index 1. ascribitur. Si 2. radix anni 1800. indicis 2. si denique 3. radix anni 1900. indicis 3. Hæc autem radicis electio nullo etiam negotio memoriter fiet, si solum ratio habeatur numeri per millenas, ac centenas expressi. Abiectis enim ex eo omnibus 20. si nihil supereſt, assumenda est radix indicis 0. si vero aliquid remanet, abijcienda sunt omnia 4. & si quidem nihil est residui, eadem radix indicis 0. asciscenda est; si vero supereſt 1. radix indicis 1. si 2. radix indicis 2. si denique 3. radix indicis 3.

Qua ratione Nouilunium cuiusuis centesimi post anni correctionem supputetur

ELECTA radice, subtrahendus est eius annus centesimus ex centesimo proposito, & cum residuo in tabulam Epactarum correctarum ingrediendum, quoties opus erit, excerpendo Epactas numeris, per quos fit ingressus, debitas; quibus in vnam summam collectis, & abiecto mense Lunari, quoties abijci potest, summa, vel reliquus numerus ex Nouilunio radicis electæ subducendus, appositio prius mense integro Lunari, si subtractio fieri nequeat. Reliquus namque numerus Nouiluniũ Martij quæsitum indicabit. Idem fiet, quãdo subtractio fieri nequit, si summa, vel reliquus numerus primum ex mense Synodico detrahatur, & reliquo numero adijciatur Nouilunium radicis. Conflatus enim numerus erit Neomenia, quam quærimus.

SED ne bis cogamur plerunque operari, addendo nimirum, & subtrahendo, confecimus sequentem tabellam continentem radices Nouiluniorum vna cum integro mense Lunari. Ita enim quando numerus subtrahendus maior est numero radicis electæ, subtractio facienda est ex numero eiusdem radicis huiusce tabellæ. Nam numerus reliquus Nouilunium Martij, quod quæritur, indicabit.

*Hæc tabella pro superiori radicum assumenda est, quando summa Epactarum subtrahi non potest ex Nouilunio illius tabellæ.*

| Indices radicum. | Anni | Radices Nouiluniorum ad mensem Lunarem additorum. D. | H. | M. | S. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 1600 | 43 | 21 | 18 | 57 | Mar. |
| 1 | 1700 | 50 | 5 | 32 | 27 | Mar. |
| 2 | 1800 | 55 | 13 | 45 | 58 | Mar. |
| 3 | 1900 | 60 | 21 | 59 | 28 | Mar. |

Quando

Digitized by Google

Quando etiam ſumma ex Epactis collecta maior eſt mẽſe Lunari, minor tamen numero radicis electę huius tabellæ, ſubtrahenda ea eſt, nõ abiecto prius ex eadẽ menſe ſynodico.

VT ſi anno 4000. Paſchale Nouilunium inquiratur. Numerus per millenas, centenaſque expreſſus eſt 40. Abiectis omnibus 20. nil ſupereſt. Radix ergo indicis 0. eligenda; cuius centeſimus 1600. ex 4000. centeſimo propoſito detractus relinquit 2400. qui numerus in tabula Epactarum correctarum habet Epactam D. 25. H. 10. Min. 16. Sec. 11. quæ quia ex Nouilunio radicis electæ ſubtrahi nequit, ſubtrahenda eſt ex numero eiuſdem radicis vna cum menſe Lunari proximæ tabellæ, hoc eſt, ex D. 43. Hor. 21. Min. 18. Sec. 57. Reliquus etenim numerus Nouilunium indicabit in Martio D. 18. H. 11. Min. 2. Sec. 46. quod Paſchale eſt.

ITEM ſi quæratur Nouilunium Paſchale anni 4800. Numerus per millenas, centenaſque expreſſus eſt 48. Reiectis omnibus 20. ſuperſunt 8. & abiectis omnibus 4. nil remanet. Ergo radix indicis 0. ſumenda: cuius centeſimus 1600. ex dato centeſimo 4800. demptus relinquit 3200. cum quo numero ſemel in tabulam ingrediendo excerpatur Epacta, D. 14. H. 5. Min. 12. Sec. 14. Hæc enim ſi ex Nouilunio radicis electæ, anni videlicet 1600. tollatur, reliqua fiet Neomenia D. 0. H. 3. Min. 22. Sec. 40. in Martio, quæ Paſchalis non eſt. Addito ergo menſe Lunari D. 29. H. 12. Min. 44. Sec. 3. reperies Nouilunium Paſchale in Martio D. 29. H. 16. Min. 6. Sec. 43.

RVRSVS datus ſit annus 109500. Numerus millenis, ac centenis expreſſus eſt 95. Abiectis 20. remanent 15. & demptis 4. ſuperſunt 3. Ergo radix indicis 3. eligenda eſt: Huius centeſimus 1900. ex dato centeſimo 109500. detractus relinquit 107600. Ingrediendum ergo eſt in tabulam cum annis 100000. 6000. 1600. colligeturq; ſumma Epactarum D. 42. H. 11. Min. 9. Sec. 10. à qua ſi demptur Lunaris menſis, remanebunt D. 12. H. 22. Min. 25. Sec. 7. quæ ablata ex Nouilunio radicis inuentæ, anni videlicet 1900. inuenietur Neomenia Paſchalis in Martio, D. 18. H. 10. Min. 50. Sec. 18.

| Anni | D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 100000 | 16 | 1 | 58 | 38 |
| 6000 | 19 | 6 | 34 | 25 |
| 1600 | 7 | 2 | 36 | 7 |
| Summa | 42 | 11 | 9 | 10 |
| menſ. detr. | 29 | 12 | 44 | 3 |
| reſiduum | 12 | 22 | 25 | 7 |
| Nouil. rad. | 31 | 9 | 15 | 25 |
| reſiduũ detr. | 12 | 22 | 25 | 7 |
| Nouil. Mar. | 18 | 10 | 50 | 18 |

DENIQVE ſi detur annus 165580200. Numerus per millenas, atque centenas expreſſus eſt 02. Reiectis omnibus 20. & 4. relinquuntur 2. ideoque radix indicis 2. anni videlicet 1800. deligenda eſt. Ablato centeſimo huius radicis ex dato anno, reliquus fit annus 165578400. Ergo ſi ingrediaris cum annis hic poſitis in tabulam, excerpaſq; Epactas, colliges ſummam D. 91. H. 19. Min. 37. Sec. 28. ex qua ſi demes reuolutionem Nouiluniorum maximam, quæ detrahi poteſt, nimirum D. 88. H. 14. Min. 12. Sec. 10. relinquentur D. 3. H. 5. Min. 25. Sec 18. quæ dempta ex Nouilunio radicis 2. id eſt, anni 1800. reliqua fiet Neomenia Paſchalis in Martio D. 22. H. 19. Min. 36. Sec. 37. Ex quo apparet, Epactam Vietæ ij. vel iiij. (Nam in hoc, vt ſupra dixi, non ſibi conſtat) non exhibere Neomeniam calculo Aſtronomico congruentem, vt antea diximus: Et tamen hic calculus Vietæ ex calculo à nobis cap. 13. propoſito extruitur totus, cum ex Epactis annorum collectorum ſolum auferat dies propter æquinoctium exemptos, vt docuimus.

| Anni | D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 100000000 | 17 | 17 | 47 | 8 |
| 60000000 | 22 | 10 | 57 | 54 |
| 5000000 | 6 | 19 | 2 | 10 |
| 500000 | 21 | 8 | 25 | 3 |
| 70000 | 8 | 7 | 18 | 38 |
| 8000 | 6 | 0 | 16 | 32 |
| 400 | 9 | 3 | 50 | 3 |
| Summa | 91 | 19 | 37 | 28 |
| Reu. No det. | 88 | 14 | 12 | 10 |
| Reſiduum | 3 | 5 | 25 | 18 |
| Nouil. Rad. | 26 | 1 | 1 | 55 |
| Reſid. detra. | 3 | 5 | 25 | 18 |
| Nouil. Mart. | 22 | 19 | 36 | 37 |

QVOD ſi pro ſuperioribus quatuor radicibus Nouiluniorum aſſumamus eorundẽ annorũ quatuor radices Pleniluniorum, ſupputabimus eodem modo oppoſitiones medias Paſchales. Ita autem ſe habent Pleniluniorum radices in eiſdem annis 1600. 1700. 1800. 1900. ſupputatæ.

Qua ratione Plenilunium cuiuſuis centeſimi poſt anni correctionem ſupputetur.

SIT inueſtigandum Plenilunium Paſchale anni 4800. Epacta ei debita eſt D. 14. H. 5. Min. 12. Sec. 14. vt patuit: quę ſi auferatur ex Plenilunio anni 1600. quia radix indicis 0. ſumenda eſt, vt diximus, deprehendes Plenilunium Martij incidere in D. 14. H. 21. Min. 44. Sec. 42. quod Paſchale non eſt. Addito ergo menſe Lunari, fiet Plenilunium Paſchale in Aprili D. 13. H. 10. Min. 28. Sec. 45.

RVR-

Digitized by Google

RVRSVS anno 109500. conuenit radix indicis 3. & ſumma Epactarum (poſt abiectionem mẽſis Lunaris) D.12.h.22.M.25.Sec.7.qua ablata ex Plenilunio anni 1900. cadet Plenilunium Paſchale in Aprilis Diem 2. h.5. Min. 12. Sec.20.

*Radices Pleniluniorum*

| Indices radicum | Anni | D | H | M | S | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 1600 | 29 | 2 | 56 | 56 | Mar. |
| 1 | 1700 | 4 | 11 | 10 | 26 | Apr. |
| 2 | 1800 | 9 | 19 | 23 | 56 | Apr. |
| 3 | 1909 | 15 | 3 | 37 | 26 | Apr. |

PRAETEREA anno 165580200. debetur radix indicis 2. & ſumma Epactarum (poſt abiectionem menſium Lunarium) D.3.h.5.m.25.Sec.18. qua deducta ex Plenilunio anni 1800. incidet plenilunium Paſchale in Aprilis Diem 6.h.13. min.58. Sec.39.

DENIQVE ſi detur annus 3700. inuenietur radix indicis 1. cuius annus 1700. demptus ex propoſito anno, relinquit 2000. cui in tabula congruit Epacta D.16.h.6.min.26.ſec.10. quę ex plenilunio Aprilis anni 1700. nimirũ ex D.4.h.11.m.10.ſec.26. detrahi nequit. Si igitur addantur dies 31. Martij: vel addatur menſis Lunaris, & fiat ſubtractio, inuenies plenilunium in Aprili D.17.h.17.min.28.ſec.19. Et ſic de cæteris. Memor tamen eſto, vt, ſi plenilunium in Martio repertum non eſt Paſchale, addas menſem Lunarem; ſi verò in Aprili Paſchale non eſt, detrahas menſem Lunarẽ, additis prius diebus 31. Martij, ſi opus eſt. Tum autem plenilunium in Martium cadet, cũ ſubtractio fit ex diebus Martij, etiam poſt additionem menſis Lunaris: ita tamen, vt ſi reliquus numerus maior eſt, quàm 31. auferas 31. vt plenilunium habeas in Aprili. Vt ſi deprehenderes plenilunium die 43. Martij, fieret illud die 12. Aprilis. In Aprilem autem plenilunium incidet, cum ſubtractio fit ex diebus Aprilis, etiam poſt additionem menſis Lunaris. V.g. in propoſito exemplo, ſi ad plenilunium Aprilis anni 1700. adijcies dies 31. Martij, habebis plenilunium Martij Die 35.h.11.min.10. ſec. 26. ex quo ſi detrahes Epactam D. 16. h. 6. min.26. ſec.10. reperies plenilunium in Martio Die 19.h. 4.Min.44.ſec.16. quod Paſchale non eſt. Si igitur addetur Lunaris menſis, deprehendetur idem fieri in Martio Die 48.h.17. Min. 28. Sec. 19. hoc eſt, in Aprili Die 17. H. 17. Min. 28. Sec 19. At verò ſi eidem Plenilunio Aprilis anni 1700. addes menſem Lunarem, conficies Dies Aprilis 33. H.23. Min. 54. Sec. 29. Et ſi detrahes Epactam eandem D. 16. H. 6. Min. 26. Sec. 10. habebis idem Plenilunium Paſchale in Aprili D. 17. H. 17. Min. 28. Sec. 19.

*Quando Plenilunium in Martiũ, vel in Aprilem cadat.*

HIC quoque ſubiunximus tabellam radicum Pleniluniorũ vna cum menſe integro Lunari, vt quando numerus ſubtrahẽdus maior fuerit numero radicis electæ, ſubtractio fiat ex numero eiuſdẽ radicis huius tabellæ. Exempli cauſa. In proximo anno 3700. Epacta D. 16. H.6.M.26.Sec.10. ex Plenilunio radicis electæ, anni videlicet 1700. ſubtrahi nequit. Si igitur dematur ex numero eiuſdem radicis indicis 1. huiuſce tabellæ, id eſt, ex D.33.H.23.M. 54. Sec. 29. reliquum fiet Plenilunium in Aprili D. 17. H.17. Min.28. Sec.19. vt prius.

*Hæc tabella pro ſuperiori radicum adhibẽda eſt, quando ſumma Epactarũ detrahi non poteſt ex Plenilunio illius tabellæ ſuperioris.*

*Radices Pleniluniorum ad menſem Lunarem additorum.*

| Indices radicum | Anni | D | H | M | S | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 1600 | 58 | 15 | 40 | 59 | Mar. |
| 1 | 1700 | 33 | 23 | 54 | 29 | Apr. |
| 2 | 1800 | 39 | 8 | 7 | 59 | Apr. |
| 3 | 1900 | 44 | 16 | 21 | 30 | Apr. |

Itaque hic quoque, quando ſumma ex Epactis collecta maior quidem eſt menſe Lunari, minor verò numero radicis electæ in hac tabella, ſubducenda ea eſt, non abiecto prius ex eadem, menſe Lunari.

NEQVE verò hoc omittendum eſt, quando conſtat, ſummã Epactarum ex Nouilunio, Plenilunioue radicis electæ ſubductam relicturam Nouilunium, aut plenilunium in Martio non Paſchale, vel eam detractam reliquum feciſſe Nouiluniũ, Pleniluniumue Martij non Paſchale, eam ſubtrahi debere ex numero tabellæ Nouiluniorum, vel Pleniluniorum additorum. Ita enim Paſchale Nouiluniũ, aut Plenilunium remanebit. V.g. In ſuperiori exemplo anni 4800. certũ eſt, Epactam D.14.h 5.M.12. Sec.14. ſubtractam ex Nouilunio radicis anni 1600. hoc eſt, ex D.14.H.8.M.34.Sec.54. relinquere Nouilunium nón Paſchale: quia remanent D.0.H.3.M.22.Sec.40. Martij. Quare ſi eadem illa Epacta detrahatur ex numero eiuſdem radicis in poſteriori tabella Nouiluniorum, id eſt, ex D.43.H.21.Min.18.Sec.57. reliquum erit Nouilunium Paſchale in Martio D. 29. H.16.Min.6.Sec.43. quod ſupra etiam inuentum eſt.

*Inuento Nouilunio aut plenilunio alicuius cẽteſimi poſt correctionẽ, quopacto inde elicitur Nouilu. aut plenilunium cuiuſuis anni poſt illũ cẽteſimum.*

IAM verò ſi quis cupiat Nouilunium Paſchale cuiuſuis anni expanſi poſt datum centeſimum, detrahenda eſt Epacta illius anni expanſi in prima tabula cap. 13. deſcripta, (Hanc ad maiorem commoditatem hic repetendã cenſuimus.) ex Nouilunio, Plenilunioue illius



Digitized by Google

illius centesimi, adiuncto prius integro mense Lunari, si subtractio fieri nequit; ita tamen, vt si centesimus non est bissextilis, (quod scies, si post abiectionem 20. & 4. ex numero per millenas, & centenas expresso aliquid supereſt) abijcias à residuo adhuc vnam vnitatem. Ita enim nota fiet Neomenia illius anni expansi.

QVAERENDVM sit v.g. Nouilunium, Pleniluniumue Paschale anni 1673. Epacta anni 73. est D. 26. H. 9. M. 44. S. 14. quæ ex Nouilunio centesimi 1600. adiecto prius mense Lunari, subducta relinquit Nouiluniũ Paschale in Martio D. 17. H. 11. M. 34. Sec. 43. Sit rursus inuestigandum Nouilunium Paschale anno 29447. Quoniã millenæ atque centenæ dant numerũ 94. abiectis autem 20. & 4. remanent 2. Ergo centesimus est non bissextilis, eligendaq; est radix indicis 2. cuius centesimus 1800. ex dato cẽtesimo 29400. detractus relinquit 27600. Quare Neomenia Paschalis anni 29400. fiet in Martio D. 4. h. 13. M. 54. sec. 5. Ex quæ si demas Epactã anni 47. remanebunt D. 5. H. 10. M. 28. Sec. 51. Ablata insuper vnitate, quia centesimus bissextilis non est, reliqua fiet Neomenia in Martio D. 4. h. 10. M. 28. Sec. 51. quę Paschalis nõ est. Adiecto igitur mense synodico, comperies Neomeniam Paschalem in Martio D. 33. h. 23. M. 12. Sec. 54. hoc est, in Aprili D. 2. H. 23. M. 12. Sec. 54.

| | D | H | M | S |
|---|---|---|---|---|
| Nouil. 1600 | 14 | 8 | 34 | 54 |
| Mensis Lun. | 29 | 12 | 44 | 3 |
| Summa | 43 | 21 | 18 | 57 |
| Epa. anni 73 | 26 | 9 | 44 | 14 |
| Nouil. 1673 | 17 | 11 | 34 | 43 |

| | D | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 20000 | 15 | 0 | 41 | 21 |
| 6000 | 19 | 6 | 34 | 25 |
| 1600 | 7 | 2 | 36 | 7 |
| Summa | 41 | 9 | 51 | 53 |
| Mensis detr. | 29 | 12 | 44 | 3 |
| Residuum | 11 | 21 | 7 | 50 |
| Nouil. rad. | 26 | 1 | 1 | 55 |
| Resid. detr. | 11 | 21 | 7 | 50 |
| Nouil. Mar. | 14 | 3 | 54 | 5 |
| Ep. anni 47. | 8 | 17 | 25 | 14 |
| Residuum | 5 | 10 | 28 | 51 |
| Nouil. Mar. | 4 | 10 | 28 | 51 |
| Mens. addit. | 29 | 12 | 44 | 3 |
| Summa | 33 | 23 | 12 | 54 |
| Nouil. Apr. | 2 | 23 | 12 | 54 |

ITEM inquirendũ sit Pleniluniũ Paschale anni 1673. Epacta anni 73. est D. 26. h. 9. M. 44. Sec. 14. quę ex Pleniluni centesimi 1600. detracta reliquum faciet Pleniluni Martij D. 2. h. 17. m. 12. Sec. 42. quod Paschale non est. Addito igitur Lunari mense, fiet Paschale Pleniluni in Aprili D. 1. H. 5. Min. 56. Sec. 45.

PRAETEREA explorandũ sit Pleniluni anni 29447. Quoniã in centesimo 29400. Pleniluniũ accidit in Martio D. 28. H. 22. Min. 16. Sec. 7. Ex quo si demantur Epacta anni 47. quæ est D. 8. H. 17. M. 25. Sec. 14. & insuper dies 1. abijciatur, quòd centesimus bissextilis non sit, remanebit propositi anni Pleniluniũ in Martio D. 19. H. 4. M. 50. Sec. 53. quod Paschale non est. Addito ergo mense Lunari, deprehendetur Paschale Pleniluni in Aprili D. 17. H. 17. Min. 34. Sec. 56.

DENIQVE Pleniluni Paschale anni 4018. inuestigandum proponatur. Quoniam huic anno congruit radix 0. cuius centesimus 1600. ex eo detractus relinquit 2400. cui conuenit Epacta D. 25. h. 10. Min. 16. Sec. 11. Hæc autẽ dempta ex Plenilunio anni 1600. reliquũ facit Plenilunium Martij D. 3. h. 16. min. 40. Sec. 45. quod Paschale non est. Addito ergo mense Lunari, cadet Paschale Pleniluni in Aprilis D. 2. h. 5. Min. 24. Sec. 48. Ex quo demi non potest Epacta anni expansi 18. Si ergo adijciatur mensis Lunaris, fiatq; subtractio, prodibit Pleniluni anni 4018. quæsitũ D. 13. h. 13. M. 8. Sec. 36. in Aprili. Hic facile liquet, Epactam anni 2400. ex Plenilunio anni 1600. subductam relinquere Pleniluniũ in Martio nõ Paschale. Igitur si eadẽ Epacta D. 25. h. 10. m. 16. Sec. 11. dematur ex Plenilunio addito posterioris tabellæ, nimirũ ex D. 58. h. 15. m. 40. Sec. 59. cõperiemus Pleniluniũ Paschale incidere in Aprilis D. 2. h. 5. m. 24. sec. 48. vt prius.

Quando loco Epactarum vsurpãda sint earundem complementa.

QVONIAM verò non raro contingit, Epactam anni expansi ex Nouilunio, aut Plenilunio centesimi anni præcedentis non posse subtrahi, adiunximus hic tabulæ Epactarum (quã ex cap. 13. huc ad maiorẽ commoditatem transtulimus) aliam tabulã, quæ earundem Epactarum complementa ad integrum mensem Lunarem complectitur: vt videlicet, quando Epacta subtrahi nequit, adijciatur eius complementũ ad Nouilunium, Pleniluniumue anni centesimi; ita tamen, vt si centesimus est communis, detrahatur dies 1. ex numero conflato. quamuis idem Nouilunium, aut Plenilunium producatur, si Epacta subducatur ex Nouilunio, Plenilunioue anni centesimi præcedentis, addito prius Lunari mense, &c.

EXEMPLI gratia. In proximo anno 4018. repertum est Pleniluni centesimi in Aprili D. 2. H. 5. Min. 24. Sec. 48. ex quo Epacta anni expansi 18. demi nequit. Si ergo addamus complementum eius Epactæ D. 11. H. 7. Min. 43. Sec. 48. deprehendemus Plenilunium anni 4018. in Aprili D. 13. H. 13. Min. 8. Sec. 36. vt supra.

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula Epactarum in 100. annis expansis.*

| Anni expansi. | Epactæ D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 10 | 15 | 11 | 22 |
| 2 | 21 | 6 | 22 | 44 |
| 3 | 2 | 8 | 50 | 2 |
| 4 | 14 | 0 | 1 | 24 |
| 5 | 24 | 15 | 12 | 46 |
| 6 | 5 | 17 | 40 | 5 |
| 7 | 16 | 8 | 51 | 27 |
| 8 | 28 | 0 | 2 | 49 |
| 9 | 9 | 2 | 30 | 7 |
| 10 | 19 | 17 | 41 | 29 |
| 11 | 0 | 20 | 8 | 48 |
| 12 | 12 | 11 | 20 | 10 |
| 13 | 23 | 2 | 31 | 32 |
| 14 | 4 | 4 | 58 | 50 |
| 15 | 14 | 20 | 10 | 12 |
| 16 | 26 | 11 | 21 | 34 |
| 17 | 7 | 13 | 48 | 53 |
| 18 | 18 | 5 | 0 | 15 |
| 19 | 28 | 20 | 11 | 37 |
| 20 | 10 | 22 | 38 | 55 |
| 21 | 21 | 13 | 50 | 17 |
| 22 | 2 | 16 | 17 | 36 |
| 23 | 13 | 7 | 28 | 58 |
| 24 | 24 | 22 | 40 | 20 |
| 25 | 6 | 1 | 7 | 38 |
| 26 | 16 | 16 | 19 | 0 |
| 27 | 27 | 7 | 30 | 22 |
| 28 | 9 | 9 | 57 | 41 |
| 29 | 20 | 1 | 9 | 3 |
| 30 | 1 | 3 | 36 | 21 |
| 31 | 11 | 18 | 47 | 43 |
| 32 | 23 | 9 | 59 | 5 |
| 33 | 4 | 12 | 26 | 24 |
| 34 | 15 | 3 | 37 | 46 |
| 35 | 25 | 18 | 49 | 7 |
| 36 | 7 | 21 | 16 | 26 |
| 37 | 18 | 12 | 27 | 48 |
| 38 | 29 | 3 | 39 | 10 |
| 39 | 10 | 6 | 6 | 29 |
| 40 | 21 | 21 | 17 | 51 |
| 41 | 2 | 23 | 45 | 9 |
| 42 | 13 | 14 | 56 | 31 |
| 43 | 24 | 6 | 7 | 53 |
| 44 | 6 | 8 | 35 | 12 |
| 45 | 16 | 23 | 46 | 33 |
| 46 | 27 | 14 | 57 | 55 |
| 47 | 8 | 17 | 25 | 14 |
| 48 | 20 | 8 | 36 | 36 |
| 49 | 1 | 11 | 3 | 55 |
| 50 | 12 | 2 | 15 | 16 |
| 51 | 22 | 17 | 26 | 38 |
| 52 | 4 | 19 | 53 | 57 |
| 53 | 15 | 11 | 5 | 19 |
| 54 | 26 | 2 | 16 | 41 |
| 55 | 7 | 4 | 43 | 59 |
| 56 | 18 | 19 | 55 | 21 |
| 57 | 29 | 11 | 6 | 43 |
| 58 | 10 | 13 | 34 | 2 |
| 59 | 21 | 4 | 45 | 24 |
| 60 | 3 | 7 | 12 | 42 |
| 61 | 13 | 22 | 24 | 4 |
| 62 | 24 | 13 | 35 | 26 |
| 63 | 5 | 16 | 2 | 45 |
| 64 | 17 | 7 | 14 | 7 |
| 65 | 27 | 22 | 25 | 29 |
| 66 | 9 | 0 | 52 | 47 |
| 67 | 19 | 16 | 4 | 9 |
| 68 | 1 | 18 | 31 | 28 |
| 69 | 12 | 9 | 42 | 50 |
| 70 | 23 | 0 | 54 | 12 |
| 71 | 4 | 3 | 21 | 30 |
| 72 | 15 | 18 | 32 | 52 |
| 73 | 26 | 9 | 44 | 14 |
| 74 | 7 | 12 | 11 | 33 |
| 75 | 18 | 3 | 22 | 55 |
| 76 | 0 | 5 | 50 | 13 |
| 77 | 10 | 21 | 1 | 35 |
| 78 | 21 | 12 | 12 | 57 |
| 79 | 2 | 14 | 40 | 16 |
| 80 | 14 | 5 | 51 | 38 |
| 81 | 24 | 21 | 3 | 0 |
| 82 | 5 | 23 | 30 | 18 |
| 83 | 16 | 14 | 41 | 40 |
| 84 | 28 | 5 | 53 | 2 |
| 85 | 9 | 8 | 20 | 21 |
| 86 | 19 | 23 | 31 | 43 |
| 87 | 1 | 1 | 59 | 1 |
| 88 | 12 | 17 | 10 | 23 |
| 89 | 23 | 8 | 21 | 45 |
| 90 | 4 | 10 | 49 | 4 |
| 91 | 15 | 2 | 0 | 26 |
| 92 | 26 | 17 | 11 | 47 |
| 93 | 7 | 19 | 39 | 6 |
| 94 | 18 | 10 | 50 | 28 |
| 95 | 29 | 2 | 1 | 50 |
| 96 | 11 | 4 | 29 | 9 |
| 97 | 21 | 19 | 40 | 30 |
| 98 | 2 | 22 | 7 | 49 |
| 99 | 13 | 13 | 19 | 11 |
| 100 | 25 | 4 | 30 | 33 |

*Tabula complementorum Epactarum in 100. annis expansis.*

| Anni expansi. | Complementa Epactarũ. D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 18 | 21 | 32 | 41 |
| 2 | 8 | 6 | 21 | 19 |
| 3 | 27 | 3 | 54 | 1 |
| 4 | 15 | 12 | 42 | 39 |
| 5 | 4 | 21 | 31 | 17 |
| 6 | 23 | 19 | 3 | 58 |
| 7 | 13 | 3 | 52 | 36 |
| 8 | 1 | 12 | 41 | 15 |
| 9 | 20 | 10 | 13 | 56 |
| 10 | 9 | 19 | 2 | 34 |
| 11 | 28 | 16 | 35 | 15 |
| 12 | 17 | 1 | 23 | 53 |
| 13 | 6 | 20 | 12 | 32 |
| 14 | 25 | 7 | 45 | 13 |
| 15 | 14 | 16 | 33 | 51 |
| 16 | 3 | 1 | 22 | 29 |
| 17 | 21 | 22 | 55 | 10 |
| 18 | 11 | 7 | 43 | 49 |



Digitized by Google

| Anni expansi. | Complementa Epactarū. D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 19 | 0 | 16 | 32 | 27 |
| 20 | 18 | 14 | 5 | 8 |
| 21 | 7 | 22 | 53 | 46 |
| 22 | 26 | 20 | 26 | 27 |
| 23 | 16 | 5 | 15 | 6 |
| 24 | 4 | 14 | 3 | 44 |
| 25 | 23 | 11 | 36 | 25 |
| 26 | 12 | 20 | 25 | 3 |
| 27 | 2 | 5 | 13 | 41 |
| 28 | 20 | 2 | 46 | 23 |
| 29 | 9 | 11 | 35 | 1 |
| 30 | 28 | 9 | 7 | 42 |
| 31 | 17 | 17 | 56 | 20 |
| 32 | 6 | 2 | 44 | 58 |
| 33 | 25 | 6 | 17 | 40 |
| 34 | 14 | 9 | 6 | 18 |
| 35 | 3 | 17 | 54 | 56 |
| 36 | 21 | 15 | 27 | 37 |
| 37 | 11 | 0 | 16 | 15 |
| 38 | 0 | 9 | 4 | 53 |
| 39 | 19 | 6 | 37 | 35 |
| 40 | 7 | 15 | 26 | 13 |
| 41 | 26 | 12 | 58 | 54 |
| 42 | 15 | 21 | 47 | 32 |
| 43 | 5 | 6 | 36 | 10 |
| 44 | 23 | 4 | 8 | 52 |
| 45 | 12 | 12 | 57 | 30 |
| 46 | 1 | 21 | 46 | 8 |
| 47 | 20 | 19 | 18 | 49 |
| 48 | 9 | 4 | 7 | 27 |
| 49 | 28 | 1 | 40 | 9 |
| 50 | 17 | 10 | 28 | 47 |
| 51 | 6 | 19 | 17 | 25 |
| 52 | 24 | 16 | 50 | 6 |
| 53 | 14 | 1 | 38 | 44 |
| 54 | 3 | 10 | 27 | 22 |
| 55 | 22 | 8 | 0 | 4 |
| 56 | 10 | 16 | 48 | 42 |
| 57 | 0 | 1 | 37 | 20 |
| 58 | 18 | 23 | 10 | 1 |
| 59 | 8 | 7 | 58 | 39 |
| 60 | 26 | 5 | 31 | 21 |
| 61 | 15 | 14 | 19 | 59 |
| 62 | 4 | 23 | 8 | 37 |
| 63 | 23 | 20 | 41 | 18 |
| 64 | 12 | 5 | 29 | 56 |
| 65 | 1 | 14 | 18 | 35 |
| 66 | 20 | 11 | 51 | 16 |
| 67 | 9 | 20 | 39 | 54 |
| 68 | 27 | 18 | 12 | 35 |
| 69 | 17 | 3 | 1 | 13 |
| 70 | 6 | 11 | 49 | 51 |
| 71 | 25 | 9 | 22 | 33 |
| 72 | 13 | 18 | 11 | 11 |
| 73 | 3 | 2 | 59 | 49 |
| 74 | 22 | 0 | 32 | 30 |
| 75 | 11 | 9 | 21 | 9 |
| 76 | 29 | 6 | 53 | 50 |
| 77 | 18 | 15 | 42 | 28 |
| 78 | 8 | 0 | 31 | 6 |
| 79 | 26 | 22 | 3 | 47 |
| 80 | 15 | 6 | 52 | 26 |
| 81 | 4 | 15 | 41 | 4 |
| 82 | 23 | 13 | 13 | 45 |
| 83 | 12 | 22 | 2 | 23 |
| 84 | 1 | 6 | 51 | 1 |
| 85 | 20 | 4 | 23 | 43 |
| 86 | 9 | 13 | 12 | 21 |
| 87 | 28 | 10 | 45 | 2 |
| 88 | 16 | 19 | 33 | 40 |
| 89 | 6 | 4 | 22 | 18 |
| 90 | 25 | 1 | 54 | 55 |
| 91 | 14 | 10 | 43 | 38 |
| 92 | 2 | 19 | 32 | 16 |
| 93 | 22 | 17 | 4 | 57 |
| 94 | 11 | 1 | 53 | 35 |
| 95 | 0 | 10 | 42 | 13 |
| 96 | 18 | 8 | 14 | 55 |
| 97 | 7 | 17 | 3 | 33 |
| 98 | 26 | 14 | 36 | 14 |
| 99 | 15 | 23 | 24 | 52 |
| 100 | 4 | 8 | 13 | 30 |

Plenilunij inuẽtio ex Nouilun.

4 INVENTO Nouilunio, nemo non scit, si addatur semissis mensis Lunaris, nimirum D. 14. H. 18. Min. 22. Sec. 2. conflari Plenilunium medium.

Inuẽtio Nouil. aut Plenilu. cuiusuis mẽsis, ex Martij, vel Aprilis Nouilu. aut Plenil.

QVOD si voles Nouilunium, Pleniluniumue cuiusuis alterius mensis cognoscere ex Nouilunio Plenilunioue Martij, vel Aprilis inuento: si quidem mensis datus est post Martium, vel Aprilem, adde Nouilunio, vel Plenilunio Martij, Aprilisue reuolutionem Nouiluniorum tot mensium, quot menses a Martio, aut Aprili inclusiue completi sunt vsque ad mensem propositum exclusiue; & à summa abijce dies, quos illi menses completi complectuntur. Numerus enim reliquus dabit Nouilunium, aut Plenilunium propositi mensis quæsitum. Si verò datus mensis est ante Martium, vel Aprilem, si ex Nouilunio, plenilunioue Martij, aut Aprilis (addito prius mense Februario, & Ianuario, immo & Martio, si opus est, vt subtractio fieri possit.) reijcies vnam Lunationem, vel duas, aut tres, relinquetur Nouilunium, Pleniluniumue Februarij, vel Ianuarij, vel Martij. Vt quoniam anno 4800. Nouilunium Paschale inuentum est in Martio D. 29. H. 16. Min. 6. Sec. 43. si desideretur Nouilunium Nouembris eodem anno, adijciemus octauam reuolutionem Nouiluniorum, nimirum D. 236. H. 5. Min. 52. Sec. 25. quia octo menses à Martio elapsi sunt: & à summa D. 265. H. 21. Min. 59. Sec. 8. auferemus dies 245. à Martio vsque ad finem Octobris elapsos. Reliquus namque numerus indicabit Nouilunium in Nouembri D. 20. H. 21. Min. 59. Sec. 8. Sic si datum sit Plenilunium in Martio D. 14. H. 21. Min. 44. Sec. 41. & quæratur Plenilunium in Nouembri: addemus rursus octauam reuolutionem Nouiluniorum, hoc est, D. 236. H. 5. Min. 52. Sec. 25. & à summa D. 251. Hor. 3. Min. 36. Sec. 6. detrahemus eosdem dies 245. Reliquus enim numerus nobis

ostendet

Digitized by Google

ostendet Plenilunium in Nouembri D.6.H.3.Min.36.Sec.6. Quòd si ex eodem Nouilunio Martij D.29.H.16.Min.6.Sec.43.detrahes duas Lunationes, nimirum D.59.H.1.Min.28. Sec.6.(quia si vnam tantum detraheres, permaneres in Martio) addito prius Februario 29.dierum, quòd annus sit bissextilis, & Ianuario dierum 31. remanebit Nouilunium Ianuarij D.30.H.14.Min.38.Sec.37. In Februario autem illo anno nullum fiet Nouilunium: Sed eius Plenilunium cognoscetur fieri D.14.H.9.Min.0.Sec.38.si nimirum ex Plenilunio Martij D.14.H.21.Min.44.Sec.41. addito prius Februario dierum 29. subtrahatur mensis Lunaris D.29.H.12.Min.44.Sec.3.

SI denique Plenilunia Paschalia ad omnes annos 100.expansos post quemlibet centesimum supputanda sint, (quod necessarium est, si quis Plenilunia Paschalia superioris tabulæ festorum mobilium cap.22.examinare, vel ea ad vlteriores annos extẽdere instituat) ne opus sit, nisi rarò, addere, vel detrahere mensem Lunarem, adhibendum erit hoc artificium. Ad Plenilunium inuentum proximi centesimi elapsi, si quidem cadit in Martium, adde integram Lunationem; si verò in Aprilem incurrit, adijce dies 31. Martij. Vtroque enim modo gignetur numerus, ex quo Epactæ annorum expansorum detractæ relinquunt Plenilunium Martij Paschale, nisi relicti fuerint plures dies, quàm 31. Tunc enim detractis diebus 31. reliqui dies Aprili tribuendi sunt, eidemque mensi Plenilunium Paschale ascribendum. Eodem modo Epacta anni cuiusuis expansi dempta ex Plenilunio Paschali Martij, si demi potest, reliquum faciet Plenilunium Martij Paschale, dummodo non accidat ante diem 21. Nam quando hoc continget, detrahenda erit Epacta anni expansi ex superiori numero, qui ex Plenilunio Martij, & integra Lunatione conflatus est. Item si Plenilunium in Aprilem incidit, addenda est integra Lunatio. Epacta namque anni cuiuslibet expansi ex illo Plenilunio, vel ex numero conflato subducta relinquet Plenilunium Aprilis Paschale. Itaque quando constabit, Plenilunium Paschale alicuius anni expansi futurum in Martio, facienda erit subtractio Epactę illius anni ex Plenilunio Paschali Martij, vel ex numero conflato ex eo Plenilunio, & Lunatione integra, vel denique ex numero conflato ex Plenilunio Aprilis, & diebus 31. Martij. Si vero Plenilunium anni expansi, quod quæritur, ad Aprilem pertinebit, detrahenda erit Epacta illius anni ex Plenilunio Aprilis, vel ex numero conflato ex eo Plenilunio, & integra Lunatione. Facile autem cognosces ex Epacta anni expansi, an Plenilunium Paschale incursurum sit in Martium, an in Aprilem. Nam hæ Epactæ, 23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. cum Lunam xiiij. habeant in Martio, exhibebunt quoque Plenilunium in Martio: aliæ verò Epactæ Plenilunium in Aprilem reijcient.

Compendium pro Plenil. annorũ 100. expãsorũm supputandis.

VERBI gratia, Anno centesimo 4200. Plenilunium Paschale incidit in diem Aprilis 13. H. 21. Min. 51. Sec. 48. & si addatur Lunatio integra, habebitur dies Aprilis 43. H. 10. Min. 35. Sec. 51. Atque ex altero horum duorum Pleniluniorum facienda erit subtractio Epactæ anni cuiusuis expansi, vt Plenilunium Paschale in Aprili reperiatur. Iam si ex Plenilunio D.13.H.21.Min.51.Sec.48.(additis prius diebus 31. Martij) detrahatur Lunatio integra, reperietur Plenilunium Martij D.15.H.9.Min.7.Sec.45. non quidem Paschale, sed si adijciatur Lunatio integra, conficientur D.44.H.21.Min.51.Sec.48. Martij, qui numerus etiam conflatur ex diebus 31. Martij, additis Plenilunio Paschali Aprilis. Rursus si ad Plenilunium Martij D.44.H.21.Min.51.Sec.48. apponatur integra Lunatio, fiet summa D.74.H.10.Min.35.Sec.51. Martij: Atque ex altero duorum horũ numerorum facienda est subtractio Epactarum annorum expansorum, vt Plenilunia Paschalia in Martio inueniantur. Eademque ratio est de alijs. Hac ratione semper habebimus numeros, ex quibus Epactas annorum expansorum subtrahere possimus, & raro admodum subtrahenda erit, vel addenda alia Lunatio integra, vt Paschale Plenilunium inueniatur.

Nouilunia, Pleniluniaque ante correctionem quo modo inda ganda.

5 NOVILVNIA ac Plenilunia ante correctionem, atque etiam ante annũ 1600. post annum correctum, facilius supputabuntur ex ijs, quæ cap. 13. tradita sunt. Nam post annum 1582. vsque ad annum 1600. addendi solum sunt decem dies ablati: Ante correctionem uero nihil omnino addendum est; ac proinde necesse non est, vt ratio supputandi hoc cap. explicata ad illos annos accomodetur, qui annum 1600. præcedunt.



Digitized by Google

# CAPVT XXVI.

## *DE NOVA QVADAM ALIA, AC FACILLIMA RATIONE supputandi Nouilunia, Pleniluniaque media Paschalia post correctionem.*

NOLO prętermittere hoc loco aliam quandam nouam rationem Nouilunia, pleniluniaque Paschalia supputandi post correctionem, quę sese mihi obtulit, cum cap. 24. Num. 14. paulo attentius progressum Neomeniarum à centuria ad centuriam explorarem. Itaque Nouilunia annorum huiusce tabellæ ex cap. 13. supputata, ita se habent. Et si Nouilunium quodlibet à proxime inferiori detrahatur, reperiętur progressus, vt in subiecta altera tabella descripti sunt. Sed vt Nouilunium anni 1900. à Nouilunio anni 2000. subtrahi possit, sumendus est dies 34. Martij, pro 3. Aprilis, qui quidem progressus ab illis, quos supra deprehendimus, non differunt.

| | D. | H. | M. | S. | T. | Q. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1600 | 14 | 8 | 34 | 54 | 20 | 0 | Mar. |
| 1700 | 20 | 16 | 48 | 24 | 28 | 32 | Mar. |
| 1800 | 26 | 1 | 1 | 54 | 37 | 4 | Mar. |
| 1900 | 31 | 9 | 15 | 24 | 45 | 36 | Mar. |
| 2000 | 3 | 17 | 28 | 54 | 54 | 8 | Apr. |

RATIO autem Nouiluniorum, pleniluniorumque supputandorum ex his ita instituetur. Primum proponantur præcedentium quatuor centuriarum Nouilunia, tanquam radices aliorum Nouiluniorũ supputandorum, quemadmodum in ratione prędcedentis capitis. Deinde tabula construatur annorum, sicut in antecedẽte cap. quibus loco Epactarum apponantur progressus Neomeniarum, hoc ordine. Iuxta annum 400. scribatur summa superiorum progressuũ, id est, D. 20. H. 8. Min. 54. Sec. 0. Ter. 34. Q. 8. Hanc summam duplicatam scribe ad annum 800. triplicatam verò ad annum 1200. & quadruplicatam ad annum 1600. atque ita deinceps, abiecto semper mense Lunari, quando abijci potest. Quando autem ad annum 4000. perueneris, vbi cessat progressio 400. annorum, coniunge simul progressus annorum 2000. & 4000. vt progressum conficias anno 6000. ascribendum. Duplica quoque progressum anni 4000. vt progressus anni 8000. confletur. Tandem iunge simul progressus annorũ 4000. & 6000. vt progressus componatur anni 10000. Hanc duplica, triplica, quadruplica, &c. pro annis. 20000. 30000. 40000. &c. Sic etiam progressus anni 100000. duplicandus est, triplicandus, quadruplicandus, &c. pro annis 200000. 300000. 400000. &c. atque ita in infinitum. Verum quamuis, vt tabula hęc progressuum correcta proponatur, construenda sit vsque ad Quarta: tamen in ipsa tabula vltra Secunda non progressi sumus, sed quando Tertia plura sunt, quam 30. addidimus Secundis vnum Secundum. Sed ecce tabulam progressuum, vna cum radicum tabella tam Nouiluniorum, quàm Pleniluniorum.

| | Progressus Neomeniarum | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | D. | H. | M. | Sec. | Ter. | Quar. |
| A cent. biss. ad non biss. | 6 | 8 | 13 | 30 | 8 | 32 |
| A prima cent. non biss. ad non biss. | 5 | 8 | 13 | 30 | 8 | 32 |
| A secunda cent. non biss. ad non biss. | 5 | 8 | 13 | 30 | 8 | 32 |
| A tertia cent. non biss. ad biss. | 3 | 8 | 13 | 30 | 8 | 32 |

| Radices Nouiluniorum | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Indices radicum | Anni | D. | H. | M. | S. | |
| 0 | 1600 | 14 | 8 | 34 | 54 | Mar. |
| 1 | 1700 | 20 | 16 | 48 | 24 | Mar. |
| 2 | 1800 | 26 | 1 | 1 | 55 | Mar. |
| 3 | 1900 | 31 | 9 | 15 | 25 | Mar. |

| Radices Pleniluniorum | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Indices radicum | Anni | D. | H. | M. | S. | |
| 0 | 1600 | 29 | 2 | 56 | 56 | Mar. |
| 1 | 1700 | 4 | 11 | 10 | 26 | Apr. |
| 2 | 1800 | 9 | 19 | 23 | 56 | Apr. |
| 3 | 1900 | 15 | 3 | 37 | 26 | Apr. |

Pro-

Digitized by Google

*Progressus Nouiluniorum, ac Pleniluniorum.*

| Anni | Progressus | | | |
|---|---|---|---|---|
| | D. | H. | M. | S. |
| 400 | 20 | 8 | 54 | 1 |
| 800 | 11 | 5 | 3 | 58 |
| 1200 | 2 | 1 | 13 | 55 |
| 1600 | 22 | 10 | 7 | 56 |
| 2000 | 13 | 6 | 17 | 53 |
| 2400 | 4 | 2 | 27 | 51 |
| 2800 | 24 | 11 | 21 | 51 |
| 3200 | 15 | 7 | 31 | 49 |
| 3600 | 6 | 3 | 41 | 46 |
| 4000 | 26 | 12 | 35 | 47 |
| 6000 | 10 | 6 | 9 | 37 |
| 8000 | 23 | 12 | 27 | 30 |
| 10000 | 7 | 6 | 1 | 20 |
| 20000 | 14 | 12 | 2 | 40 |
| 30000 | 21 | 18 | 4 | 0 |
| 40000 | 29 | 0 | 5 | 21 |
| 50000 | 6 | 17 | 22 | 38 |
| 60000 | 13 | 23 | 23 | 58 |
| 70000 | 21 | 5 | 25 | 18 |
| 80000 | 28 | 11 | 26 | 38 |
| 90000 | 6 | 4 | 43 | 55 |
| 100000 | 13 | 10 | 45 | 15 |
| 200000 | 26 | 21 | 30 | 31 |
| 300000 | 10 | 19 | 31 | 43 |
| 400000 | 24 | 6 | 16 | 58 |
| 500000 | 8 | 4 | 18 | 10 |
| 600000 | 21 | 15 | 3 | 25 |
| 700000 | 5 | 13 | 4 | 37 |
| 800000 | 18 | 23 | 49 | 53 |
| 900000 | 2 | 21 | 51 | 5 |
| 1000000 | 16 | 8 | 36 | 20 |
| 2000000 | 3 | 4 | 28 | 37 |
| 3000000 | 19 | 13 | 4 | 57 |
| 4000000 | 6 | 8 | 57 | 13 |
| 5000000 | 22 | 17 | 33 | 33 |
| 6000000 | 9 | 13 | 25 | 59 |

| Anni | Progressus | | | |
|---|---|---|---|---|
| | D. | H. | M. | S. |
| 7000000 | 25 | 22 | 2 | 10 |
| 8000000 | 12 | 17 | 54 | 26 |
| 9000000 | 29 | 2 | 30 | 46 |
| 10000000 | 15 | 22 | 23 | 3 |
| 20000000 | 2 | 8 | 2 | 3 |
| 30000000 | 18 | 6 | 25 | 6 |
| 40000000 | 4 | 16 | 4 | 6 |
| 50000000 | 20 | 14 | 27 | 9 |
| 60000000 | 7 | 0 | 6 | 9 |
| 70000000 | 22 | 22 | 29 | 12 |
| 80000000 | 9 | 8 | 8 | 12 |
| 90000000 | 25 | 6 | 31 | 15 |
| 100000000 | 11 | 16 | 10 | 15 |
| 200000000 | 23 | 8 | 20 | 31 |
| 300000000 | 5 | 11 | 46 | 43 |
| 400000000 | 17 | 3 | 56 | 58 |
| 500000000 | 28 | 20 | 7 | 13 |
| 600000000 | 10 | 23 | 33 | 26 |
| 700000000 | 22 | 15 | 43 | 41 |
| 800000000 | 4 | 19 | 9 | 53 |
| 900000000 | 16 | 11 | 20 | 8 |
| 1000000000 | 28 | 3 | 30 | 24 |
| 2000000000 | 26 | 18 | 16 | 44 |
| 3000000000 | 25 | 9 | 3 | 5 |
| 4000000000 | 23 | 23 | 49 | 25 |
| 5000000000 | 22 | 14 | 35 | 46 |
| 6000000000 | 21 | 5 | 22 | 6 |
| 7000000000 | 19 | 20 | 8 | 27 |
| 8000000000 | 18 | 10 | 54 | 47 |
| 9000000000 | 17 | 1 | 41 | 8 |
| 10000000000 | 15 | 16 | 27 | 28 |
| 20000000000 | 1 | 20 | 10 | 53 |
| 30000000000 | 17 | 12 | 38 | 21 |
| 40000000000 | 3 | 16 | 21 | 46 |
| 50000000000 | 19 | 8 | 49 | 15 |
| 60000000000 | 5 | 12 | 32 | 40 |



Digitized by Google

Quo pacto Nouiluniũ cuiuslibet centesimi post correctionem supputetur.

2 IAM vt Neomenia dati centesimi post anni correctionem supputetur, eligenda est primo loco radix ex illis quatuor superioribus, vt Num. 2. cap. antecedentis dictum est. quod facillime fiet, si ex numero per millenas, centenasque expresso abijciantur omnia 20. Si enim nihil supereſt, assumenda est radix indicis 0. si vero aliquid supereſt, abijcienda sunt omnia 4, & si quidem nihil remanet, eadem radix indicis 0. eligenda est; si vero supereſt 1. radix indicis 1. Si 2. radix indicis 2. si denique 3. radix indicis 3. Itaque si in loco millenarum & centenarum, reperiantur 00. radix indicis 0. statim assumenda est.

ELECTA radice, subtrahatur eius annus centesimus ex centesimo dato, & cum residuo in tabulam Progressuum ingrediendo, quoties opus erit, excerpantur Progressus respondentes, quibus vna cum Nouilunio radicis electæ in vnam summã redactis, & abiecto mense Lunari, quoties abijci potest, habebitur Neomenia in Martio quæsita. Quando tamen summa conflata maior quidem est mense Lunari, minor vero diebus 31. non est auferendus mensis Lunaris, sed ipsamet summa Nouilunium Martij Paschale exhibebit.

QVAERATVR Nouilunium Paschale anni 5000. Abiectis 20. ex 50. numero per millenas, centenasque expresso, remanent 10. & abiectis 4. remanent 2. ergo radix indicis 2. eligenda: cuius centesimus 1800. ex dato centesimo 5000. detractus relinquit 3200. cum quo numero semel in tabulam ingrediendo, excerpatur progressus D. 15. H. 7. Min. 31. Sec. 49. Cui si addatur Nouilunium Radicis electę, anni videlicet 1800. nimirum D. 26. H. 1. Min. 1. Sec. 55. fiet summa D. 41. H. 8. Min. 33. Sec. 44. & detracto Lunari mense D. 29. H. 12. M. 44. Sec. 3. reliqua fiet Neomenia Martij D. 11. H. 19. M. 49. Sec. 41. quæ Paschalis est.

RVRSVS inuestigandum sit Nouilunium Paschale anni 19480000. Radix eligenda est indicis 0. quia per millenas, atque centenas numerus expressus est 00. Detracto ergo eius radicis centesimo 1600. ex dato centesimo, supereſt annus 19478400. Si igitur cum annis hic appositis in tabella ingrediaris in tabulam Progressuum, & omnes progressus cum Radice in vnam colligas summam, efficies D. 148. H. 18. M. 32. Sec. 30. ex qua si reuolutionem Nouiluniorum D. 147. H. 15. M. 40. Sec. 16. subtrahes, reliqua fiet Neomenia in Martio D. 1. H. 2. M. 52. Sec. 14. quæ Paschalis non est. Addito ergo mense synodico, fiet Neomenia Paschalis in Martio D. 30. H. 15. M. 36. Sec. 17. Cum igitur hoc anno Vieta exhibeat Epactam xxix. quæ Neomeniã Paschalem in 8. Martij reponit, liquet, quod supra dixi, eius æquationem in tam longè distantibus seculis cum calculo Astronomico non conuenire. Quod autem asserit, & in hoc anno 19480000. & 1655800200. calculum Astronomicum a suis Epactis nõ discrepare, verum non est, vt ex triplici calculo, nimirum ex eo, quem cap. 13. & ex duobus, quos postremis hisce duobus capitibus exposui, manifestum est. Eius autem calculus omnino mendosus est. Nam eius Epactæ, (demptis prius diebus exemptis) quas propos. 9. in Calendario vulgari proponit, vitiosæ sunt, vt patet, si conferantur cum Epactis nostris præcedentis cap. Exemplo sit annus 100000. cuius Epactam facit D. 16. H. 1. M. 24. cum debeat esse D. 16. H. 1. M. 58. Sec. 38. Hinc factum est, vt ipse suam Epactam multiplicans per 1000. & ex producto auferens reuolutiones Nouiluniorum, quæ auferri possunt, repererit Epactã anni 100000000. D. 23. h. 5. M. 18. cum verè sit D. 17. h. 17. M. 47. Sec. 8. duntaxat. Eadem ratione anni 60000000. inuenit Epactam D. 8. h. 0. M. 39. cum nostra sit D. 22. h. 10. M. 57. Sec. 54. Atque eodem modo in cæteris Epactis errasse conuincetur. Quare mirum non est, eius calculum per accidens Epactis quodammodo in annis quibusdam maximis congruere.

| Anni | D. | H. | M. | S. |
|---|---|---|---|---|
| 10000000 | 15 | 22 | 23 | 3 |
| 9000000 | 29 | 2 | 30 | 46 |
| 400000 | 24 | 6 | 16 | 58 |
| 70000 | 21 | 5 | 25 | 18 |
| 8000 | 23 | 12 | 27 | 30 |
| 400 | 20 | 8 | 54 | 1 |
| Radix | 14 | 8 | 34 | 54 |
| Summa | 148 | 18 | 32 | 30 |
| Mẽs. Lu. detr. | 147 | 15 | 40 | 16 |
| Nouil. Martij | 1 | 2 | 52 | 14 |
| Mẽs. Lu. add. | 29 | 12 | 44 | 3 |
| Neom. Pasc. | 30 | 15 | 36 | 17 |

plenilunij inuentio per progressus.

3 PLENILVNIA eodem modo supputabuntur, si loco radicum Nouiluniorum adhibeantur Pleniluniorum radices. Vt si quæratur Plenilunium Paschale anni 4400. Radix eligenda est indicis 0. cuius annus 1600. ex dato anno subtractus relinquit annum 2800. cui respondet progressus D. 24. Hor. 11. Min. 21. Sec. 51. qui additus ad Plenilunium radicis, id est, ad D. 29. H. 2. Min. 56. Sec. 56. Martij, efficit Plenilunium in Martio D. 53. H. 14. Min. 18. Sec. 47. hoc est, (detracto mense Martio) in Aprili D. 22. Hor. 14. Min. 18. Sec. 47. quod Paschale non est. Detracto igitur mense Lunari, (additis

prius

Digitized by Google

prius diebus 31. mensis Martij) fiet Plenilunium Paschale in Martio D. 24. H. 1. Min. 34. Sec. 44.

RVRSVS quæratur Plenilunium Paschale anni 3900. Radix eligenda est 3. cuius annus 1900. ex dato anno subtractus relinquit annum 2000. cui debetur progressus D. 13. H. 6. Min. 17. Sec. 53. quo addito ad radicis Plenilunium Aprilis D. 15. H. 3. Min. 37. Sec. 26. conflabitur Plenilunium Aprilis D. 28. Hor. 9. Min. 55. Sec. 19. quod etiam Paschale non est. Dempto igitur Lunari mense (additis prius diebus 31. Martij) reliquum erit Plenilunium in Martio D. 29. Hor. 21. Min. 11. Sec. 16.

QVOD vero attinet ad Nouilunia, Pleniluniaque annorum expansorum post datum centesimum inquirenda, etiam in quolibet anni mense, seruentur ea, quæ cap. præcedenti Num. 3. 4. & 5. præcepimus. Quid agendum pro Plenilunijs in annis expansis, & quolibet mense.

# CAPVT XXVII.

## *CONFVTANTVR ALII, QVI GREGORIANVM Calendarium oppugnarunt.*

1 COMPLVRES alij nouum hoc Calendarium Gregorianũ reprehendere ausi sunt, diuersis tamen nominibus. Quidam enim Epactarum ęquationem redarguunt, quòd nimis serò Nouilunia exhibeat: quibus abundè satisfactũ esse reor cap. 19. & alibi. Aliis non placet, duas hasce Epactas xxv. xxiiij. item has 25. xxvj. eidem esse diei ascriptas. Sed ratio huius rei, nimirum vt Lunationes fierent alternis dierum 30. & 29. exposita a nobis est cap. 10. Nonnulli alij contendunt, Lunam xiiij. non debere præcedere oppositionem mediam, ne in ipso Plenilunio medio, si forte in Dominicam diẽ incurrat, Pascha celebremus. quod ipsi putant non licere: quos omnino hallucinari, & contra vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem sentire, docuit caput 18. & ea, quæ cap. 1. Num. 6. & 7. scripsimus. Denique non desunt, qui velint Lunam anticipare vnum diem in annis 304. non autem 312 ½. vt nos cap. 8. ostendimus. Verum istis non aliud respondemus, quam quod prædicto capite 8. a nobis demonstratum est. Quid plerique in Calendario Gregoriano reprehendant.

2 INTER omnes autem, quibus Calendarium Gregorianum non rectè videtur esse restauratum, duo solum sunt, Franciscus Vieta, & Iosephus Scaliger, qui alia Calendaria à Gregoriano diuersa condiderunt, & rem acu planè tetigisse sibi persuaserunt. Et quoniam cap. 24. Vietæum Calendarium satis superque demonstratum est, in multis peccare, operę me pretium facturum arbitror, si idem hoc cap. de Scaligeriano fecero. Quamuis enim hoc ipsum in peculiari libello, quem aduersus ipsius Castigationem Calendarij Gregoriani seorsum emisimus, copiosè ac prolixe refutauerim, non abs re tamen erit, eiusdẽ errata præcipua, ac vitia hoc loco breuiter, ac summatim percensere, vt omnibus clarè constet, nullum posse extrui Calendarium, quod magis ex vsu Ecclesiæ sit, quam id, quod à Gregorio XIII. editum est. Vix enim fieri posse videtur, vt aliud à Gregoriano, & Vietæo, ac Scaligeriano diuersum possit excogitari. Si ergo duo posteriora conuincantur esse erronea, dubitandum nullo modo erit, quin prius, hoc est, Gregorianum omnibus anteferendum sit: quippe quod pauciora incommoda, & quæ vix, vt ostendi, vitari possunt, quam illa, contineat. Quinã propriũ Calendarium construxerint à Gregoriano diuersum.

3 PRIMVM ergo Scaliger arripuit Calendarium Lilianum, quod ad Principes Christianos à Greg. xiij. missum est, pro suo: in quo videlicet æquatio Lunationum, vt alternis fiant 30. & 29. dierũ, adhibetur vltimo die Martij, per duas Epactas ω. & xxix. quãuis ille pro ω. assumpserit o. Item 29. Maij; 27. Iulij; 24. Septembris; & 22. Nouembris. Epactarum tamen collocationem à Martio, non à Ianuario auspicatur; quod nihil refert, cum Ianuarius ac Februarius menses Paschales, quorum maior ratio in Calendario habenda est, non perturbent. Sed in hac æquatione maxime peccauit, quòd ijsdem in locis iuxta Epactam j. non collocauit aliud signum, nimirum ✱. eiusdem significationis cum ω. vt in Liliano factum est. Quia enim necessitatẽ huius rei non intellexit, cogitur sæpissime in eodem Cyclo decemnouennali bis Nouilunium in eundem diem intrudere. quod omnibus Scaligerum sũpsisse Calendarium Compendij pro suo. Quæ errata Scaliger in suo Calendario commiserit.

Digitized by Google

bus Computistis aduersatur. Accidet autem hoc, quotiescunque aureus numerus 1. cum aliqua harum octo Epactarum iiij.vij. xij.xv.xviij.xxiij. xxvj. xxix. concurrit: quia tunc in eodem Cyclo decennouennali vtraque Epacta xxix.& xxx.quã significat ω. & ✳. vel apud Scaligerum nota o. in vsu est, vt liquido constat ex tabula expansa in Calendario Compendij ad initium huius operis descripta. Hoc absurdum vitatur, si cum aureis numeris maioribus,quàm 11.accipiatur Epacta ✳. non autem ω. sicut in nostro Calendario Gregoriano cum eisdem aureis numeris assumimus Epactam 25.non autem xxv.In aliud maius incommodum incurrit,quòd vltimo die Februarij,qui apud ipsum totius anni extremus est, iuxta Epactam xx. non ascripserit Epactam 19. vt in Calendario Gregoriano factum est vltimo die Decembris. Nam nisi hoc fiat,continebit apud ipsum Lunatio die 30. Ianuarij inchoata dies 59.si tunc cum Epacta xix.concurrit numerus aureus 1.vt cap.12.declaratum est in Lunatione die 2. Decembris in nostro Calendario incipiente ab Epacta xix. Omitto quod menses Paschales Epactarum xxix. xxviij. xxvij.xxvj. xxv. xxiiij. facit dierum 30. contra omnes Computistas.

QVIA vero in Scaligeri Calendario Lunas xiiij.Paschales potissimum examinabimus, easque plerunque falsas ostendemus, propter Epactarum collocationem,earumque æquationem perperam institutam, omissis alijs mensibus,solum Martium, & Aprilem, in quibus Nouilunia Paschalia contingunt, in conspectum dabimus hoc loco. Nihil autem hic dicam de eius tabula æquationis, qua nostram æquationem per 400. annos progredientem emendare conatur, quæ inscribitur. *Tabula æquationis Epactarum in Tetracosieteride emendata*. in qua ipse progreditur bis per 132. annos,& semel per 136.ordine continuato. Nihil,inquam, dicam de hac tabula,tum quia ipse eam non magni facit, tum quia cap.5. Num.18.satis perspicue ostendimus,æquationem centesimo quouis anno adhibitam æquinoctium rectius in sua sede, hoc est,in die 21. Martij conseruare,quam si expectentur 134. anni,siue 132.vel 136.Vt satis mirari non possim,quòd Scaliger putet,hanc alternationem facilius à vulgo capi posse, quam nostrum æquabilem progressum per annorum centurias.

SOLVM igitur eius tabulam æquationis Epactarum in iusta periodo tropica paulo diligentius expendemus,in qua alternis progreditur per annos 132. & 136. Hanc autem tanti facit, vt eam quasi delapsam de cælo regulam ac normam veritatis, omnibus gentibus ac populis proponere ausus sit, ad quam omnium iudicia in emendatione Calendarij dirigantur. Atque hanc tabulam ante prædictos duos menses apposuimus. Post sequitur alia tabella annorum 19. cum Neomenijs Iudaicis, quam fundamentum totius sui Calendarij constituit, eamque infra positis fermè verbis explicat.

Tabula æquationis Epactarũ in iusta periodo tropica.

| Anni Christi correcti | Aur.Num. | Lit.Domin. | Dies reiec. | Epac. cur. | Epac. aureo num. 1. res. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1601 | 6 | G | 10 | 26 | 1 |
| 1733 | 5 | D | 11 | 15 | 1 |
| 1869 | 8 | C | 12 | 18 | 1 |
| 2001 | 7 | G | 13 | 6 | 0 |
| 2137 | 10 | F | 14 | 9 | 0 |
| 2269 | 9 | C | 15 | 26 | 28 |
| 2405 | 12 | B | 16 | 29 | 28 |
| 2537 | 11 | F | 17 | 19 | 29 |
| 2673 | 14 | E | 18 | 20 | 27 |
| 2805 | 13 | B | 19 | 9 | 27 |
| 2941 | 16 | A | 20 | 12 | 27 |
| 3073 | 15 | E | 21 | 29 | 25 |
| 3209 | 18 | D | 22 | 3 | 26 |
| 3341 | 17 | A | 23 | 20 | 24 |
| 3477 | 1 | G | 24 | 23 | 23 |
| 3609 | 19 | D | 25 | 9 | 21 |

Tabula æquationis Epactarũ in iusta periodo tropica.

| Anni Christi correcti | Aur.Num. | Lit.Domin. | Dies reiectij | Epactę curr. | Epac.aureo num. 1. res. |
|---|---|---|---|---|---|
| 3745 | 3 | C | 26 | 15 | 23 |
| 3877 | 2 | G | 27 | 3 | 22 |
| 4013 | 5 | F | 28 | 5 | 21 |
| 4145 | 4 | C | 29 | 23 | 20 |
| 4281 | 7 | B | 30 | 26 | 20 |
| 4413 | 6 | F | 31 | 14 | 19 |
| 4549 | 9 | E | 32 | 16 | 18 |
| 4681 | 8 | B | 33 | 6 | 19 |
| 4817 | 11 | A | 34 | 9 | 19 |
| 4949 | 10 | E | 35 | 26 | 17 |
| 5085 | 13 | D | 36 | 28 | 16 |
| 5217 | 12 | A | 37 | 17 | 16 |

Ordo literarum Dominicalium continetur hoc disticho Scaligeriano.

*Gaude digne coli, gaude fax clara bonorum*
*Felix esto bonis, adeo & deuotus amicis.*

MAR-

Digitized by Google

| MARTIVS | | |
|---|---|---|
| Epactę | Lit. Do. | Dies |
| o | d | 1 |
| xxix | e | 2 |
| xxviij | f | 3 |
| xxvij | g | 4 |
| xxvj | A | 5 |
| xxv | b | 6 |
| xxiiij | c | 7 |
| xxiij | d | 8 |
| xxij | e | 9 |
| xxj | f | 10 |
| xx | g | 11 |
| xix | A | 12 |
| xviij | b | 13 |
| xvij | c | 14 |
| xvj | d | 15 |
| xv | e | 16 |
| xiiij | f | 17 |
| xiij | g | 18 |
| xij | A | 19 |
| xj | b | 20 |
| x | c | 21 |
| ix | d | 22 |
| viij | e | 23 |
| vij | f | 24 |
| vj | g | 25 |
| v | A | 26 |
| iiij | b | 27 |
| iij | c | 28 |
| ij | d | 29 |
| j | e | 30 |
| o. xxix | f | 31 |

| APRILIS | | |
|---|---|---|
| Epactæ. | Lit. Do. | Dies |
| xxviij | g | 1 |
| xxvij | A | 2 |
| xxvj | b | 3 |
| xxv | c | 4 |
| xxiiij | d | 5 |
| xxiij | e | 6 |
| xxij | f | 7 |
| xxj | g | 8 |
| xx | A | 9 |
| xix | b | 10 |
| xviij | c | 11 |
| xvij | d | 12 |
| xvj | e | 13 |
| xv | f | 14 |
| xiiij | g | 15 |
| xiij | A | 16 |
| xij | b | 17 |
| xj | c | 18 |
| x | d | 19 |
| ix | e | 20 |
| viij | f | 21 |
| vij | g | 22 |
| vj | A | 23 |
| v | b | 24 |
| iiij | c | 25 |
| iij | d | 26 |
| ij | e | 27 |
| j | f | 28 |
| o | g | 29 |
| xxix | A | 30 |

## *TABELLA NEOMENIARVM Iudaicarum.*

| | Aur. num. | Anni Chri. | Lit. Dominicales | Neomeniæ Iudaicæ Ferię. | Horæ. | Scru. 1080 | Dies Mensiũ Scaligeri. | Epactę |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | 1577 | B | 3 | 13 | 256 | 29.M | 2 |
| | 2 | 1578 | A | 7 | 22 | 52 | 19.M | 12 |
| | 3 | 1579 | G | 5 | 6 | 928 | 8.M | 23 |
| Adar | 4 | 1580 | F E | 4 | 4 | 437 | 26.M | 5 |
| | 5 | 1581 | D | 1 | 13 | 233 | 15.M | 16 |
| | 6 | 1582 | C | 7 | 10 | 822 | 3.A | 26 |
| | 7 | 1583 | B | 4 | 19 | 618 | 24.M | 7 |
| | 8 | 1584 | A G | 2 | 4 | 414 | 12.M | 19 |
| | 9 | 1585 | F | 1 | 1 | 1003 | 31.M | 29 |
| | 10 | 1586 | E | 5 | 10 | 694 | 20.M | 11 |
| Adar | 11 | 1587 | D | 2 | 19 | 595 | 10.M | 23 |
| | 12 | 1588 | C B | 1 | 17 | 104 | 27.M | 4 |
| | 13 | 1589 | A | 6 | 1 | 980 | 17.M | 14 |
| | 14 | 1590 | G | 4 | 23 | 489 | 5.A | 24 |
| | 15 | 1591 | F | 2 | 8 | 285 | 25.M | 6 |
| | 16 | 1592 | E D | 6 | 17 | 81 | 13.M | 18 |
| | 17 | 1593 | C | 5 | 14 | 670 | 1.A | 28 |
| | 18 | 1594 | B | 2 | 23 | 466 | 22.M | 9 |
| | 19 | 1595 | A | 7 | 8 | 262 | 11.M | 20 |

*FINGAMVS Lilianam formam ab initio annorum Christi obtinuisse; & ab anno Christi* 1577. *qui est Iudaicus* 5337. *instituamus Cyclum Lunæ decemnouennalem, adiectis Neomenijs Iudaicis, quarum Plenilunia non incidunt ante* 21. *Martij Liliani, quibus Neomenijs ex more Iudæorum præposita est feria; quæ mutatur, quoties horæ sequentes peruenerunt ad* 18. *Adiecimus etiam literam Dominicalem, ad notandam in Calendario Nouilunij Epocham, vt habes in tabella. In qua primum vides lineam annorum aurei numeri ab anno Christi* 1577. *ad annum* 1595. *Sequitur litera Dominicalis. Quarto loco Neomenia Iudaica, quæ semper est Nisan, præterquam in annis* 3. *&* 11. *in quibus Adar sumitur pro Nisan: quia eius Plenilunium incidit post xx. Martij. Primus numerus Neomeniæ Iudaicæ est feria hebdomadica; secundus, horæ medij motus Lunæ; tertius residua de scrupulis* 1080. *Exemplum. In anno primo Cycli, hoc est, anno* 1577. *Neomenia fuit* 3. 13. 256. *Primus numerus indicat Nouilunium contigisse feria tertia. Et quia litera Dominicalis est B. Ergo feria tertia erit litera D. & propterea Neomenia Iudaici Nisan incidit in* 29. *Martij hora* 13. 256. *ab initio noctis, quæ præcedit diem propositum* 29. *Quando vero horæ peruenerunt ad* 18. *aut vltra, tunc feria augetur vnitate. Vt exempli gratia, anno secundo Cycli Neomenia fuit* 7. 22. 52. *Quia horæ vltra* 17. 1079. *peruenerunt, propterea pro feria* 7. *sumenda feria prima, hoc est, litera A, pro G, & ita semper.*

4 HOC ergo Calendarium, & duas adiunctas tabulas, quas Scaliger in cælum affert laudibus, paulo attentius inspiciamus. Sed ne aliquis existimet, nos in examine non accipere veras Epactas Scaligeri, doceamus prius, qua via ipse Epactas cuiuslibet anni eruat ex Cy-

Digitized by Google

ex Cyclo Epactarum perpetuo, quem & in Calendario Gregoriano, & in cap. 17. Num. 6. posuimus, in quo tamen pro ✳. assumit o. & in sexta cella, relicta Epacta 25. accipit solum xxv. Hanc igitur init viam. In vltimo ordine tabulæ æquationis Epactarum accipit Epactam aureo numero 1. respondentem, anno proposito, vel si is in primo ordine non reperitur, anno proxime minori: Ab hac Epacta in Cyclo Epactarum perpetuo numerat ab 1. 2. 3. &c. vsque ad aureum numerum anni propositi. Nam finis numerationis in Epactam quæsitam cadet. V. g. Volo Epactam anni 2001. cuius aureus numerus est 7. Et quia eo anno respondens numero aureo 1. est o. numerabimus in Cyclo perpetuo à prima cellula Epactæ ✳, vel o. aureum numerum 7. incidemusque in Epactam vj. in septima cellula. Item proponatur annus 2595. qui in tabula descriptus non est. Proximè minori anno in tabula 2537. tribuitur Epacta 29. aureo numero 1. respondens. Si igitur ab Epacta xxix. in Cyclo perpetuo numeremus 12. quòd aureus numerus dati anni 2595. sit 12. reperiemus Epactã o. primæ cellulæ. Denique datus sit annus 3195. quo aureus numerus est 4. E regione anni 3073. proximè minoris in tabula deprehenditur Epacta 25. aureo numero 1. respondens. Numerando ergo in Cyclo perpetuo ab Epacta xxv. quatuor vnitates aurei numeri 4. occurret nobis Epacta xxviij. & sic de cæteris.

Qua ratione Scaliger Epactam cuiusq; anni inueſtiget.

PRIMVM igitur, quod ad superiorem tabulam 19. annorum vnius Cycli à 1577. ad 1595. attinet, tuam, doctissime Scaliger, constantiam desidero. Neque enim eam cum tuo Cyclo Epactarum perpetuo, aut doctrina conuenire reperio. Nam cum in tabula iustæ periodi tropicæ aureo numero 1. respondere velis Epactam 1. ab anno 1601. amabo te, cur anno 1577. qui ab illo 24. tantum annis abest, vt proinde in Luna mutatio fieri nulla potuerit, eidem aureo numero 1. Epactam ij. tribuis? Aut si anno 1577. aureo numero 1. Epactam ij. addicis, cur anno 1601. eandem Epactam ij. eidem aureo numero 1. non assignas? Id enim vtique ratio postularet. An vero propterea aureo numero 1. Epactam ij. tribuendam censes anno 1577. vt Neomeniæ Iudaicæ seruias, quam in 29. Martij statuisti? Si hoc recipis, serpet error longius. Videbis enim plurimas Epactas reliquorum 18. annorum illius tabellæ mendosas existere, Nam quoties aureo numero 1. respondet Epacta ij. respondebunt ex tuo Cyclo perpetuo alijs aureis numeris, durante eodem Cyclo decemnouennali, Epactæ huiusce tabellæ, quam hoc loco subiecimus: quarum sanè Epactarum plurimæ ab ijs, quas in illa tua tabella notasti, penitus discrepant.

Tabellã Neomeniarum Iudaicarum à Scaligero propositam non satis constare cum cyclo Epactarum perpetuo.

| Aur. num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ep. Cyc. perp. | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | o | xi |
| Epact. Scal. | ij | xij | xxiij | v | xvj | xxvj | vij | xix | xxix | xj |

| Aur. Num. | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ep. Cyc. perp. | xxij | iij | xiiij | xxv | vj | xvij | xxviij | ix | xx | |
| Epact. Scal. | xxj | iiij | xiiij | xxiiij | vj | xviij | xxviij | ix | xx | |

EN huiusce tabellæ Epactę decem solum locis cum tuis Epactis congruunt, nimirum in Cycli annis 1. 4. 5. 8. 10. 13. 15. 17. 18. 19. in cæteris discrepant. Quod si anno 1577. aureo numero 1. tribuatur Epacta 1. quemadmodum ab anno 1601. vt par est, (hoc quippe anno, cum nullus adhuc dies, præter 10. reiectus sit, Luna nondum æquatione eget) multo maior differentia apparebit, vt hæc altera tabella demonstrat:

| Aur. num. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ep. cyc. perp. | j | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix | x |
| Epact. Scalig. | ij | xij | xxiij | v | xvj | xxvj | vij | xix | xxix | xj |

| Aur. num. | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ep. cyc. perp. | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix | |
| Epacta Scalig. | xxj | iiij | xiiij | xxiiij | vj | xviij | xxviij | ix | xx | |

Videsne,

Digitized by Google

Videsne, in ſeptem duntaxat locis, nimirum in Cycli annis 2. 3. 6. 7. 9. 11. 14. Epactas conuenire? Et quidem in aureis numeris 12. & 16. differentiam eſſe duarum vnitatum? quod eſt per abſurdum, vt mox calculus docebit. Ad hæc, Epactam iiij. aurei numeri 12. procreatam eſſe ab antecedente Epacta per adiectionem 13. vnitatum? quod omnino prodigioſum eſt, & a Nouiluniorum ratione alieniſſimum; niſi ſi forte in tabula expanſa ad lineã ſuperiorem aſcendendum ſit, currente tamen aureo numero 19. vt cap 12. Num. 14. tradidimus. Dices, id factum eſſe interuentu biſſexti: audio, ſed hoc quoque dic. cur idem factum non eſt annis 4. 8. 16. qui etiam ſunt biſſextiles? Cur deteriore conditione (tuis verbis vtor) erunt hi, quam ille? Certe Lunationes cuiuſuis anni à proxime ſuperioris anni Lunationibus verſus menſium initia recedere non poſſunt longius, quam 11. diebus, ad ſummum 12. anno biſſextili: cum Epacta vnius anni ſit D. 10. H. 15. Min. 11. Sec. 22. ſi communis ſit; ſin autem biſſextilis, D. 11. H. 15. Min. 11. Sec. 22. vt cap. 13. declarauimus. At Lunationes per tuas Epactas anni 12. notatę diſtant 13. diebus a Lunationibus anni 11. quæ ab Epactis indicantur, ijs menſibus exceptis, qui duas Epactas o. xxix. eidem diei aſcribunt. Hoc manifeſtum eſt in Maio, & Aprili. Nam ab Epacta xxj. in Maio, quæ Nouilunium anno 11. monſtrat, ad Epactam iiij. quam anno 12. Nouilunium notare vis in Aprili, numerantur dies 13. cum tamen calculus differentiam duorum horum Nouiluniorum mediorum, exhibeat tantum dierum 11. H. 15. Min. 11. Sec. 21. qui numerus duodecim diebus eſt minor, nedum tredecim. Ageſis, calculum conſulamus. Anno 1587. Nouilunium medium Maij incidit in diem 6. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. Anno vero 1588. Nouilunium medium in Aprili contingit die 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. cum tamen tua Epacta iiij. illud reponat in diem 25. multo ante Nouilunium medium, quod diei 26. tribuendum eſt. Iam ſi dies Aprilis 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. detrahamus ex diebus Maij 6. hoc eſt, ex diebus Aprilis 36. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. relinquetur dicta differentia Dierum 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Vbi, quæſo, hic eſt differentia 13. dierum? At credo ſolum id eſt in Nouilunijs medijs dictorum annorum, non etiam in veris. Immo nihilo minus in his, quam in illis: cum neque Nouilunia vera eorundem duorum annorum, ac menſium per totos 12. dies inter ſe diſtent, vt ex Ephemeridibus Io. Antonij Magini conſtat. Vides, in quos laqueos Neomeniæ Iudaicæ te induxerint, vnde nunquam te expedire poſſis? vt nimirum Nouilunia cæleſtia præuenias, & vnum ab altero longius diſiungas, quam ratio poſtulat. quod nihil eſt aliud, quam totam Nouiluniorum rationem confundere, ac perturbare.

SED conferamus quoque eorundem annorum nonnullas tuas quartaſdecimas cum noſtris, & cum pleniluniis medijs, vt videamus, vter noſtrum rectius ex vſu Eccleſiæ Epactas ordinauerit in Calendario, rectiuſque Epactas eligat ad Nouilunia Eccleſiaſtica demonſtranda: vt hinc quoque appareat, Nouilunia abs te non eſſe rectè notata; & ſine cauſa æquabilem progreſſum Epactarum per vndenarium numerum à te interruptum eſſe, vt Nouilunia aliter diſponeres. Hanc enim ſolum cauſam pro te afferre potes, cur Epactę prædictorum 19. annorum ab Epactis Cycli perpetui differant, & non æquabiliter per 11. progrediantur. Nam cum ita ſint Nouilunia inſtituenda, (vti cap. 18. Num. 4. docui.) vt Lunæ xiiij. non præcurrant plenilunia biduo, ne ſi dies quartadecima inſequens foret Dominica, Paſcha ante plenilunium celebraretur: ex calculo deprehendemus, te hoc perraro ſeruaſſe. Ecce tabellam cum Epactis, Lunis xiiij. & pleniluniis medijs.

| Anni Domini | Aur. Nu. | Epac. Greg. | Epactæ Scal. | Lun. xiiij Greg. | Lun. xiiij Scalig. | Plenilunia media | Dies, quibus xiiij. Sca. præuenit pleni. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1577 | 1 | 1 | 2 | 12 A | 11 A | 12 A H. 10 | 2 |
| 1581 | 5 | 15 | 16 | 29 M | 28 M | 29 M H. 10 | 2 |
| 1586 | 10 | 10 | 11 | 3 A | 2 A | 3 A H. 18 | 2 |
| 1588 | 12 | 2 | 4 | 11 A | 9 A | 10 A H. 14 | 2 |
| 1589 | 13 | 13 | 14 | 31 M | 30 M | 0 A H. 1 | 3 |
| 1591 | 15 | 5 | 6 | 8 A | 7 A | 8 A H. 5 | 2 |
| 1592 | 16 | 16 | 18 | 28 M | 26 M | 27 A H. 14 | 2 |
| 1593 | 17 | 27 | 28 | 16 A | 14 A | 15 A H. 12 | 2 |
| 1595 | 19 | 19 | 20 | 25 M | 24 M | 25 M H. 5 | 2 |



Digitized by Google

Aſcribimus plenilunium, quod poſt meridiem euenit, ſequenti diei, ex doctrina omniũ, qui de Computo ſcripſerunt. quod nec tu quidem inficiaberis, quippe cum Nouilunium, quod 18. horis ſubſequitur occaſum Solis præcedentem, diei ſequenti attribuas. Quando igitur tua xiiij. duobus diebus plenilunium antecedit, ſcito te contra Canones peccare. Nam ſi Luna tua xv. eſſet Dominica, celebrares Paſcha ante plenilunium, ſcilicet in vera Luna xiiij. quod per Canones non licet. Quando verò tribus fermè diebus tua xiiij. præcurrit pleniluniũ, vt fit anno 1589. celebraretur Paſcha biduo ante pleniluniũ in Luna xiij. ante Paſcha Iudæorum. quod magis abſurdum eſt. Sed fortaſſe dices. quid, veſtra Luna xiiij. nihilne eo anno anticipat? Anticipat illa quidem aliquantulum, ſed tamen die integro minus, quam tua. quod quidem fit ex natura Cycli. Neque enim Cyclus quocunque modo in Calendario ordinatus omnia incommoda vitare poteſt: Vnum illud curare ſummo ſtudio debemus, vt ita diſponatur, vt quã pauciſſima errata contineat. quod confidimus nos in Calendario Gregoriano aſſecutos; cum multo pauciora in eo notentur errata, quã in tuo: vt partim ex ſupradicta tabella annorũ 19. conſtat, partim etiã, & multo euidentius, in examine tabulæ tuę æquationis iuſtæ periodi tropicæ planũ fiet. In hiſce porrò 9. annis ſuperioris tabellæ, etiamſi non tua Luna xv. ſed xvj. eſſet Dominica, celebraretur tamen Paſcha poſt Lunam xv. (vt tu falsò, & cõtra Canones faciendum eſſe decreuiſti,) in ipſo plenilunio. quod tamẽ pernegas licere. Quocirca in idipſum induis, quod timebas. Siue ergo poſt Lunam xiiij. ſiue poſt xv. Paſcha proxime celebretur, conſtat Neomenias tuas Iudaicas in prædictis 9. annis falſas eſſe. Quinetiã, quod intolerabilius eſt, & contra omnes Cõputi ſcriptores in eiſdẽ 9. annis collocas Epactas in illis diebus, quibus Nouilunia media contingũt. Habes igitur, mi Ioſephe, quã falſa, & fallax ſit tua illa tabella 19. annorũ: quã tamẽ fundamentũ ſtatuis tabulę æquationis iuſtæ periodi tropicę: ac proinde neceſſe eſt eã, cũ tam infirmo nitatur fundamento, planè eſſe ruinoſam. quod iamiam ex eius examine manifeſtũ erit.

Scaligerum in mutatione Epactarum non habuiſſe rationem poſtpoſitionum Lunæ, neq; dierum exemptorũ

5 PRINCIPIO igitur animaduerto, te in mutatione Epactarum aureo numero 1. reſpondentium neque rationem habuiſſe anticipationis Nouiluniorum, quam in 304. annis affirmas contingere, neque dierum exemptorum, quorum ſinguli mutationem expoſcunt Epactæ currentis in Epactam inferiorem. qui ſanè error maximus eſt, & familiam ducit. Nam antequam ab Epocha, ſiue radice elapſi ſint anni 304. toties mutanda erit Epacta currens in inferiorem, quot dies exempti fuerint. At quoties anni 304. elapſi fuerint, tot vnitates ex numero dierum reiectorum detrahendæ erunt, vt reliquus numerus indicet, quot vnitatibus minor Epacta, vel inferior, ſit aſſumenda. quod non ſeruaſti, ſed ſolum Neomenijs Iudaicis ſuperioris tabellæ 19. annorum fidem habuiſti; quæ te in fraudem, vti prędiximus, impulerunt. I nunc, & crede Iudæis, vt tuæ credulitatis pretium feras. At vide fraudem, in quam ex Neomenijs Iudaicis incidiſti. Ab anno 1581. ad 1733. nondum ſunt elapſi anni 304. ideoque Luna æquatione non eget. Cum ergo anno 1733. dies vnus eximatur, mutanda erit Epacta 2. cum aureo numero 1. currens (quandoquidem in aureo numero 5. anni 1581. reſpondet Epacta xvj.) in inferiorem 1. quod abs te factum eſt, & rectè. Deinde neque ab anno 1584. ad 1869. numerantur anni 304. cum ergo anno 2869. alius dies eximatur, ac proinde tunc duo ſint dies reiecti poſt correctionem, ſumenda eſſet Epacta xvij. duabus vnitatibus minor, quam Epacta xix. currens cum aureo numero 8. anni 1584. Quocirca aureo numero 1. reſpondere deberet Epacta 0. vel ✳. non autem Epacta 1. vt in tabula habes. Rurſus ab anno 1583. ad 2001. ablati erunt 3. dies, & anni 304. numerantur ſemel: idcirco aſſumenda foret Epacta v. binario minor, quam Epacta vij. quæ anno 1583. aureo numero 7. te auctore, reſpondet, hoc eſt, Epacta aurei numeri 1. deberet eſſe 29. non autem 0. vt tu vis. Deinde ab anno 1587. ad 2537. continentur anni 304. ter. Dempto ergo ternario ex 7. diebus, qui tunc erunt ſublati, remanent 4. atque tot vnitatibus minor Epacta aſſumenda eſſet, quam 21. quæ aureo numero 11. anni 1587. reſpondet, hoc eſt, Epacta 17. ac proinde aureo numero 1. Epacta 27. aſſignanda, cum tamen Epacta 29. à te tribuatur. Præterea ab anno 1595. ad 3609. putantur anni 304. ſexies. Ergo ſi demas ſenarium ex 15. diebus, qui tunc erunt exempti, remanent 9. Igitur ex Epacta 20. quæ aureo numero 19. anni 1595. reſpondet, auferenda ſunt 9. vt remaneat Epacta xj. eidem aureo numero 19. reſpondens anno 3609. ideoque aureo numero 1. debebitur Epacta 23. & tamen tu aureo numero 1. Epactam 21. tribuis. Viden quantæ, & quam graues exiſtant ruinæ? Denique ſi eodẽ modo alios annos tabulę iuſtæ periodi tropicæ examinare velimus, accipiẽdo ex tua tabellã 19. annorũ, annũ qui eundẽ habeat aureũ numerum cũ anno aſſumpto in tabulã iuſtę periodi, deprehendemus, te valde

raro

Digitized by Google

rarò Epactam aureo numero 1. tribuere, quam ratio anticipationis, & poſtpoſitionis Lunæ requirit. Quę autem eſt alia cauſa erroris tanti, & tam longe lateque diffuſi, niſi quod Epactas ſolum addixiſti Nouilunijs Iudaicis? Ex quo intolerabiles errores in Nouilunijs, & Lunis xiiij. exiſtant, neceſſe eſt, vt tabula ſubiecta 50. annorum declarat: in qua primo loco annos Domini deſcripſimus; Deinde aureos numeros eorundem, Tertio Epactas Calendarij Gregoriani. Quartus ordo Epactas, quę per Epactas aureo numero 1. reſpondentes in tabula iuſtæ periodi ex Cyclo Epactarum perpetuo eruuntur, continet. Quintus Lunas xiiij. quas in Calendario Gregoriano Epactæ notant. Sextus Lunas xiiij. Scaligerianarum Epactarum. Septimus plenilunia media ſecundum intercalationem Calendarij Gregoriani. Octauus eadem plenilunia ad intercalationem Scaligeri. Nonus literas dominicales complectitur ex methodo Gregoriani Calendarij. Decimus eaſdem literas iuxta Scaligeri methodum offert. In vndecimo dies ſecundum æquationem Calendarij Gregoriani reiectos; & in duodecimo denique dies iuxta Scaligeri æquationem exemptos notauimus. Quotieſcunque autem tuæ Lunæ xiiij. duobus diebus præcurrunt oppoſitiones medias, fatearis neceſſe eſt, Epactas te perperam inueſtigare, eaſdemque non rectè in Calendario ordinare, vt ſupra in examine tabellæ annorum 19. ab anno 1577. vſque ad annum 1595. dictum eſt: quandoquidem falſo per eas Lunæ xiiij. inueniuntur. Plenilunium porro in diem aliquem incidens poſt meridiem, aſſignandum eſt ſequenti diei, vt ſupra etiam monuimus. Calculus vero oppoſitionum mediarum inſtitutus hic eſt, ſicuti & alibi, per tabulas Epactarum, quas cap. 13. condidimus. a quo calculo non multum diſcrepat ille, qui fit per Nouilunia 76. annorum cap. 14. aut ab eo, quem cap. 25. & 26. expoſuimus.

| Anni Domini. | Aureus Num. | Epactæ Gregor. | Epactæ Scaliger. | Lunæ xiiij Gregor. | Lunæ xiiij Scalig. | Plenilunia media Greg. | | | Plenilunia media Scaligeriana. | | | Lit. Dom. Greg. | Lit. Dom. Scal. | Dies exempti Cal. Greg. | Dies exempti Cal. Scalig. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | D | H | | D | H | | | | | |
| 1715 | 6 | 25 | 26 | 18 | A | 16 | A | 18 | 4 | A | 17 | 4 | A | F | E | 11 | 10 |
| 1734 | 6 | 25 | 26 | 18 | A | 16 | A | 17 | 20 | A | 17 | 20 | A | C | C | 11 | 11 |
| 1737 | 9 | 28 | 29 | 15 | A | 13 | A | 14 | 11 | A | 14 | 11 | A | F | F | 11 | 11 |
| 1753 | 6 | 25 | 26 | 18 | A | 16 | A | 17 | 13 | A | 17 | 13 | A | G | G | 11 | 11 |
| 1775 | 9 | 28 | 29 | 15 | A | 13 | A | 14 | 21 | A | 14 | 21 | A | A | A | 11 | 11 |
| 1783 | 17 | 26 | 27 | 17 | A | 15 | A | 16 | 9 | A | 16 | 9 | A | E | E | 11 | 11 |
| 1791 | 6 | 25 | 26 | 18 | A | 16 | A | 17 | 22 | A | 17 | 22 | A | B | B | 11 | 11 |
| 1794 | 9 | 28 | 29 | 15 | A | 13 | A | 14 | 13 | A | 14 | 13 | A | E | E | 11 | 11 |
| 1802 | 17 | 26 | 27 | 17 | A | 15 | A | 17 | 2 | A | 16 | 2 | A | C | B | 12 | 11 |
| 1813 | 9 | 28 | 29 | 15 | A | 3 | A | 16 | 6 | A | 14 | 6 | A | C | B | 12 | 11 |
| 1851 | 9 | 28 | 29 | 15 | A | 13 | A | 15 | 15 | A | 14 | 15 | A | E | D | 12 | 11 |
| 1859 | 17 | 26 | 27 | 17 | A | 15 | A | 17 | 3 | A | 17 | 3 | A | B | A | 12 | 11 |
| 1878 | 17 | 26 | 27 | 17 | A | 15 | A | 16 | 20 | A | 6 | 20 | A | F | F | 12 | 12 |
| 1897 | 17 | 26 | 2 | 17 | A | 15 | A | 16 | 12 | A | 16 | 12 | A | C | C | 12 | 12 |
| 1911 | 2 | * | 2 | 13 | A | 11 | A | 13 | 7 | A | 1 | 7 | A | A | G | 13 | 12 |
| 1919 | 1 | 29 | 1 | 14 | A | 12 | A | 14 | 20 | A | 13 | 0 | A | E | D | 13 | 12 |
| 1938 | 1 | 29 | 1 | 14 | A | 12 | A | 14 | 13 | A | 13 | 13 | A | B | A | 13 | 12 |
| 1957 | 1 | 29 | 1 | 14 | A | 12 | A | 14 | 5 | A | 13 | 5 | A | F | E | 13 | 12 |
| 1987 | 2 | * | 2 | 13 | A | 11 | A | 13 | 2 | A | 12 | 2 | A | D | C | 13 | 12 |
| 1995 | 1 | 29 | 1 | 14 | A | 12 | A | 14 | 14 | A | 13 | 14 | A | A | G | 13 | 12 |



Digitized by Google

| Anni Domini | Aureus Numer. | Epactæ Gregor. | Epactæ Scalig. | Lunæ xiiij Greg. | | Lunæ xiiij Scalig. | | Plenilunia med. secũdum intercal. Greg. D | H | | Plenilunia med. secundum intercal. Scalig. D | H | | Lit. Dom. Greg. | Lit. Dom. Scali. | Dies exempti Cal. Gregor. | Dies exempti Cal. Scaliger. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2215 | 12 | 29 | 1 | 14 | A | 12 | A | 14 | 8 | A | 13 | 8 | A | A | G | 15 | 14 |
| 2219 | 16 | 13 | 15 | 31 | M | 29 | M | 31 | 14 | M | 30 | 8 | M | C | B | 15 | 14 |
| 2223 | 1 | 28 | 0 | 15 | A | 13 | A | 15 | 21 | A | 14 | 21 | A | E | D | 15 | 14 |
| 2234 | 12 | 29 | 1 | 14 | A | 12 | A | 14 | 1 | A | 13 | 1 | A | E | D | 15 | 14 |
| 2238 | 16 | 13 | 15 | 31 | M | 29 | M | 31 | 1 | M | 30 | 1 | M | G | F | 15 | 14 |
| 2519 | 12 | 28 | 29 | 15 | A | 13 | A | 15 | 9 | A | 14 | 9 | A | A | G | 17 | 16 |
| 2537 | 11 | 17 | 19 | 27 | M | 25 | M | 27 | 4 | M | 27 | 4 | M | F | F | 17 | 17 |
| 2538 | 12 | 28 | 0 | 15 | A | 13 | A | 15 | 1 | A | 15 | 1 | A | E | E | 17 | 17 |
| 2557 | 12 | 8 | 0 | 15 | A | 13 | A | 14 | 18 | A | 14 | 18 | A | B | B | 17 | 17 |
| 2575 | 11 | 17 | 19 | 27 | M | 25 | M | 27 | 13 | M | 27 | 13 | M | A | A | 17 | 17 |
| 2594 | 11 | 17 | 19 | 27 | M | 25 | M | 27 | 5 | M | 27 | 5 | M | E | E | 17 | 17 |
| 2595 | 12 | 28 | 0 | 15 | A | 13 | A | 15 | 3 | A | 15 | 3 | A | D | D | 17 | 17 |
| 2910 | 4 | 28 | 0 | 15 | A | 13 | A | 15 | 7 | A | 14 | 7 | A | E | D | 20 | 19 |
| 2919 | 13 | 7 | 9 | 6 | A | 4 | A | 6 | 5 | A | 5 | 5 | A | A | G | 20 | 19 |
| 2957 | 13 | 7 | 9 | 6 | A | 4 | A | 5 | 14 | A | 5 | 14 | A | B | B | 20 | 20 |
| 2995 | 13 | 7 | 9 | 6 | A | 4 | A | 5 | 23 | A | 5 | 23 | A | D | D | 20 | 20 |
| 3014 | 13 | 7 | 9 | 6 | A | 4 | A | 6 | 16 | A | 5 | 16 | A | B | A | 21 | 20 |
| 5033 | 13 | 7 | 9 | 6 | A | 4 | A | 6 | 8 | A | 5 | 8 | A | F | E | 21 | 20 |
| 3071 | 13 | 7 | 9 | 6 | A | 4 | A | 6 | 17 | A | 5 | 17 | A | A | G | 21 | 20 |
| 3119 | 4 | 27 | 28 | 16 | A | 14 | A | 16 | 21 | A | 15 | 21 | A | E | D | 22 | 21 |
| 3138 | 4 | 27 | 28 | 16 | A | 14 | A | 16 | 14 | A | 15 | 14 | A | B | A | 22 | 21 |
| 3157 | 4 | 27 | 28 | 16 | A | 14 | A | 16 | 6 | A | 15 | 6 | A | F | E | 22 | 21 |
| 3195 | 4 | 27 | 28 | 16 | A | 14 | A | 16 | 16 | A | 15 | 16 | A | A | G | 22 | 21 |
| 3209 | 18 | 1 | 3 | 12 | A | 10 | A | 11 | 11 | A | 11 | 11 | A | D | D | 22 | 22 |
| 3247 | 18 | 1 | 3 | 12 | A | 10 | A | 11 | 20 | A | 11 | 20 | A | F | F | 22 | 22 |
| 3266 | 18 | 1 | 3 | 12 | A | 10 | A | 11 | 12 | A | 11 | 12 | A | C | C | 22 | 22 |
| 3285 | 18 | 1 | 3 | 12 | A | 10 | A | 11 | 5 | A | 11 | 5 | A | G | G | 22 | 22 |
| 4110 | 7 | 26 | 27 | 17 | A | 15 | A | 17 | 11 | A | 16 | 11 | A | E | D | 29 | 28 |
| 4710 | 18 | 24 | 26 | 18 | A | 16 | A | 18 | 21 | A | 17 | 21 | A | B | A | 34 | 33 |
| 4713 | 2 | 28 | 0 | 15 | A | 13 | A | 15 | 12 | A | 14 | 12 | A | E | D | 34 | 33 |

Negleximus in hac tabula Minuta horarũ, assumpta pro illis integra hora, quando numerum 30. superabant. Congessimus autem in hac, & sequentibus tabulis, tam multa exempla, non tam vt errores Epactarum Scaligerianarum ob oculos poneremus, quam vt Gregorianas Epactas recte ex Canonũ præscripto Lunas xiiij. Paschales indicare doceremus. quod quidem liquido apparebit, si Lunæ xiiij. Gregorianæ cum Plenilunijs medijs Gregorianis, & Scaligerianę quartędecimæ cum medijs plenilunijs Scaligerianis conferantur.

In his

Digitized by Google

In his omnibus annis(omiſi complures alios,quibus idem accidit. Aut enim ſatis exemplorum eſt, aut neſcio, quid ſit ſatis) tuę Lunæ xiiij. duobus ſemper diebus noſtras præcurrunt,totidemque ferme diebus, interdum etiam tribus,(vt in annis 2575.2594.2595.) ante plenilunia occurrunt. Ex quo ſequitur, ſi proximus dies inſequens eſſet Dominicus, Paſcha ſecundum tuas Epactas,& ex præſcripto Eccleſiæ,(quæ ſemper eam ſolemnitatę celebrat proximo die Dominico poſt Lunam xiiij. vt non ſemel oſtendimus) celebrandum fore vno die ante plenilunium, & interdum etiam biduo, ſi Plenilunium,quod poſt meridiem contingit, ſequenti diei tribuendum eſt, vt ratio poſtulat. Quamuis enim Paſcha, in quo pleniluniū ſit poſt meridiem ante Solis occaſum,non ſit omnino illegitimum,vt cap. 22. Num.4. ſcripſimus: vitari tamen id debet in Cyclo, quo ad ęius fieri poteſt, ita vt rariſſimè contingat. Eſſe autem contra Canones, ac Decreta Patrum, quòd Paſcha ante plenilunium agatur, ne tu quidem negas, cum id ne in Plenilunio quidem celebrari permittas. Immo etiamſi poſt Lunam xv. celebrandum eſſet Paſcha,(quod mordicus cum alijs nonnullis tenes) tamen illud in ipſo plenilunio, quod non probas,vel etiam contra Canones, ante plenilunium celebrari poſſet. Conſtat igitur,Epactas tuas neque rectè eſſe ordinatas in Calendario, neque rectè ex tua tabula indagari, cum earum quartædecimæ plus iuſto oppoſitiones medias anteuertant. Quamuis autem error hic plerunque per literam Dominicalem currentem,quæ quartamdeçimam ſæpe numero plus biduo ſequitur, emendetur, non tamen propterea Epactæ per ſe vitioſæ exiſtimandę non ſunt. Quid quod,ſi tuo vteremur Calendario, re ipſa non ſemel Paſcha celebraremus poſt Lunam xiiij. ( quæ eſt vetus Eccleſiæ conſuetudo) ante plenilunium? Cõtingeret hoc in annis 1737.1791.1859. 1957.2575.2995.3195.3266. In his enim omnibus litera dominicalis propria ſequitur tuã Lunam xiiij. proxime,oppoſitio verò media non proxime. Et quidem anno 2575. duobus diebus Paſcha anteuertet mediam oppoſitionem. Quod ſi çontendas, Paſcha celebrandũ eſſe poſt Lunam xv. ne in plenilunium incidat, (cuius tamen rei nullum auctorem, qui aliquid in hoc negotio videat, proferre potes) effugere non poteris, quin annis 1734.1802. 2238.2519.3033.3138.3209. Paſcha in plenilunio celebrandum exhibeas. quod ipsũ etiam continget, ſi Paſcha poſt Lunam xiiij. (vt ratio poſtulat) celebretur; quia in his annis litera Dominicalis biduo inſequitur Lunam xiiij. in ipſo plenilunio: ſed apud nos hoc peccatum non eſt, qui ſecundum Canones Paſcha in Plenilunio celebrari poſſe ſcimus, ſed apud te, qui id negas fieri oportere. In annis porrò illis octo ſuperioribus 1737.1791. 1859. 1957. 2575. 2995. 3195. 3266. niſi Paſcha in Luna xv. celebrandum ſtatuas,vt Canones,& decreta Patrum præſcribunt,differes illud in Lunam xxij. contra omnes Computi ſcriptores, Concilia atque Canones.

Lunas xiiij. Scaligeri ante xiiij Cal. Greg. occurrere ſæpiſſime biduo, aut etiam triduo.

SED ecce tibi alios 80. annos, in quibus maiores errores committuntur, quippe cum in ijs tuæ Lunæ xiiij. noſtras anticipent tribus diebus, interdum etiam quatuor.

| Anni Domini | Aureus Numer. | Epactæ Gregor. | Epactæ Scalig. | Lunæ xiiij Greg. | | Lunæ xiiij Scalig. | | Plenilunia med. ſecũdum intercal. Greg. D. | H. | | Plenilunia med. ſecũdum intercal. Scalig. D. | H. | | Lit. Dom. Greg. | Lit. Dom. Scal. | Dies exempti Gregor. | Dies exempti Scaliger. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1927 | 9 | 27 | 29 | 16 | A | 13 | A | 16 | 8 | A | 15 | 8 | A | B | A | 13 | 12 |
| 1946 | 9 | 27 | 29 | 16 | A | 13 | A | 16 | 1 | A | 15 | 1 | A | F | E | 13 | 12 |
| 1965 | 9 | 27 | 29 | 16 | A | 13 | A | 15 | 18 | A | 14 | 18 | A | C | B | 13 | 12 |
| 2131 | 9 | 26 | 28 | 17 | A | 14 | A | 17 | 9 | A | 16 | 9 | A | B | A | 15 | 14 |
| 2250 | 9 | 26 | 28 | 17 | A | 14 | A | 17 | 2 | A | 16 | 2 | A | F | E | 15 | 14 |
| 2546 | 11 | 27 | 29 | 16 | A | 13 | A | 16 | 14 | A | 16 | 14 | A | B | B | 17 | 17 |
| 2565 | 11 | 27 | 29 | 16 | A | 13 | A | 6 | 7 | A | 16 | 7 | A | F | F | 17 | 17 |
| 2601 | 18 | 3 | 6 | 10 | A | 7 | A | 9 | 9 | A | 8 | 9 | A | D | C | 18 | 17 |
| 2602 | 19 | 14 | 17 | 30 | M | 27 | M | 29 | 18 | M | 28 | 18 | M | C | B | 18 | 17 |
| 2603 | 1 | 26 | 29 | 17 | A | 13 | A | 17 | 16 | A | 16 | 16 | A | B | A | 18 | 17 |
| 2605 | 3 | 18 | 21 | 16 | M | 23 | M | 26 | 9 | M | 25 | 9 | M | F | E | 18 | 17 |



Digitized by Google

| Anni Domini. | Aureus Num. | Epactæ Gregor. | Epactæ Scaliger. | Lunæ xiiij Gregor. | | Lunæ xiiij Scalig. | | Plenilunia media secũdum intercal. Greg. D | H | | Plenilunia media secũdum intercal. Scalig. D | H | | Lit. Dom. Greg. | Lit. Dom. Scal. | Dies exempti Greg. | Dies exempti Scalig. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2606 | 4 | 29 | 2 | 14 | A | 11 | A | 14 | 7 | A | 13 | 7 | A | E | D | 18 | 17 |
| 2607 | 5 | 10 | 13 | 3 | A | 31 | M | 3 | 16 | A | 2 | 16 | A | D | C | 18 | 17 |
| 2609 | 7 | 2 | 5 | 11 | A | 8 | A | 10 | 22 | A | 9 | 22 | A | A | G | 18 | 17 |
| 2610 | 8 | 13 | 16 | 31 | M | 28 | M | 31 | 7 | M | 30 | 7 | M | G | F | 18 | 17 |
| 2611 | 9 | 24 | 27 | 18 | A | 15 | A | 19 | 4 | A | 18 | 4 | A | F | E | 18 | 17 |
| 2613 | 11 | 16 | 19 | 28 | M | 25 | M | 27 | 22 | M | 26 | 22 | M | C | B | 18 | 17 |
| 2614 | 12 | 27 | 0 | 16 | A | 13 | A | 15 | 19 | A | 14 | 19 | A | B | A | 18 | 17 |
| 2615 | 13 | 8 | 11 | 5 | A | 2 | A | 5 | 4 | A | 4 | 4 | A | A | G | 18 | 17 |
| 2617 | 15 | ✳ | 3 | 13 | A | 10 | A | 12 | 11 | A | 11 | 11 | A | E | D | 18 | 17 |
| 2618 | 16 | 11 | 14 | 2 | A | 30 | M | 1 | 19 | A | 31 | 19 | M | D | C | 18 | 17 |
| 2619 | 17 | 22 | 25 | 22 | M | 19 | M | 22 | 4 | M | 21 | 4 | M | C | B | 18 | 17 |
| 2621 | 19 | 14 | 17 | 30 | M | 27 | M | 29 | 11 | M | 28 | 11 | M | G | F | 18 | 17 |
| 2622 | 1 | 26 | 29 | 17 | A | 13 | A | 17 | 8 | A | 16 | 8 | A | F | E | 18 | 17 |
| 2629 | 8 | 13 | 16 | 31 | M | 28 | M | 30 | 23 | M | 29 | 23 | M | D | C | 18 | 17 |
| 2630 | 9 | 24 | 27 | 18 | A | 15 | A | 18 | 21 | A | 17 | 21 | A | C | B | 18 | 17 |
| 2631 | 10 | 5 | 8 | 8 | A | 5 | A | 8 | 6 | A | 7 | 6 | A | B | A | 18 | 17 |
| 2633 | 12 | 27 | 0 | 16 | A | 13 | A | 15 | 12 | A | 14 | 12 | A | F | E | 18 | 17 |
| 2634 | 13 | 8 | 11 | 5 | A | 2 | A | 4 | 21 | A | 3 | 21 | A | E | D | 18 | 17 |
| 2635 | 14 | 19 | 22 | 25 | M | 22 | M | 25 | 6 | M | 24 | 6 | M | D | C | 18 | 17 |
| 2637 | 16 | 11 | 14 | 2 | A | 30 | M | 1 | 12 | A | 31 | 12 | M | A | G | 18 | 17 |
| 2638 | 17 | 22 | 25 | 22 | M | 19 | M | 21 | 21 | M | 20 | 21 | M | G | F | 18 | 17 |
| 2639 | 18 | 3 | 6 | 10 | A | 7 | A | 9 | 18 | A | 8 | 18 | A | F | E | 18 | 17 |
| 2641 | 1 | 26 | 29 | 17 | A | 13 | A | 17 | 0 | A | 16 | 0 | A | C | B | 18 | 17 |
| 2642 | 2 | 7 | 10 | 6 | A | 3 | A | 6 | 10 | A | 5 | 10 | A | B | A | 18 | 17 |
| 2643 | 3 | 18 | 21 | 26 | M | 23 | M | 26 | 18 | M | 25 | 18 | M | A | G | 18 | 17 |
| 2645 | 5 | 10 | 13 | 3 | A | 31 | M | 3 | 1 | A | 2 | 1 | A | E | D | 18 | 17 |
| 2646 | 6 | 21 | 24 | 23 | M | 20 | M | 23 | 9 | M | 22 | 9 | M | D | C | 18 | 17 |
| 2647 | 7 | 2 | 5 | 11 | A | 8 | A | 11 | 7 | A | 10 | 7 | A | C | B | 18 | 17 |
| 2649 | 9 | 24 | 27 | 18 | A | 15 | A | 18 | 13 | A | 17 | 13 | A | G | F | 18 | 17 |
| 2650 | 10 | 5 | 8 | 8 | A | 5 | A | 7 | 22 | A | 6 | 22 | A | F | E | 18 | 17 |
| 2651 | 11 | 16 | 19 | 28 | M | 25 | M | 28 | 7 | M | 27 | 7 | M | E | D | 18 | 17 |
| 2653 | 13 | 8 | 11 | 5 | A | 2 | A | 4 | 13 | A | 3 | 13 | A | B | A | 18 | 17 |
| 2654 | 14 | 19 | 22 | 25 | M | 22 | M | 24 | 22 | M | 23 | 22 | M | A | G | 18 | 17 |
| 2655 | 15 | ✳ | 3 | 13 | A | 10 | A | 12 | 20 | A | 11 | 20 | A | G | F | 18 | 17 |
| 2658 | 18 | 3 | 6 | 10 | A | 7 | A | 9 | 11 | A | 8 | 11 | A | C | B | 18 | 17 |
| 2659 | 19 | 14 | 17 | 30 | M | 27 | M | 29 | 20 | M | 28 | 20 | M | B | A | 18 | 17 |
| 2661 | 2 | 7 | 10 | 6 | A | 3 | A | 6 | 2 | A | 5 | 2 | A | F | E | 18 | 17 |
| 2662 | 3 | 18 | 21 | 26 | M | 23 | M | 26 | 11 | M | 25 | 11 | M | E | D | 18 | 17 |
| 2663 | 4 | 29 | 2 | 14 | A | 11 | A | 14 | 8 | A | 13 | 8 | A | D | C | 18 | 17 |
| 2665 | 6 | 21 | 24 | 23 | M | 20 | M | 23 | 2 | M | 22 | 2 | M | A | G | 18 | 17 |
| 2666 | 7 | 2 | 5 | 11 | A | 8 | A | 11 | 0 | A | 10 | 0 | A | G | F | 18 | 17 |
| 2667 | 8 | 13 | 16 | 31 | M | 28 | M | 31 | 8 | M | 30 | 8 | M | F | E | 18 | 17 |
| 2669 | 10 | 5 | 8 | 8 | A | 5 | A | 7 | 15 | A | 6 | 15 | A | C | B | 18 | 17 |
| 2670 | 11 | 16 | 19 | 28 | M | 25 | M | 26 | 0 | A | 27 | 0 | M | B | A | 18 | 17 |
| 2671 | 12 | 27 | 0 | 16 | A | 13 | A | 15 | 21 | A | 14 | 21 | A | A | G | 18 | 17 |
| 2907 | 1 | 25 | 27 | 18 | A | 15 | A | 18 | 16 | A | 17 | 16 | A | B | A | 20 | 19 |
| 2918 | 12 | 26 | 28 | 17 | A | 14 | A | 16 | 20 | A | 15 | 20 | A | B | A | 20 | 19 |



Digitized by Google

| Anni Domini | Aureus Numer. | Epactæ Gregor. | Epactæ Scalig. | Lunæ xiiij Greg. | Lunæ xiiij Scalig. | Plenilunia med. secũdum intercal. Greg. D | H | | Plenilunia med. secundum intercal. Scalig. D | H | | Lit. Dom. Greg. | Lit. Dom. Scali. | Dies exempti Gregor. | Dies exempti Scaliger. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2926 | 1 | 25 | 27 | 18 A | 15 A | 18 | 9 | A | 17 | 9 | A | F | E | 20 | 19 |
| 2937 | 12 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 16 | 13 | A | 15 | 13 | A | F | E | 20 | 19 |
| 2945 | 1 | 25 | 27 | 18 A | 15 A | 18 | 1 | A | 18 | 1 | A | C | C | 20 | 20 |
| 2975 | 12 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 16 | 22 | A | 16 | 22 | A | A | A | 20 | 20 |
| 2983 | 1 | 25 | 27 | 18 A | 15 A | 18 | 10 | A | 18 | 10 | A | E | E | 20 | 20 |
| 2994 | 12 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 16 | 14 | A | 16 | 14 | A | E | E | 20 | 20 |
| 3002 | 1 | 25 | 27 | 18 A | 15 A | 18 | 3 | A | 17 | 3 | A | C | B | 21 | 20 |
| 3013 | 12 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 16 | 7 | A | 15 | 7 | A | C | B | 21 | 20 |
| 3021 | 1 | 25 | 27 | 18 A | 15 A | 17 | 20 | A | 16 | 20 | A | G | F | 21 | 20 |
| 3051 | 12 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 16 | 16 | A | 15 | 16 | A | E | D | 21 | 20 |
| 3059 | 1 | 25 | 27 | 18 A | 15 A | 18 | 5 | A | 17 | 5 | A | B | A | 21 | 20 |
| 3070 | 12 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 17 | 8 | A | 16 | 8 | A | B | A | 21 | 20 |
| 3214 | 4 | 27 | 29 | 16 A | 13 A | 16 | 8 | A | 16 | 8 | A | E | E | 22 | 22 |
| 3233 | 4 | 27 | 29 | 16 A | 13 A | 16 | 1 | A | 16 | 1 | A | B | B | 22 | 22 |
| 3271 | 4 | 27 | 29 | 16 A | 13 A | 16 | 10 | A | 16 | 10 | A | D | D | 22 | 22 |
| 3290 | 4 | 27 | 29 | 16 A | 13 A | 16 | 2 | A | 16 | 2 | A | A | A | 22 | 22 |
| 3309 | 4 | 27 | 29 | 16 A | 13 A | 15 | 19 | A | 14 | 19 | A | F | E | 23 | 22 |
| 4702 | 10 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 17 | 9 | A | 16 | 9 | A | E | D | 34 | 33 |
| 4721 | 10 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 17 | 0 | A | 16 | 0 | A | B | A | 34 | 33 |
| 4759 | 10 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 17 | 9 | A | 16 | 9 | A | D | C | 34 | 33 |
| 4778 | 10 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 17 | 2 | A | 16 | 2 | A | A | G | 34 | 33 |
| 4797 | 10 | 26 | 28 | 17 A | 14 A | 16 | 18 | A | 15 | 18 | A | E | D | 34 | 33 |

IN articulis quatuor digitorum sinistræ manus, Pollice omisso, (Nomine articulorum intelligimus etiam digitorum extremitates, ita vt in quolibet digito, dempto Pollice, septem articulos numeremus, initio facto a radice interiore cuiusuis digiti, appellando exteriorem proxime sub vngue, quintum, &c.) collocandi sunt anni centesimi ab ortu Christi Domini, hoc modo. In radice, siue primo articulo Indicis interioris, collocatur annus 0. In radice digiti Medij ponitur annus 100. In radice digiti Annularis 200. In radice digiti Auricularis 300. In secundo deinde articulo Indicis ponitur annus 400. In articulo secundo digiti Medij, 500. In articulo secundo Auricularis 600. In articulo secundo Auricularis, 700. In tertio postea articulo indicis, 800. In tertio articulo Medij, 900. In tertio articulo Annularis, 1000. In articulo tertio Auricularis 1100. Post hæc in quarto articulo Indicis, hoc est, in extremitate, 1200. In extremo Medij, 1300. In extremo Annularis, 1400. In extremo Auricularis, 1500. Deinde in quinto articulo Indicis, qui est exterior proxime sub vngue 1600. in articulo quinto Medij, 1700. In quinto articulo Annularis 1800. Et quoniam centesimi anni collocati iam sunt in 19. articulis, quot nimirum sunt aurei numeri, redeundum est ad radicem Indicis interiorem, ibique ponendus annus 1900. In radice deinde digiti Medij, 2000. & sic deinceps, reuertendo semper post articulum 19. ad radicem Indicis interiorem.

Intentio facilis sedis cuiusuiscẽ centesimi, quamuis magni in digitorum articulis.

CAETERVM ne cogamur sæpius illos 19. quos diximus, articulos sinistræ manus percurrere, satis est, si diligenter ediscantur sedes 19. centesimorum ab anno 0. vsque ad annum

Digitized by Google

annum 1900. vt dictum est. His enim accurate cognitis, facili negotio sedem cuiusuis centesimi, quamuis magni, inueniemus hac ratione. Ex numero annorum centesimorum auferantur 20. quoties fieri potest, & reliquo numero tot vnitates addantur, quoties ablata sunt 20. Nam vbi centesimus huius summæ sedem habet, ibi sedes quoque erit centesimi propositi. Exempli causa, quærenda sit sedes anni 4900. Ex numero 49: centesimorum (sem per autem numerus centesimorum exprimitur per figuras numeri, demptis duabus vltimis ad dexteram, vt in anno 34561. numerus centesimorum est 345. expressus per figuras reliquas, si duæ ad dexteram, nimirum 61. abijciantur, &c.) auferuntur 20. bis. Reliquo ergo numero 9, addenda sunt 2. vt fiant 11. Et quia vndecimus centesimus, id est, annus 1100. sedem habet in tertio articulo interiore Auricularis digiti, collocabitur ibidē annus 4900.

ITEM desideret quis sedem anni 9700. Ex numero 97. centesimorum detrahuntur 20. quater, & supersunt 17. quibus si addantur illa 4. fient 21. Et ablatis rursum 20. semel, remanet 1. additaque 1. propter vnicam illam ablationem, fiunt 2. Quoniam igitur annus 200. locatur in radice Annularis digiti, ponendus erit ibidem annus 9700. propositus.

RVRSVS, quia ex 20. centesimis, hoc est, ex anno 2000. detrahi possunt 20. semel, & supereſt 0. addita ergo 1. propter vnicam illam detractionem, fit 1. Vbi ergo primus centesimus collocatur, videlicet in radice digiti Medij, ibi annus 2000. sedem quoque habebit.

NON erit autem difficile ei, qui vel mediocriter in Arithmeticis versatus est, cognoscere, quoties 20. in quolibet numero centesimorum contineantur, ac proinde quo in articulo centesimus ille locādus sit. Nam si, dempta prima figura centesimorum ad dextrā, reliquus numerus per 2. diuidatur, hoc est, dimidietur, (quod facile fit memoriter) indicabit dimidium numeri, quoties 20. in dato numero centenariorum comprehendantur. Quare si sumatur vnitas, si qua forte remanserit in dimidiatione, pro dena, præponenda est hæc dena figuræ demptæ, & totus hic numerus dimidiato illi numero adijciendus. Quod si conflatus hic numerus superet numerum 20. idem cum eo faciendum erit: hoc est, dempta prima figura ad dexteram, dimidiandus, &c. atque ita deinceps progrediēdum, donec numerus habeatur minor, quàm 20. Verbi gratia, si annus proponatur 57800. vbi numerus centenariorum est 578. Dempta prima figura 8. dimidium reliqui numeri 57. est 28. Toties ergo continentur 20. in 578. quoties vnitas est in 28. & quia in dimidiatione supereſt 1. præponenda ea erit figuræ demptæ 8. vt fiat numerus 18. qui additus ad dimidiū prædictum 28. facit 46. numerum maiorem, quàm 20. Quare dempta prima figura 6. dimidium reliqui numeri 4. est 2. & nil remanet: cui dimidio si addatur dempta figura 6. fiet numerus 8. minor, quàm 20. Cum ergo octauus centesimus ponatur in tertio articulo interiore Indicis, erit ibidem sedes anni propositi 57800. Atque ita de cæteris.

Quoties contineantur 20. in quantumuis magno numero cē tenariorū, quo pacto cognoscatur.

VT quoque facile scias sedem centesimi, qui maior non est, quàm 1800. adde 1. ad numerum centesimorum. Articulus enim, quem numerus conflatus significat, sedes erit dati centesimi. Vt si detur annus 900. Addita 1. ad 9. numerum cēteſimorum, fit numerus 10. Ergo annus 900. sedem habet in decimo articulo, hoc est, in arriculo tertio Medij. & sic de cæteris.

In quo articulo collocetur quilibet centesimus non maior, quā 1800.

COLLOCATIS hac arte annis centesimis in prædictis 19. articulis, disponendi sunt in eisdem omnes 19. aurei numeri, hoc ordine. Quia proximo anno ante Christum natum fuit aureus numerus 1. collocandus est hic aureus numerus 1. in radice Indicis, vbi positus fuit annus Domini 0. hoc est, annus, qui Christi ortum proxime anteceſſit. Quoniam verò Cyclus aurei numeri quinquies in 100. annis continetur, supersuntque 5. si aureo numero 1. in radice Indicis collocato addantur 5. fiunt 6. pro aureo numero in radice digiti Medij collocando, qui quidem debetur anno 100. post Christum natum, & omnibus alijs centesimis, qui in eam radicem secundum superiorem dispositionem cadunt. Si rursus ad 6. adijciantur 5. fient 11. pro aureo numero in radice interiori digiti Annularis ponendo, qui anno 200. & alijs omnibus centesimis ibi collocatis respondet. Eodem modo si ad 11. apponantur iterum 5. fient 16. pro aureo numero in radice interiore digiti Auricularis reponendo, qui debetur anno 300. & alijs centesimis ibi positis. Rursus addēdo 5. ad 16. fient 21. abiectis autem 19. (quòd nullus aureus numerus possit esse maior, quàm 19.) remanebunt 2. pro aureo numero in secundo articulo Indicis supra radicem collocando. Atque ita deinceps omnes aureos numeros reperies in 19. articulis reponendos, qui quidem illis centesimis debentur, qui in eosdem articulos incidunt. Inuenies enim hac ratione in secundo articulo Medij locari 7. In articulo

Collocatio aureorum numerorum in digitorum articulis, ad aureum numerum cuiusuis anni reperiendum.



Digitized by Google

ſecundo Annularis 12. In articulo ſecundo Auricularis 17. In tertio articulo Indicis 3. In tertio Medij 8. In tertio Annularis 13. In tertio Auricularis 18. In quarto Indicis, hoc eſt, in eius extremitate 4. In extremo Medij 9. In extremitate Annularis 14. In extremo Auricularis 19. In quinto articulo Indicis, qui eſt exterior proxime ſub vngue, 5. In quinto articulo Medij 10. In quinto denique articulo Annularis 15. Atque hoc modo collocati ſunt omnes 19. aurei numeri in 19. articulis, in quibus centeſimos annos repoſuimus.

SED ſatis eſt, inueniſſe hac arte quatuor aureos numeros 1. 6. 11, 16. in quatuor radicibus digitorum interioribus collocatos. Nam ſi ab aureo numero cuiuſuis radicis progrediaris per ſeriem naturalem numerorum verſus ſecundum articulum eiuſdem digiti, vſque ad quintum, qui exterior eſt proxime ſub vngue, (excepto digito Auriculari, in quo ſolo ad extremitatem vſque procedendum tantummodo eſt) habebis aureos numeros in reliquis articulis reponendos. Ita reperies in ſecundo articulo Auricularis digiti, in cuius radice ponitur aureus numerus 16. collocandum eſſe aureum numerum 17. in tertio 18. & in extremitate 19. Item in ſecundo articulo digiti Medij, in cuius radice ponitur aureus numerus 6. locandum eſſe aureum numerum 7. in tertio 8. in extremitate 9. & in quinto articulo, qui exterior eſt proximè ſub vngue, 10. & ſic de cæteris, vt prius.

Facillima collocatio aureorum numerorum in articulis digitorum.

FACILIVS tamen eoſdem aureos numeros in digitorum articulis collocabis, ſi ab aureo numero 1. in radice interiori Indicis poſito, progrediaris per ſeriem naturalem numerorum verſus ſecundum articulum eiuſdem, vſque ad quintum articulum, qui eſt exterior proxime ſub vngue, & poſt hunc ad radicem interiorem digiti Medij regrediaris, deinde verſus ſecundum articulum eiuſdem vſque ad quintum articulum, qui eſt exterior proxime ſub vngue, & ſic deinceps. Ita enim collocabitur aureus numerus 2. in ſecundo articulo interiori Indicis, & 3. in tertio, &c. Ita vt aureus numerus 19. in extremitatem digiti Auricularis cadat, vt prius. Ratio huius rei hæc eſt. Quoniam quilibet articulus cuiuſuis digiti ab articulo proximo eiuſdem digiti, vel alterius proxime antecedentis, (ſi articulos a radice Indicis per ſecundum articulum, tertium, & quartum progrediendo, vſque ad articulum quintum, numeremus.) diſtat annis 400. ex ſuperiori collocatione cēteſimorum annorum, continetur autem Cyclus aurei numeri in annis 400. vicies, ac ſemel, ſupereſtque vnitas: fit, vt vnitas addita aureo numero cuiuſuis articuli faciat aureū numerum proxime inſequentis articuli in eodem digito, vel alio proxime inſequente, vna vnitate maiorem; ita vt aurei numeri per ſeriem naturalem numerorum progrediantur a radice Indicis verſus ſecundum articulum, tertium, quartum, quintum eiuſdem digiti, & hinc verſus radicem Medij, ſecundum articulum, tertium, & alios, &c.

Inuentio aurei numeri cuiuslibet anni.

EX his facile aureus numerus cuiuſuis anni reperietur. Nam ſi datus ſit annus aliquis centeſimus, inuenienda eſt eius ſedes inter ſuperiores 19. articulos, vna cum aureo numero ibi collocato. Is enim aureus numerus illi centeſimo debetur. Si vero datus ſit annus quilibet non centeſimus, inueſtigandus eſt aureus numerus illius centeſimi, qui proxime antecedit datum annum, vt iam docuimus. Deinde quoniam quolibet anno aureus numerus vnitate augetur, adijciendę ſunt tot vnitates aureo numero illius centeſimi inuento, quotus annus datus eſt poſt illum centeſimum. Conficietur enim hac ratione aureus numerus propoſiti anni. Quòd ſi numerus compoſitus maior fuerit, quam 19. reijciendus erit numerus 19. toties, quoties reijci poteſt. Reliquus enim numerus dabit aureum numerum quæſitum. Si autem remanſerint 19 aut nihil, erit aureus numerus 19.

Qua ratione facile abijciantur 19. ex maiore numero.

PORRO vt facilius ex magno numero reijcias 19. reijce 20. quoties fieri poteſt, & pro ſingulis abiectionibus ſingulas vnitas repoſce, quas nimirum vna cum 19. abieciſti.

RECTIVS quoque feceris, ſi prius eo modo, quo proximè diximus, reijcias 19. ex numero annorum poſt centeſimum proxime antecedentem, ſi reijci poſſunt, & reſiduum aureo numero illius centeſimi adijcias, vt aureum numerum propoſiti anni componas.

EXEMPLI cauſa. Anno 2500. aureus numerus eſt 12. quoniam ſedes illius anni eſt ſecundus articulus interior digiti Annularis, vbi aureus numerus 12. collocatur; vt patet, ſi ab 1. numeres, incipiendo a radice Indicis, vſque ad illum articulum, qui eſt duodecimus eo ordine, quē diximus, nimirum a radice cuiuſque digiti progrediendo verſus extremitatem vſque ad quintum articulum, hoc eſt, ad exteriorem ſub vngue: Vel certe, ſi ab aureo numero 11. in radice digiti Annularis collocato progrediaris per ſeriem naturalem numerorum aſcendendo, vſque ad eundem ſecundum articulum, in quo ſedes eſt anni 2500.

QVAERATVR rurſum aureus numerus anni 2507. Sedes anni 2500. eſt in ſecundo articulo digiti Annularis, ibique aureus numerus 12. ei debitus ponitur, vt modo diximus,

Digitized by Google

diximus,cui si addas 7. (septimus enim annus post annum 2500. proponitur) efficies 19. pro aureo numero anni 2507.

ITEM inquirendus sit aureus numerus anni 983. Sedes anni 900. est in tertio articulo digiti Medij,ibique collocatur aureus numerus 8. anno 900. debitus. Quoniam vero ex annis 83. quater abijci possunt. 2 9. addemus quatuor vnitates, propter quatuor illas abiectiones,ad 3. annos reliquos, conflatumq; numerum 7, ad aureum numerum 8. anno 900. debitum adijciemus,vt conficiamus aureum numerum 15. anni 983.

RVRSVS sit inueniendus aureus numerus anni 1604. Sedes anni 1600. est in articulo quinto Indicis,id est,in exteriore sub vngue, vbi aureus numerus 5. ponitur; ad quem si adijciamus annos 4. residuos, efficiemus 9. pro aureo numero anni 1604.

DATVS præterea sit annus 2108. Sedes anni 2100. est in radice digiti Annularis, vbi ponitur aureus numerus 11. cui si addamus reliquos 8. annos, conflabimus aureum numerum 19. anni 2108.

POSTREMO detur annus 3003. Sedes anni 3000. est in tertio articulo interiori digiti Auricularis, vbi aureus numerus 18. positus est, cui si apponamus annos 3. reliquos, conflabimus 21. abiectisque 19. remanebunt 2. pro aureo numeto anni 3003.

Inuentio aurei numeri per præcepta Arithmetices. ¶

AVREVS numerus facili quoque negotio per præcepta Arithmetices reperietur quolibet anno hac ratione. Anno Domini proposito addatur 1. & numerus collectus per 19. diuidatur. Numerus enim,qui ex diuisione relinquitur,(nulla habita ratione Quotientis numeri;hic enim solum ostendit,quot reuolutiones Cycli aureorum numerorum a Christo vsque ad annum propositum peractæ sint) erit aureus numerus anni propositi. Et si ex diuisione nihil remanet, aureus numerus erit 19. V. g. si quæratur aureus numerus anni 1589. addo 1. & collectum numerum 1590. diuido per 19. inuenioque ex diuisione relinqui 13. Fuit ergo anno 1589. aureus numerus 13. Rursus si anno 2614. quærendus sit aureus numerus, addita 1. fit numerus 1615. quo diuiso per 19. nihil supereſt. Anno igitur 1614. aureus numerus erit 19. Atque ita de cæteris.

POTES etiam diuidere annos Domini per 19. non adiecta prius vnitate: dummodo ad Quotientem addas vnitatem.

## *De Epactis, Nouilunijs, Aetate Lunæ, & litera Martyrologij. Cap. II.*

Epactæ quid.

EPACTAE sunt dies,quibus Solaris annus Lunarem superat,vt in explicatione Calendarij cap. 9. Num. 14. ostendimus. Primo enim anno supersunt dies 11. secundo,22. Tertio 33. hoc est,3. (numerus enim 30. abijciendus est.) Quarto 14. &c. Respondent autem singulis 19. aureis numeris,varijs temporibus,variæ 19. Epactæ,vt in eadem explicatione cap. 11. Num. 1. & cap. 12. Num. 11. docuimus. Epactam igitur cuiuslibet anni,quæ currenti aureo numero respondet,quęque in Calendario Nouilunia demonstrat, hac ratione tum ante correctionem anni, tum post, in Pollice manus sinistræ inueniemus.

Quo pacto aureæ numeri in Pollice locẽtur, ad Epactas inueniendas.

IN Pollicis sinistri extremitate,articulo medio,& infimo,collocandi sunt aurei numeri hoc ordine. In extremitate ponitur 1. in medio articulo,2. In imo,3. Deinde rursus in extremo,4. In articulo medio,5. in Imo,6. In summo item Pollice, 7. & sic deinceps, ita vt vltimus aureus numerus 19. cadat in extremum Pollicis.

Quid addẽdum sit aureis numeris in Pollice collocatis, vt fiãt Epactæ ante Calendarium restitutum.

POST hæc aureo numero in Pollicis extremitate collocato addãtur 10. Aureo numero vero posito in articulo medio adiungantur 20. numero denique aureo,qui in imo articulo locatur,nihil apponatur. Numeri enim ita compositi (abiectis 30. si numerus conflatus maior fuerit,quam 30.) sunt Epactæ,quæ vna cum illis aureis numeris, à quibus in Pollice formatæ sunt, in vsu fuerunt ante Calendarij correctionem.

Quid ex Epactis, quæ ante correctionem vsurpabãtur, auferendum sit, vt reliquæ fiãt Epactæ post aurei restitutionem.

SI autem à singulis Epactis hoc modo inuentis subtrahantur 10. (quoniam propter 10. dies simul exemptos,Lunationes decem diebus serius contingunt,quam ante correctionẽ) relinquentur Epactæ cum eisdem aureis numeris currentes post emendationem Calendarij,ad annum vsque 1700. excluſiue. Tunc enim quia, propter omissionem bissexti, Lunationes adhuc vno die serius contingunt, auferenda sunt 11. vsque ad annum 1900. excluſiue. Nam post hunc detrahenda sunt 12. propter aliam bissexti omissionem. At anno 1800. quanquam dies intercalaris omittitur,tamen non fit mutatio in Epactis,Lunæ æquatione id ita exigente,vt declaratũ est in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 8. Quare tũc



Digitized by Google

idem numerus 11. detrahẽdus eſt,quem anno 1700.demendũ eſſe diximus.Atque in hunc modum ſemper tot vnitates vltra 10. detrahendæ erunt, per quot dies Lunationes in Calendario deſcenderint.Quod ſi ſubtractio fieri nequeat,addenda erunt 30. ad Epactam inuentam, vt fieri poſſit ſubtractio.

Quo pacto inueſtigẽtur Epactæ ab anno correctionis vſque ad annũ 1700. excluſiue.

ITAQVE inuenturus Epactam ab anno correctionis vſque ad annum 1700.excluſiue;quære ex cap.1.aureum numerum anni propoſiti,eumque in Pollice colloca, vt dictum eſt.Et deinde adde 10.ſi eſt in ſummo Pollice,aut 20. ſi eſt in medio articulo, aut denique 0.hoc eſt,nihil,ſi in imo. Ex numero enim conflato ſi detrahas 10. (additis prius 30. ſi detractio fieri nequeat) dabit reliquus numerus Epactam currentem, quam quæris.

EXEMPLI cauſa.Anno 1599.aureus numerus eſt 4.qui cadit in extremitatem Pollicis.Quare ei addo 10.& facio 14.Ablatis autẽ 10.relinquuntur 4.pro Epacta anni 1599.

ITEM anno 1609.aureus numerus eſt 14.cadens in articulum Pollicis medium.Additis ergo 20.fiunt 34.& ablatis 10.relinquuntur 24. pro Epacta anni 1609.

RVRSVS anno 1617. aureus numerus eſt 3. ſedem habens in imo articulo Pollicis. Quare ei nihil addendum eſt,ſed quia ex 3.auferri non poſſunt 10. adiungemus 30. vt habeamus 33.à quibus ſi demantur 10.reliqua fient 23.pro Epacta anni 1617.

PRAETEREA anno 2314.aureus numerus eſt 16.incidens in extremitatem Pollicis. Additis ergo 10. fiunt 26. Ablatis autem 14. (quia ad eum annum vſque incluſiue deſcenſus factus erit in Lunationibus per 4.dies vltra decem illos,per quos anno correctionis factus eſt deſcenſus) remanent 12.pro Epacta anni 2314.

POSTREMO anno 3129.aureus numerus eſt 14.cadens in medium articulũ Pollicis.Additis ergo 20.fiunt 34.& ablatis 17.(quod ad eum annum vſque incluſiue ſeptẽ mutationes factæ ſint in Lunationibus deſcendendo) relinquuntur 17.pro Epacta anni 3129.

Quando Epacta 25. diuerſi characteris coloriſue ſumenda ſit.

SCIENDVM tamen eſt,Epactam 25.ſumendam eſſe diuerſo colore, aut charactere notatam,quando procreatur ab aureo numero maiore,quàm 11. Item Epactam 19. diuerſo quoque charactere,aut colore,vltimo diei Decembris,aſcriptam,eſſe quoque in vſu, quando ab aureo numero 19.gignitur, vt contigit anno 1595. contingetque iterum annis 1614.1633.1652.1671.1690.& nũquam amplius,niſi poſt vſum 30.linearum Epactarum Tabulæ expanſæ:cuius rei cauſam expoſuimus in Calendarij explicatione cap.12.Nu.14.

Itẽ quando Epacta 19. vltimo die Decembris ſcripta in vſu ſit.

Quopacto inueſtigẽtur Epactæ poſt annũ 1700.

V.T autem ſcias, quot vnitates vltra 10. auferendæ ſint quolibet anno poſt Calendarij reſtitutionem propoſito,vt Epacta quæſita relinquatur:hoc eſt,per quotnam dies poſt correctionem factus ſit deſcenſus in Lunationibus vltra illos 10. anni correctionis; & (quod raro fit) quando iterum factus ſit aſcenſus, ediſcendi ſunt duodecim hi verſiculi.

*Cuiuis chara bono bonitas, bonitatis amantem*
*Vrit amor, vitij turpia tela terens.*
*Subiectuſque ſibi regitur ratione, regitque,*
*Quam præfert quoties, prælia nulla nocent:*
*Nec mentis lædit lethali lumina krimen*
*Kuſpide: iuſtitiæ iuraque iuſtus habet:*
*Gaudet habens, gaudens fruitur, felixque fruendo*
*Excipit excelſo dogmata digna Deo.*
*Certa bono cuiuis bonitas accommoda paucis:*
*At plures nectit noxia noxa malos.*
*Mens hebet his, horrenſque gemit, fruſtraque gemendo*
*Flet, donec Diuum dulcia caſtra colat.*

PRIMA vox,[Cuiuis,] horum carminum tribuitur anno 1700.ſecunda,[chara,] anno 1800.tertia,[bono,] anno 1900.& ita deinceps cæteræ inſequentibus annis centeſimis; ita vt vltimum vocabulum,[colat] quod eſt ſeptuageſimum,reſpondeat anno 8600. Illa etenim carmina vſum tantum habent vſque ad annum 8700. excluſiue.

VIDE ergo,cui voci propoſitus quiuis centeſimus annus reſpondeat.Deinde articulis interioribus manus ſiniſtræ (Pollice omiſſo) in tranſuerſum omnes voces vſque ad illam incluſiue,quæ dato centeſimo reſpondet, accommoda hoc ordine, vt voces ab eadem litera incipientes eidem articulo tribuas,& quando proxime antecedens litera initialis (liceat nobis neceſſitatis cauſa ita appellare) reperitur, vocem illam proxime antecedenti articulo iterum adſcribas. Quot enim articulos hac ratione percurreris, tot vnitates vltra 10. auferendæ erunt, vt Epacta propoſiti anni relinquatur: hoc eſt, per tot dies, vltra illos 10. anni correctionis, factus erit deſcenſus in Lunationibus.

VERBI

Digitized by Google

VERBI gratia. Vis scire, quot vnitates vltra 10. auferre debeas anno 2100. & alijs annis insequentibus vsque ad annum 2200. exclusiue? Quoniam ab anno 1700. inclusiue vsque ad annum 2100. inclusiue sunt quinque centesimi, numerandæ erunt quinque primæ voces [Cuiuis chara bono bonitas, bonitatis] in articulis sinistræ manus hoc ordine. Hæ duæ [Cuiuis chara] quia ab eadem litera incipiunt, collocandæ sunt in primo articulo: & aliæ tres [bono bonitas, bonitatis] in articulo secundo, quod eandem literam initialem habeant. Quoniam igitur duos tantum articulos percurrimus, auferendæ erunt vltra 10. vnitates, aliæ duæ, nimirum 12. in vniuersum.

ITEM anno 2300. ad quem inclusiue ab anno 1700. inclusiue sunt septem centesimi, numerandæ erunt primæ septem voces [Cuiuis chara bono bonitas, bonitatis amantem Vrit] in articulis manus hac ratione, vt primæ duæ [Cuiuis chara] dentur primo articulo, sequentes tres [bono bonitas, bonitatis] secundo; insequens sola, [amantem,] tertio; & vltima quoque sola, [Vrit] quarto: ita vt quatuor articuli percurrantur. Quatuor ergo vnitates vltra 10. auferendæ erunt ab anno 2300. inclusiue vsque ad annum 2400. exclusiue. Et quoniam subsequens vox octaua, [amor,] incipit ab eadem litera A, quæ dedit initium voci sextæ, [amantem] quæ vocem [Vrit] antecedit, collocanda est octaua vox [amor] iterum in tertio articulo, in quo prior vox [amantem] collocabatur, ita vt anno 2400. vltra 10. auferenda sint tantum 3. atque ita de reliquis.

IAM vero si numerus vnitatum detrahendarum, quas carmina exhibent, vna cum 10. diebus anno correctionis exemptis, fuerit 30. nihil auferendum erit ex Epactis ante correctionem inuentis, sed eædem prorsus tunc Epactæ aureis numeris respondebunt, quæ ante anni restitutionem cum eisdem aureis numeris erant in vsu. Si vero idem numerus fuerit maior, quam 30. abijciantur 30. quoties fieri potest, & reliquus numerus ex Epactis ante correctionem inuentis detrahatur. Reliquæ enim fient Epactæ, quæ tempore proposito vsurpandæ erunt. Quid agẽdum, quãdo numerus ex Epactis auferẽdus est 30. vel maior.

QVONIAM verò post vocem [Flet] in postremo versiculo fit transitus ad literam d, propter vocem [donec] omissa littera e, in medio, cum tamen in alijs semper fiat transitus ad literam proximam: addenda erit diebus auferẽdis insuper vnitas in dictionibus post dictionem [Flet] ab anno 8200. & deinceps; quandoquidem ab f, ad d, Luna descẽdit per duos dies, non autem per vnum. V.g. dictio [colat] respondet anno 8600. & percurruntur 30. articuli, additis 10. fiunt 40. & detractis 30. supersunt 10. ergo auferenda essent 10. ab Epactis ante correctionem inuentis: Sed quia dictio [colat] sequitur dictionem [Flet] addenda erit vnitas, ita vt tunc auferenda sint 11.

AD finẽ huius cap. tradã aliã regulã satis expeditã ad Epactã cuiusuis anni inquirendã.

INVENTA Epacta cuiusque anni, doceamus, qua arte per eam Nouilunia memoriter inquirenda sint, hoc est, quomodo cognoscatur, quibus diebus mensium Epacta dati cuiusuis anni præfigatur. Ijs enim diebus fiunt Nouilunia, ex vsu Ecclesiæ, quamquam secundum calculum Astronomicum plerumque contingant vno die citius, ita vt non male feceris, si Nouilunium quodcũque per Epactam inuentum tribuas antecedenti diei, si coniunctionem Luminarium habere velis, non ex vsu Ecclesiæ, sed quãdo ea in cælo fit. Nam cum Ecclesia maiorem rationem habeat Lunæ quartædecimæ, & plenilunij, quam Nouilunij, propter solemnia Paschæ, postposita sunt de industria Nouilunia per Epactas vno fere sem per die in Calendario, vt in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 5. & cap. 18. Num. 4. declaratum est. Eodem modo ante correctionem Ecclesia illis diebus celebrabat Nouilunia, quibus aurei numeri præfixi erant. Nouilunia vbi notata sint in Calendario.

SED ante omnia discendum erit, quænam Epactæ in principijs mensium, siue Calendis sint positæ. Quod facile scies hoc pacto. Ianuarius habet in ipsis Calendis Epactam ✳, seu xxx. Februarius xxix. Martius rursus ✳, seu xxx. Aprilis iterum xxix. Maius xxviij. Iunius xxvij. & sic deinceps alij menses ordine semper vno minus: Augustus tamen solus habet in principio duas hasce Epactas xxv. xxiiij. ac proinde Calendis Septẽbris Epacta xxiij. apposita est, & Calendis Octobris xxij. &c. Quare si duodecim articulis digitorum sinistræ manus (Pollice omisso) tribuas 12. menses ordine, progrediendo a radice Indicis per radices digiti Medij, Annularis, & Auricularis, statuendoq; quintum articulum eũ, qui in Indice secundus est, & sextum eũ, qui secundus est in Medio, &c. adeo vt articulus tertius Auricularis digiti, sit duodecimus, & in primo articulo, qui Ianuario respondet, mente reponas Epactam ✳, vel xxx. in secũdo autẽ xxix. & in tertio rursus ✳. vel xxx. in quarto iterũ xxix. & in quinto xxviij. atque ita deinceps, semper vno minus, dũ modo in octauo, qui Augusto Quæ Epactæ Calendis mensium ascribantur.



Digitized by Google

reſpõdet, ponas duas has xxv. & xxiiij. ſimul: ſine magno labore cognoſces Epactã Calẽdis cuiuſuis mẽſis appoſitam. Quam tamẽ fortaſſis facilius cognoſces, ſi ſolũ memoria retineas, Epactã xx. collocari in duodecimo articulo, id eſt, in principio Decẽbris. Nam ſi ab hac Epacta progrediaris per ſeriem naturalem numerorum, tribuendo vndecimo articulo, hoc eſt, menſi Nouembris xxj. Decimo vero xxij. Nono xxiij. & ita deinceps (modo des Auguſto in octauo articulo duas has Epactas, xxiiij. xxv. atque in Februario, & Ianuario Epactas Aprilis, ac Martij, hoc eſt, xxix. & ✳ repetas) habebis omnes Epactas menſium initijs, hoc eſt, Calendis adſcriptas. Vbi hoc notandum eſt, in omnibus menſibus (Februario excepto) eaſdem Epactas in fine poni, quæ in principio poſitæ ſunt; in Auguſto tamen, qui duas has Epactas xxiiij. xxv. in ipſis Calendis habet, ſola Epacta xxiiij. repetitur in fine.

Menſes omnes, præter Februarium, eandẽ Epactam habent in principio ac fine

DEINDE ſciendum quoque eſt, in ſex menſibus, quorum vnus eſt Auguſtus, vt diximus, duas has Epactas xxiiij. xxv. ſimul eidem diei adſcribi: quales ſunt menſes locorũ parium vſque ad Auguſtum incluſiuè, hoc eſt, ſecundus, quartus, ſextus, & octauus, eiuſmodi ſunt Februarius, Aprilis, Iunius, Auguſtus: & poſt Auguſtum duo menſes locorum imparium, vt nonus atque vndecimus, hoc eſt, September, & Nouember. In quibus quidem menſibus ſcribitur quoque Epacta 25. diuerſo colore, vel charactere notata, prope Epactam xxvj. quæ duas illas xxiiij. xxv. antecedit. In ſolo Auguſto Epacta 25. diuerſæ figuræ non ſcribitur prope Epactam xxvj. ſed vltimo die Iulij, vbi poſita eſt Epacta xxvj. duas Epactas xxv. xxiiij. Calendis Auguſti adſcriptas antecedens. In ſeptem verò menſibus, videlicet, Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Auguſto, Octobri, ac Decembri, eadem Epacta 25. diuerſi coloris, aut Characteris prope Epactam xxv. ſcribenda eſt: ita vt Epacta 25. diuerſæ figuræ menſe Iulio bis ſcribatur, ſemel die ſecundo prope Epactam xxv. deinde iterum prope Epactam xxvj. poſtremo diei adſcriptam.

Qui menſes habeant duas Epactas 24. 25. ſimul eidem diei aſcriptas.

HI porro ſex menſes, qui duas Epactas xxv. xxiiij. eidem diei adſcriptas habent, ſunt ij omnes, qui continent tantum dies 30. aut 28. vno Auguſto excepto, qui dies 31. habet. Itaque ſi Indicem, & Annularem digitum manus ſiniſtræ deprimas, cæteros autem tres digitos, Pollicem, Medium, & Auricularem erigas, & per quinque hos digitos omnes menſes enumeres, initio facto a Martio, & Pollice, cadent quinque menſes dierum 30. vel 28. in duos illos digitos depreſſos, Indicem, & Annularem, in quibus ijſdem duæ illæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adſcribuntur, & 25. alterius coloris, aut characteris propè Epactam xxvj. quibus ſi addas Auguſtum, habebis omnes ſex menſes, quos diximus. Qui ijdem ſex menſes hoc etiam verſiculo comprehenduntur.

Quo pacto facile per digitos manus ſiniſtræ ſciatur, qui mẽſes habeãt dies 30. & qui 31. vel 28. ac proinde qui eidem diei aſcriptas habeãt Epactas 24. 25.

*Bella decent fortes: humiles ieiunia laudent.*

NAM initiales literæ ſex vocum huius verſiculi indicant eos menſes duas Epactas xxiiij. xxv. eodem die ſcriptas continere, qui ea loca in menſibus occupant, quæ ab initialibus illis literis in alphabeto occupantur, quales ſunt menſes 2. 4. 6. 8. 9. 11. Ita enim vides literas initiales B, D, F, H, I, L, eadem loca occupare in alphabeto, nimirum B, ſecundum; D, quartum; F, ſextum; H, octauum; I, nonum; & L, vndecimum.

Nouilunia quo modo per Epactas memoriter reperiãtur, prout in Calendario nouo annotantur.

HIS præmiſſis, ita Nouilunia indagabis. Numera in tranſuerſum per triginta articulos ſiniſtræ manus (ſumendo duos in pollice, & alios in quatuor reliquis digitis, quorum 12. ſunt interiores, 4. in extremitatibus, & 12. exteriores) ab Epacta currente incluſiue, (cuius videlicet Nouilunium inquiris) vſque ad Epactam item incluſiue Calendis propoſiti menſis appoſitam, tribuendo tamen menſi Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, ac Nouembri, eidem articulo duas haſce Epactas xxiiij. xxv. & inſequenti articulo duas has, 25. diuerſo colore, aut charactere notatam, & xxvj. Numerus enim articulorum, quos percurreris, dabit diem Nouilunij, hoc eſt, diem, cui adſcripta eſt in Calendario Epacta currens. Perfacilis autem erit hæc numeratio, etiamſi Epacta currens maior ſit, quam ea, quæ in principio menſis ponitur. Nam quando peruentum erit ad ✳. adijcienda erit Epacta primi diei menſis ad articulos, quos percurreris vſque ad ✳. vt habeatur dies Nouilunij. In menſibus tamen, in quibus duæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adſcriptæ, exiſtunt inter ✳. & Epactam primi diei, adijcienda erit Epacta primi diei, dempta prius vnitate.

BREVIVS eundem diem Nouilunij reperies, ſi Epactam currentem ab Epacta primi diei menſis auferas: vel ſi illa maior eſt, quàm hæc, à xxx. & reliquo numero Epactam primi diei adijcias. Numerus enim reliquus, vel coaceruatus, addita prius vnitate, dabit diẽ Nouilunij. In mẽſibus tamen, in quibus Epacta xxv. Epactæ xxiiij. aſcripta exiſtit inter Epactam currentẽ, & Epactã primi diei, nihil addendũ eſt numero illi reliquo, vel conflato.

EVNDEM diem etiam habebis, ſi ab Epacta incluſiue, quæ in principio menſis poſita

Digitized by Google

sita est, numeres in articulis retrogrado ordine vsque ad Epactam currentem inclusiuè, tribuendo duas Epactas xxv. xxiiij. Item duas has, 25. diuersi characteris, aut coloris, & xxvj. eidem diei, vbi in Calendario eundem diem occupant. Sed priores rationes magis expeditæ sunt.

POTES etiam, si placet, præsertim quando Epacta currens maior est ea, quæ Calendis propositi mensis apponitur, vel minor multo, numerare per articulos ab Epacta vltimi diei mensis (quæ eadem est, vt diximus, quæ primi diei, Februario excepto) vsque ad Epactam currentem, tribuendo duas Epactas xxiiij. xxv. Item 25. xxvj. eidem articulo, quando eidem diei adscriptæ sunt. Numerus enim articulorum, quos percurreris, dempta prius vnitate, ex numero dierum mensis propositi detractus, relinquet diem Nouilunij, hoc est, diem cui Epacta currens adscripta est.

PORRO quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt, fit mense Decembri primum insequentis anni Nouilunium die vltimo, vt supra dictum est: quod alioquin in primum diem Ianuarij caderet.

SED exemplis rem totam illustremus. Currente Epacta x. si mense Nouembri, qui in principio habet Epactam xxj. Nouilunium desideres, numera ab Epacta x. inclusiue, per xj. xij. &c. progrediendo, vsque ad xxj. inclusiue, percurresque 12. articulos. Die ergo 12. notatum est Nouilunium per Epactam x. mense Nouembri. Vel aufer 10. a xxj. remanentque 11. additaque vnitate, fiunt 12. pro die Nouilunij, vt ante. Vel ab Epacta xxj. inclusiue Calendis adscripta retrogredere per xx. xix. &c. vsque ad x. in articulis, percurresque 12. articulos, vt prius. Vel denique numera in articulis ab Epacta xxj. inclusiue postremo diei apposita, naturali ordine vsque ad x. procedendo per xxij. xxiij. &c. tribuendoque Epactas xxiiij. xxv. vni eidemque diei. Percurres enim 19. articulos, quos si, dempta prius vnitate, detrahas ex 30. diebus mensis Nouembris, reliquus fiet dies 12. Nouembris, quo Nouilunium continget, vt antea.

ITEM mense Iunio, qui ad Calendas habet Epactam xxvij. numera ab Epacta x. vsque ad xxvij. tribuendo vni, eidemque articulo Epactas xxiiij. xxv. percurresque 17. articulos. Die ergo 17. in Iunio notatum est Nouilunium. Vel detrahe Epactam x. ex xxvij. relinquenturque dies 17. pro die Nouilunij, vt ante: quia hic nihil additur, propterea quod Epacta xxv. Epactę xiiij. ascripta interponitur in Iunio inter propositam Epactam x. & Epactam xxvij. Calendis appositam. Vel ab Epacta xxvij. primo diei præfixa, numera ordine retrogrado in articulis, per xxvj. xxv. xxiiij. &c. vsque ad Epactam x. tribuendo vni, eidemque articulo Epactas xxv. xxiiij. Percurres enim 17. articulos, vt prius. Vel denique ab Epacta xxvij. ad extremum Iunij diem posita numera in articulis ordine naturali vsque ad x. progrediendo per xxviij. xxix. *. 1. ij. &c. Percurres enim 14. articulos, quos, dempta prius vnitate, si auferas ex 30. diebus mensis Iunij, reliquus erit dies 17. Iunij, quo Nouilunium fiet, vt ante.

RVRSVS currente Epacta xxix. in Iunio percurruntur (tribuendo Epactas xxiiij. xxv. vni, eidemq; articulo) 28. articuli ab Epacta xxix. per *. 1. ij. &c. vsque ad xxvij. quæ Epacta Calendis adscripta est. Vel si auferatur Epacta xxix. à xxx. & reliquæ vnitati addatur Epacta xxvij. primi diei, conficiuntur 28. pro die Nouilunij. Hic enim non additur vnitas, propter Epactam xxv. Epactæ xxiiij. ascriptam, quæ posita est inter Epactam xxix. currentem, & Epactam xxvij. primi diei. Sic etiam si numeratio fiat ab Epacta xxvij. primi diei ordine retrogrado, per xxvj. xxv. xxiiij. &c. vsque ad Epactam xxix. propositam (tribuendo Epactas xxv. xxiiij. vni, & eidem articulo) percurremus 28. articulos, vt antea. Denique si numeres ab Epacta xxvij. vltimi diei, per xxviij. xxix. &c. vsque ad xxix. Epactam currentem, percurrentur 3. articuli, qui, dempta prius vnitate, ablati ex diebus 30. mensis Iunij, relinquunt 28. pro die Nouilunij.

Aetas Lunæ quo pacto deprehendatur.

COGNITO die Nouilunij, facile ætatem Lunæ quolibet die deprehendemus, si a die proximi elapsi Nouilunij inclusiue numeremus insequentes dies vsque ad diem propositum inclusiue elapsos. Vt currente Epacta x. si desideretur ætas Lunæ die 3. Iulij, quoniam Nouilunium antecedens factum est die 17. Iunij, numerabimus a die 17. Iunij inclusiuè vsque ad diem 3. Iulij inclusiue, percurremusque 17. articulos. Erit igitur die 3. Iulij, qui propositus est, Luna xvij. & sic de cæteris.

VERVM hac, quam exposuimus ratione inuestigantur dies Nouiluniorum, atque ætatis Lunæ ex vsu Ecclesiæ, quæ hac in re de veris motibus non admodum laborat, hoc est, prout Epactæ per Calendarij dies digestæ eam exhibent, quamquam vt plurimum

res

Digitized by Google

res aliter se habeat in cælo. Cuius rei causam in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 5. & cap. 18. Num. 4. attulimus.

IMMO si aetatem Lunæ vltimo die mensis præcedentis inquires, inuenies quolibet die ætatem Lunæ, si ad diem propositum adijcias ætatem vltimi diei præcedentis mensis. Quod si numerus conflatus superet integram Lunationem, demenda ea est, siue sit 29. dierum, siue 30. Vt quoniam currente Epacta 1. ætas Lunæ postremo die Nouembris est 10. si ad diem 22. Decembris adijcias 10. & ex conflato numero 32. auferas 29. (Nam ea Lunatio dies 29. complectitur) reliqua fiet die 22. Decembris Luna iij. Similiter si diei 11. Decembris addas 10. inuenies die 11. Lunam xxj. & sic de cæteris.

Quæ Lunationes in Calendario sint 30. dierum, & quæ 29.

VT autem cognoscas, quænam Lunationes Epactarum contineant 30. dies, & quænam 29. diligenter memoriæ infigenda sunt sex illa loca, vbi duæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adscriptæ sunt. Lunationes enim incipientes a 30. Epactis, quæ Epactam xxiiij. eidem diei cum Epacta xxv. adscriptam proxime antecedunt, vt à xxiiij. xxiij. xxij. & a cæteris præcedentis mensis vsque ad illam xxiiij. quæ eidem diei cum xxv. ascribitur, continent 29. dies, in quocunque mense id contingat. Excipiuntur Lunationes Epactæ 25. diuersi coloris eidem diei cũ Epacta xxvj. ascriptæ. Hæ etenim dies 30. continent, quem admodum & aliæ omnes Lunationes dies 30. complectuntur, exceptis Lunationibus eiusdem Epactæ 25. diuersi coloris characterisuè, quando ea e regione Epactæ xxv. reperitur. Hæ enim Lunationes dies tantum 29. continent.

DENIQVE quotiescunque inter Epactam propositam, cuius quantitas Lunationis inquiritur, & eius similem in mense sequente interponitur Epacta xxv. eidem diei cum xxiiij. ascripta, continebit propositę Epactæ Lunatio dies 29. quod tunc similis illa Epacta sequentis mensis per vnum diem sursum promota sit extra proprium locum: Si vero non interijciatur Epacta xxv. eidem diei xxiiij. ascripta, complectetur Epactæ propositæ Lunatio dies 30. Epacta vero xxv. eundem diem cum xxiiij. occupans habebit Lunationem semper dierum 29. quod insequentis mensis Epacta xxv. per vnum diem ascenderit in Calendario. Idem dicendum de Epacta xxv. diuersi characteris e regione Epactæ xxv. posita. Nam sequens quoque Epacta 25. diuersi characteris per vnum diem est promota sursum e regione Epactæ xxvj. Verum Lunatio huius Epactæ 25. ita promotæ, vt Epactæ xxv. non eundem diem cum xxiiij. occupantis, semper continet dies 30.

Quid agendũ, vt Epactæ vltra annum 8699. reperiantur.

QVONIAM vero supra proposuimus duodecim carmina ad inueniendas Epactas vsque ad annum 8699. inclusiue, si quis vltra prædictum annum velit progredi, inspiciendа erit tabula æquationis Epactarum cap. 12. in explicatione Calendarij posita, & ex eius literis carmina alia condenda, quorum videlicet dictiones ab ijs literis incipiant, quemadmodum superiorum duodecim carminum voces a literis tabulæ æquationis capitis 11. initium capiunt. Hanc enim ob causam duas hasce voces [krimen kuspide] per k, scripsimus, quamquam id contra rectam orthographiam factum sit.

Quo pacto ex qualibet Epacta insequentis anni Epacta formetur.

CAETERVM inuenta Epacta cuiuslibet anni, formabitur facili negotio sequentis anni Epacta, si ad illam adijciantur 11. & ex summa, si maior, quam 30. fuerit, abijciantur 30. vel si fuerit 30. pro Epacta sumatur signum ✳. Solum ad Epactam illius anni, in quo aureus numerus est 19. addenda sunt 12. non autem 11. vt sequentis anni, in quo aureus numerus est 1. Epacta componatur. Huius rei causa a nobis reddita est in explicatione Calendarij Cap. 12. Num. 12. & 13. Obseruandum tamen est, quando Epacta ita composita fuerit xxv. aureusque numerus illius anni, in quo Epacta illa est in vsu, extiterit maior, quam 11. assumatur Epacta 25. quæ diuerso ab alijs colore, aut charactere est insignita. id quod ad initium huius capitis quoque diximus.

Epactæ veræ ante anni correctionem, quo pacto reperiantur.

IAM vero si quis velit veras Epactas memoriter inuenire a 1. anno Domini vsque ad annum 1582. correctionis, obseruanda erunt hęc quę sequuntur. Primum quoniã ante correctionem annus Solaris non æquabatur, vt æquinoctium in sua sede retineretur, æquanda fuit Luna quouis anno trecentesimo, nimirum post annum 1. Christi, anno 300. licet in tabula æquationis scripserimus annum 320. tanquam viciniorem Concilio Nicæno. Deinde anno 500. tempore scilicet Iustiniani Imperatoris, aut circiter, non æquatur Luna, vt in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 7. docui. Post hæc annis 800. 1100. 1400. fit æquatio, vt in tabula æquationis apparet. literę autem dictis annis ascriptæ in tabula æquationis hoc carmine memoriter teneri possunt.

*Nerua Potens Princeps animose bella ciebat.*

Primæ enim literæ harum dictionum (quarum priores tres maiusculæ, & tres posteriores

riores minuſculæ) ſunt illæ, quæ in tabula æquationis prædictis annis ſunt affixæ, ita vt prima dictio correſpondeat anno 1. Chriſti, ſecunda anno 320. tertia anno 500. quarta anno 800. quinta anno 1100. & ſexta anno 1400.

ITAQVE quotum locum quęlibet litera in alphabeto occupat (initio facto ab a, minuſcula, & omiſſa litera o, minuſcula cum maiuſculis I, K, L, O, :) ita tamen vt literæ minuſculę vltra u, non progrediantur.) tot vnitates habet Epacta in tabula expanſa cum aureo numero 3. concurrens. Si igitur ab ea demantur 3. (additis prius 30. ſi detractio fieri nequit) relinquetur numerus, qui in radice Pollicis aureo numero addendus eſt, vt formetur Epacta: in medio Pollice collocandus erit numerus decē vnitatibus minor: & in ſummitate numerus iterum decem vnitatibus minor, quam in medio, additis prius ſemper 30. quando decem vnitates nequeunt ſubtrahi. Exempli gratia. Litera N, maiuſcula occupat locum 29. Igitur quando litera N, maiuſcula eſt in vſu, concurret Epacta 29. cum aureo numero 3. ac proinde addi debent 26. ad aureum numerum 3. vt Epacta 29. formetur: In medio Pollice addenda erunt 16. & in ſumitate 6. Rurſus quoniam b, minuſcula eſt ſecunda litera in alphabeto, concurret Epacta 2. cum aureo numero 3. Si igitur ab Epacta 32. tollantur 3. remanent 29. qui numerus in radice pollicis aureo numero addendus eſt, vt Epacta illi aureo numero reſpondens confletur: In medio Pollicis addendus erit numerus 19. & in ſummitate 9. quemadmodū hoc ſeculo ante correctionem in ſummitate addebantur 10. in medio 20. atque in radice 30. vel 0. Hac arte, cognito quæ litera tabulæ expanſæ eſt in vſu, facile formabuntur numeri, qui in articulis Pollicis addi debent aureis numeris, vt Epactæ fiant. Vt quoniam ab anno 1582. vſque ad annum 1700. D, maiuſcula eſt in vſu, quæ locum 23. obtinet, concurret Epacta 23. cum aureo numero 3. Igitur in radice Pollicis, vbi locatur aureus numerus 3. addenda ſunt 20. ad aureum numerum 3. vt fiat Epacta 23. ideoque in medio Pollice addenda ſunt 10. & in ſummitate 0.

Quo pacto formentur numeri in articulis pollicis, qui aureis numeris addendi ſunt vt conficiatur Epactæ

FACILIVS fortaſſe, inuento numero, qui in radice Pollicis aureo numero addendus eſt, vt Epacta conficiatur, inuenies alios numeros in ſummitate Pollicis, & medio articulo addendos, per additionem, hoc modo. Adde 10. ad numerum, qui in radice Pollicis addendus eſt. Ita namque habebis numerum in extremo Pollice addendum. Et ſi ad hunc iterum adijcias 10. conflabitur numerus in medio Pollice addendus. Abijcienda tamen ſemper erunt 30. ex ſumma, ſi ea maior fuerit, quam 30.

POSTREMO vt litera Martyrologij memoriter quolibet anno reperiatur, inuenienda prius eſt Epacta illius anni. Quot enim vnitates ea Epacta continet, tot literæ numerandæ erunt ab a, minuſcula, progrediendo per b, c, d, &c. ita tamen vt omittatur o, minuſcula, cum I, K, L, O, maiuſculis, & literæ minuſculæ vltra u, non progrediantur, vt paulo ante dictum eſt. Nam vltima litera erit ea, quę in Martyrologio eo anno ætatem Lunæ indicabit. Itaque quando Epacta eſt 1. litera Martyrologij erit a, minuſcula: quando Epacta eſt 20. litera Martyrologij erit A, maiuſcula: quando Epacta eſt 19. litera Martyrologij erit u, minuſcula: quando vero Epacta eſt 30. litera Martyrologij erit P, maiuſcula, & ſic de cæteris.

Inuentio literæ Martyrologij.

QVINQVE porro illæ literæ, o, minuſcula, & I, K, L, O, maiuſculæ, quæ omittuntur, hoc verſiculo memoriæ inhærebunt.

*Ornabit Iuſtos Κύριος Laudabilis Omnes.*

Nam primæ literæ harum dictionum ſunt illæ, quæ omitti debent, ſumendo primam literam o, pro minuſcula, & alias initiales pro maiuſculis.

AD pleniorem Epactarum cognitionem, explicanda videntur hæc, quæ ſequuntur. Primum quemadmodum regulam tradidimus ad cognoſcendum, cui diei menſis propoſiti Epacta currens ſit præfixa, vt dies Nouilunij inueniatur: ita viciſſim tradenda erit regula, ad cognoſcendum, quæ Epacta cuiuis diei menſis propoſiti prefixa ſit, quæ talis eſt. Dies datus detrahatur ex Epacta Calendis menſis aſcripta, additis prius 30. ſi detractio fieri nequeat: Relicto numero addatur 1. ſi inter diem datum, & primam Epactam menſis non exiſtit Epacta xxv. aſſociata Epactæ xxiiij. Conflatus enim numerus erit Epacta diei propoſito aſcripta. Vt ſi proponatur dies xxiij. Auguſti detractis 23. ex 25. ſuperſunt ij. pro Epacta diei 23. Auguſti præfixa. Hic enim non additur 1. quia prima Epacta menſis eſt xxv. Epactæ xxiiij. aſſociata. Rurſus proponatur dies 23. Decembris. Quoniam igitur 23. ex xx. prima Epacta Decembris auferri nequit, auferemus 23. ex 30. & reſiduo 7. primam Epactam xx. addemus, vna cum 1. propterea quod inter diem 23. & primam illam Epactam non continetur Epacta xxv. Epactæ xxiiij. aſcripta, efficiemuſque Epactam xxviij. diei 23. Decembris appoſitam. & ſic de cæteris. Itaque prius perſpectum eſſe debet, quibuſnam

Quæ Epacta propoſito diei menſis cuiuſuis ſit præfixa.

Digitized by Google

buſnam diebus duæ Epactæ xxv. xxiiij ſimul præfixæ ſint: qui quidem ſunt 5. Feb. & Aprilem 3. Iunij: 1. Auguſti: 29. Sept. & 27. Nouemb.

Aetas Lunæ quo modo aliter inter inueniatur.

COGNITA Epacta, quæ dato diei prefigitur, cognoſcemus eius ope ætatem Lunæ eadem illa die, ſi eam ex Epacta currente detrahemus, adiectis prius 30. ſi ſubtractio fieri nequit, & reliquo numero addemus inſuper 1. ſi Epacta xxv. eundem diem occupans cum xxiiij. non exiſtit inter Epactam propoſiti diei, & Epactam currentem, quæ propoſitum diem antecedit, non autem, quæ ſequitur. Vt currente Epacta vij. ſi deſideretur ætas Lunæ die 27. Auguſti, cui præfixa eſt Epacta xxviij. Quoniam 28. ex 7. auferri non poſſunt, auferemus ea ex 30. & reſiduo 2. adijciemus Epactam vij & inſuper 1. quod inter 28. & 7. non reperiatur Epacta xxv. vna cum xxiiij. conflabiturque ætas Lunæ dierum 10. & ſic de cæteris.

Alia inuentio Epactæ.

DEINDE commodiſſimam aliam regulam trademus ad inueniendam Epactam, ſi prius cognouerimus, quę litera tabulæ expanſæ propoſito centeſimo reſpondeat. Hanc dabunt 70. dictiones ſuperiorum 12. carminum. ſingulæ namque dictiones ſingulis centeſimis reſpondent, initio facto à 1700. ita vt dictio [regitque] tribuenda ſit anno 3300. & ſic de reliquis. Priores aut literæ initiales illarum vſque ad a, maiuſculæ ſunt; ſequentes deinde ab u, vſque ad a, minuſculæ; aliæ denique iterum maiuſculæ ſunt. Litera porro quęlibet exhibet Epactam reſpondentem aureo numero 3. tot vnitatum, quotum ipſa locum occupat in alphabeto. Vt litera u, ſignificat Epactam xix. Litera D, xxiij. &c. Si igitur ad Epactam literę, quæ in ſeculo propoſito currit, addamus continue 3. inuentę erunt Epactæ aureis numeris debitę, quos ternarius metitur. Quod ſi à qualibet Epacta ita inuenta, detrahentur 11. adiectis prius 30. ſi fieri nequit detractio, reliqua erit Epacta præcedenti aureo numero congruens. Si vero addantur 11. conficietur Epacta ſequenti aureo numero reſpondens. Adijcienda autem ſemper ſunt 30. quando ſumma maior eſt.

EXEMPLVM. Anno 3300. reſpondet litera r, minuſcula propter dictionem [regitque] locum 16. occupans in alphabeto. Igitur Epacta xvj. curret tunc cum aureo numeri 3. & xix. cum 6. & xxij. cum 9. &c. Quare cum aureo numero 8. curret Epacta xj. &

Regula generalis.

cum aureo numero 10. Epacta xxxiij. hoc eſt, iij. Item cum aureo numero 7. curret Epacta xxx. vel ✳. &c. Itaque quando aureus numerus datus numeratur à ternario, conflabitur eius Epacta per continuam additionem 3. ad Epactam cum aureo numero 3. currentem, vt diximus. Quando vero aureus numerus à ternario non numeratur, inuenienda eſt primum Epacta aurei numeri proxime maioris, vel proxime minoris, quem ternarius metitur, & ab ea auferenda 11. vel addenda, vt propoſiti aurei numeri Epacta eruatur. Vt ſi Epacta eodem ſeculo quæratur aurei numeri 19. inueniemus Epactam aurei numeri 18. quæ eſt j. Additis ergo 11. fit Epacta xij. aurei numeri 19. Sic ſi cupiat quis Epactam aurei numeri 17. inuenta rurſus Epacta j. aurei numeri 18. detrahenda erunt 11. additis prius 30. Reliqua enim Epacta xx. aureo numero 17. reſpondebit. At vt Epacta aurei numeri 1. habeatur, auferenda ſunt bis 11. ex Epacta aurei numeri 3. quo pacto reperies Epactam xxiiij. Et pro Epacta aurei numeri 2. demenda ſunt 11. ex Epacta aurei numeri 3. vt reliqua fiat Epacta v. aureo numero 2. congruens.

## *De Cyclo Solari, ſiue literarum Dominicalium 28. annorum. Cap. III.*

Cyclus Solaris quid.

CYCLVS Solaris, ſiue literarum Dominicalium, eſt reuolutio 28. annorum, propterea quod literæ Dominicales poſt 28. annos eodem ordine redeunt. Procreatur hic Cyclus 28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. cum ſeptem ſint litere Dominicales, propter 7. dies hebdomadae, & quarto quoque anno vnus dies intercaletur, ac proinde ordo ille 7. literarum tunc interrumpatur. Cyclum igitur Solarem cuiuſuis anni hac ratione inueſtigabimus.

Collocatio annorũ centeſimorum in articulis digitorũ, ad cyclum Solarẽ inueniendum.

IN Pollicis ſiniſtri tribus articulis, & quatuor radicibus 4. digitorum interioribus collocandi ſunt anni centeſimi ab ortu Chriſti Domini, hoc modo. In extremo Pollice ponitur annus 0. in medio articulo interiore, annus 100. in radice 200. In radice Indicis 300. in radice digiti Medij, 400. In radice digiti Annularis 500. In radice digiti Auricularis, 600. Deinde redeundum eſt ad extremitatem Pollicis, ibique ſtatuendus annus 700. In medio autem articulo annus 800. & ita deinceps, reuertendo ſemper poſt radicem digiti Auricularis ad extremitatem Pollicis.

NE

Digitized by Google

NE autem cogamur toties prædictos 7. articulos percurrere, reperiemus ſedem cuiuſuis centeſimi anni, quamuis magni, hoc modo. Ex numero centenariorum reijce omnia 7. vt in probatione ſeptenaria apud Arithmeticos fieri ſolet, & ad reſiduum adijce 1. Numerus enim conflatus dabit articulum propoſiti centeſimi. Vt ſi detur annus 45600. abiectis 7. ex centenariorum numero 456. remanet 1. Addita 1. fiunt 2. ergo annus 45600. in 2. articulo, hoc eſt, in medio Pollice collocabitur. Sic etiam ſi detur annus 1300. Abiectis 7. ex centenariorum numero 13. remanent 6. Addita 1. fiunt 7. ergo annus 1300. collocabitur in articulo 7. hoc eſt, in radice digiti Auricularis. & ſic de cæteris.

DEINDE quoniam proximo anno ante Chriſtum natum fuit numerus Cycli Solaris 9. collocandus eſt hic numerus 9. in Pollicis extremitate, vbi poſitus fuit annus Domini 0. hoc eſt, annus Chriſti ortũ proxime antecedens. Et quoniam Cyclus Solaris 28. annorum ter in 100. annis continetur, & ſuperſunt 16. ſi numero 9. in extremitate Pollicis collocato addantur 16. fient 25. pro numero Cycli Solaris in medio articulo Pollicis collocando, qui quidem debetur anno 100. poſt Chriſtum, & omnibus alijs centeſimis, qui in eum articulum ex ſuperiori diſpoſitione incidunt. Si rurſus ad 25. adijcientur 16. fient 41. Abiectis autem 28. (tantus enim eſt numerus annorum Cycli Solaris) remanent 13. pro cyclo ponendo in radice Pollicis. Eadem ratione ſi ad 13. addantur 16. fient 29. & abiectis 28. relinquetur 1. pro cyclo ponendo in radice Indicis. Et ſi iterum ad 1. adijciantur 16. fient 17. pro cyclo in radice digiti Medij collocando. Ad quem ſi apponantur rurſus 16. fient 33. & reiectis 28. remanebunt 5. pro cyclo in radice digiti Annularis ponendo. Tandem ſi ad 5. iungantur 16. fient 21. pro cyclo in radice digiti Auricularis collocando. Neque altera collocatione opus eſt, quod ijdem numeri iam collocati iterum redeant eodem ordine. Nam ſi ad 21. quem numerum in radice digiti Auricularis ſtatuimus, addantur 16. fient 37. & abiectis 28. relinquentur 9. pro cyclo in extremitate Pollicis iamduduꝫ poſito, &c. Atque hi ſeptem numeri in ſeptem illis articulis poſiti reſpondent omnibus centeſimis, qui ex diſpoſitione ſuperiore in illos ſeptem articulos incidunt.

Collocatio cycli Solaris in digitorum articulis.

QVOD ſi nimis laborioſum videatur, diſponere in ſeptem illis articulis cyclum Solarem, per additionem numeri 16. & abiectionem numeri 28. collocabimus eundem facilius per additionem quaternarij, in alternis articulis, hoc ordine. Ad 9. qui numerus in ſummo Pollice ponitur, addantur 4. fientque 13. pro cyclo, qui in radice eiuſdem digiti (medio articulo omiſſo) locandus eſt: qui quidem debetur anno 200. in eadem radice poſito. Nam in 200. annis continetur cyclus Solaris 28. annorum ſepties, & ſuperſunt 4. Et ſi ad 13. addantur 4. fient 17. pro cyclo in radice digiti Medij (omiſſo Indice) ponendo, vbi collocatus eſt annus 400. Si iterum ad 17. addantur 4. fient 21. pro cyclo in radice digiti Auricularis (prætermiſſo Annulari) ponendo, vbi locatus eſt annus 600. Et ſi denuo adijciantur 4. ad 21. fient 25. in medio articulo Pollicis (præterito Annulari) vbi poſitus eſt annus 800. reponẽda. Ad 25. ſi rurſus apponantur 4. fient 29. & abiectis 28. remanebit 1. pro cyclo radicis Indicis (relicto imo Pollicis articulo) vbi annus 1000. poſitus eſt. Et tandem ſi ad 1. addantur 4. fient 5. pro cyclo radicis digiti Annularis (Medio prætermiſſo) vbi annum 1200. collocauimus. Vides igitur per additionem 4. eoſdem numeros in eiſdem articulis, alterno tamen ordine, (relicto nimirum ſemper vno articulo in medio) collocari.

IAM ex his facile numerus cycli Solaris quouis anno elicietur. Nam ſi datus ſit annus aliquis centeſimus, inuenienda eſt eius ſedes inter 7. illos, quos diximus, articulos, vna cum numero cycli Solaris ibi collocato. Is enim erit numerus cycli Solaris illius centeſimi anni. At ſi datus ſit annus quicumque poſt aliquem centeſimum, inueſtigandus eſt cyclus Solaris centeſimi proxime elapſi, vt iam docuimus. Deinde quia ſingulis annis cyclus Solaris ſingulis vnitatibus augetur, addendæ ſunt tot vnitates cyclo Solari illius centeſimi inuento, quotus annus datus eſt poſt illum centeſimum. Conflabitur enim hoc modo cyclus Solaris propoſiti anni. Verum ſi numerus conflatus maior fuerit, quam 28. reijcienda erunt 28. toties, quoties reijci poſſunt. Reliquus enim numerus erit cyclus Solaris quæſitus. Quod ſi remanſerint 28. aut 0. erit cyclus Solaris 28.

Inuentio cycli Solaris.

FACILE autem ex quolibet numero, quamuis magno, reijcientur 28. ſi abijciantur 30. & pro ſingulis abiectionibus binæ vnitates ropoſcantur, quæ nimirum vna cum 28. abiectæ ſunt.

RECTE quoque feceris, ſi prius eo modo, quo diximus, reijcias 28. ex numero annorum poſt centeſimum proxime antecedentem, ſi reijci poſſunt, & reliquum numerum ex cyclo Solari illius centeſimi adijcias, vt cyclum Solarem propoſiti anni conficias.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLI causa. Anno 1598. quærendus sit Cyclus Solaris. quoniam sedes anni 1500. est in medio articulo Pollicis, vbi collocatur numerus Cycli Solaris, 25. erit eius centesimi Cyclus Solaris, 25. Et quia ex annis 98. qui vltra 1500. dantur, reijci possunt 30. ter, addemus ter duas, hoc est, sex vnitates, propter tres illas abiectiones, ad 8. annos reliquos, conflatumque numerum 14. ad inuentum numerum Cycli Solaris 25. anno 1500. debitum adijciemus, atque ex collecto numero 39. iterum 30. reiciemus, & pro hac abiectione duas vnitates reliquo numero 9. apponemus, vt constituamus 11. pro cyclo Solari anni 1598. Eademque in cæteris ratio seruanda est.

Inuentio cycli Solaris per præcepta Arithmetices.

PER Arithmetices quoque præcepta inuenietur cyclus Solaris cuiusuis anni, hoc modo. Annis Domini addantur 9. collectusque numerus per 28. diuidatur. Reliquus enim ex diuisione numerus (nulla habita ratione Quotientis, quippe qui reuolutiones cycli Solaris elapsas duntaxat monstret) erit cyclus Solaris anni propositi. Et si nihil ex diuisione supersit, cyclus erit 28. Vt si quæratur cyclus Solaris anni 1589. Addantur 9. ad 1589. & collectus numerus 1598. diuidatur per 28. Diuisione enim absoluta, reliquus erit numerus 2. pro cyclo Solari anni 1589. Rursus, si desideretur cyclus Solaris anni 10967. additis 9. ad 10967. fit numerus 10976. quo diuiso per 28. supereſt 0. cyclus ergo Solaris illius anni erit 28. & sic de alijs.

## *De litera Dominicali. Cap. IIII.*

ESTI ad literam Dominicalem cuiusuis anni inueniendam cyclo Solari non indigemus, cum eam sine cyclo Solari multo facilius reperire possimus, vt paulo post docebimus: tamen vt ratio ab Ecclesia ad hoc vsque tempus obseruata in Dominicali litera inuenienda aliquo modo retineatur, (eam enim rationem reddidimus etiam aliquanto commodiorem, vt patebit, si quis nostram rationem cum ea, quam Computistæ ante anni restitutionem tradiderunt, contulerit) trademus primum viam, qua litera Dominicalis cuiusuis anni ex cyclo Solari inuento reperiatur. Ita ergo rem exequemur. In radicibus interioribus digitorum sinistrę manus (omisso Pollice) collocandæ sunt hæ quinque literæ, C, D, E, F, G, (ex quibus litera Dominicalis cuiusuis anni per cyclum Solarem reperietur) hoc modo. In radice digiti Auricularis ponitur C, In radice Annularis D, in radice digiti Medij, E, & in radice Indicis duæ, F, G, propter annos bissextiles, qui omnes cadunt in articulos Indicis, vt patebit. Hæ autem quinque literæ hoc versiculo comprehenduntur.

Collocatio quinque literarū in sinistra manu, ad literam Dominicalē ex cyclo Solari inuestigandam.

*Cordati Dauid Extinxit Funda Gigantem.*

Si enim primam vocem, [*Cordati*,] tribuas digito Auriculari, & secundam, [*Dauid*,] Annulari, & tertiam, [*Extinxit*,] Medio, postremas denique duas, [*Funda Gigantem*,] Indici, dabunt primæ earum vocum literæ illas, quas in radicibus digitorum collocandas esse diximus.

Collocatio cycli Solaris in 28 articulis ad literam Dominicalem inuenien dam.

INVENTVRVS deinde literam Dominicalem quouis anno proposito, quære cyclum Solarem illius anni, eumque numera in 28. articulis eorum quatuor, quos diximus, digitorum sinistræ manus, hoc ordine. Primus annus cycli tribuatur interiori radici Indicis, secundus radici digiti Medij, tertius radici Annularis, quartus radici Auricularis, quintus secundo articulo interiori Indicis; & sic deinceps in transuersum, ita tamen, vt quatuor extremitatibus, quatuor etiam annos cycli tribuas: qua ratione annus 28. cadet in radicem exteriorem digiti Auricularis. Annus porro quilibet, cuius cyclus Solaris in Indicem incidit, bissextilis est, alij vero anni, quorum cycli Solares in alios tres digitos cadūt, omnes communes sunt. Notandus autem erit diligenter articulus, in quem numerus cycli inuentus incidit. Ibi enim litera Dominicalis tum ante Calendarij correctionem, tum post, inuenietur. Ante quidem correctionem, hoc modo.

Inuentio literæ Dominicali ex cyclo ante anni correctionem.

IN digito, in quem cyclus Solaris incidit, numera secundum seriem naturalem literarū Dominicalium (quæ sunt hæ septem, A, B, C, D, E, F, G,) initio facto ab ea litera, quæ ex prima regula huius Cap. in eiusdem digiti radicem interiorem cadit, percurrendo articulos, seu nodos, vna cum internodijs, tribueque singulis tam internodijs, quam nodis, singulas, redeundo post G, ad A, donec ad articulum propositi cycli Solaris peruenias. Litera namque in eum articulum incidens, erit Dominicalis eo anno. In Indice tamen præterecunda sunt internodia, & singulis articulis binæ tribuendæ literæ; quod ibi anni bissextiles

Digitized by Google

les collocentur, quibus binæ literæ respondent: quarum posterior Dominicum diem indicabit a principio anni vsque ad festum S. Matthiæ, prior autem ab eodem festo ad finem vsque anni. Atque hoc quidem modo litera Dominicalis cuiusuis anni ante anni restitutionem reperitur.

Inuentio literæ Dominicalis ex Cyclo post anni correctionem.

POST correctionem vero Calendarij ita litera Dominicalis inuenietur. Primum inquirenda est litera Dominicalis, perinde ac si nondum correctum esset Calendarium eo, quem proxime tradidimus, modo. Deinde numerandæ sunt a litera inuenta exclusiue tot adhuc literæ secundum ordinem alphabeti, quot vnitates supersunt, si septenarius numerus dierum vnius hebdomadæ toties abijciatur, quoties abijci potest, ex numero dierum, qui vsque ad principium dati anni ablati fuerint; qui quidem dierum numerus ex insequenti cap. 5. sine magno labore cognoscetur: ita tamē, vt tum in annis quibusuis bissextilibus, tum in centesimis non bissextilibus, hoc est, in quibus intercalaris dies omittitur, numeratio literarum semper fiat a posteriori litera inuenta. Vltima enim litera huius numerationis erit Dominicalis post correctionem Calendarij, si annus est communis: si autem bissextilis est, postrema illa litera, & proxime antecedens, erunt Dominicales. In centesimis porro annis non bissextilibus sola vltima litera illius numerationis est Dominicalis, ita vt cum ea non sit assumenda proxime antecedens litera, quemadmodum in bissextilibus annis faciendum esse diximus.

EXEMPLIS rem illustremus. Sit inuenienda litera Dominicalis anni 1522. Cyclus Solaris eo anno fuit 19. qui cadit in quintum articulum digiti Annularis, qui exterior est, & vngui proximus: ac propterea annus ille communis est, cum eius cyclus in Indicem non incidat. Si ergo a litera D, quæ in radice Annularis digiti posita est, per seriem naturalem literarum progrediaris, ponendo E, in proximo internodio, & F, in secundo articulo, &c. cadet litera E, in quintum illum articulum, atque idcirco litera E, Dominicalis fuit anno 1522.

ITEM quærenda sit litera Dominicalis anni 1520. Cyclus Solaris eius anni fuit 17. qui cadit in quintum articulum Indicis, in exteriorem videlicet sub vngue: ac proinde annus bissextilis fuit, quod eius cyclus in Indicem cadat. Si igitur a literis F, G, quæ in radice indicis collocatæ sunt, numeres per ordinem alphabeti literas Dominicales, ponendo binas A, B, in secundo articulo, & binas C, D, in tertio, &c. cadent binæ G, A, in quintum illum articulum: quæ propterea Dominicales fuerunt anno 1520.

RVRSVS inquirenda sit litera Dominicalis anni 1594. Cyclus Solaris eius anni est 7. qui in secundum articulum interiorem digiti Annularis incidit, atque idcirco annus ille communis est. Si igitur a litera D, quæ in radice eiusdem digiti collocatur, numeres literas Dominicales per seriem alphabeti, ponendo E, in proximo internodio, cadet F, in secundum articulum, vbi positus est Cyclus Solaris 7. quæ litera Dominicalis esset, nisi Calendarij correctio decem dies abstulisset. Quare si post F, percurras adhuc tres literas G, A, B, quod post abiectionem 7. ex 10. diebus ablatis supersint 3. erit B, litera Dominicalis anno 1594.

ANNO quoque 1604. litera Dominicalis reperietur hoc modo. Cyclus Solaris est 17. qui incidit in quintum articulum Indicis, nimirum in exteriorem vngui proximum, in quem cadunt binæ literæ G, A, quæ Dominicales essent, nisi 10. dies essent exempti. Si numeres ergo a posteriori litera A, adhuc tres literas B, C, D, & cum vltima D, assumas quoque antecedentem literam C, quod annus datus sit bissextilis, (cum eius Cyclus incidat in Indicem, erunt literæ Dominicales C, D.

ITEM datus sit annus 1813. Cyclus Solaris est 2. qui in radicem digiti medij cadit, vbi litera E, collocatur. Sed quia ablati tunc erunt dies 12. numerandæ sunt post E, hæ 5. literæ F, G, A, B, C, quòd abiectis 7. ex 12. remaneant 5. Ergo litera tunc Dominicalis erit C.

POSTREMO ita inquires Dominicalem literam anno 1800. non bissextili. Cyclus Solaris est 17. quem in quintum articulum Indicis cadere diximus, vbi ponuntur binæ literæ G, A. Et quoniam vsque ad principium anni 1800. ablati erunt dies 11. (Nam in Festo S. Matthiæ erit primum ablatus dies 12. quod tunc dies intercalaris omittatur) numerabimus post A, quatuor adhuc literas, B, C, D, E, quod post abiectionē 7. ex 11. remaneant 4. Erit ergo sola litera E, tunc Dominicalis, cum annus 1800. sit communis, hoc est, sine intercalari die transigatur, ac propterea proxime antecedens litera D, assumenda non sit, quemadmodum in annis bissextilibus faciendum esse præcepimus.

VERVM longe facilius reperiemus literam Dominicalem tum ante, tum post correc-



Digitized by Google

ctionem Calendarij, nulla habita ratione Cycli Solaris, qui proposito cuiuis anno respondet, idque in septem solis articulis sinistræ manus, quorum primus sit in Pollice summo, secundus in medio, tertius in imo, quartus in radice Indicis, quintus in radice digiti Medij, sextus in digiti Annularis radice, & septimus in radice digiti Auricularis. Primum igitur ante correctionem Calendarij, centesimi anni ita distribuendi sunt in septem illos articulos, de quibus iam dictum est. In extremo Pollice ponitur annus 0. In articulo medio eiusdem annus 100. In eiusdem radice annus 200. In radice Indicis 300. In radice Medij annus 400. In radice Annularis annus 500. In radice Auricularis annus 600. Deinde rursus in Pollicis extremo annus 700. atque ita deinceps, vt Capite 3. de Cyclo Solari dictum est, donec ad annum 1500. perueneris, qui in medium articulum Pollicis incidit. Alij enim centesimi anni insequentes sunt iam post anni correctionem, ac proinde aliam dispositionem postulant, vt paulo post dicemus.

Collocatio annorum centesimorum in 7. articulis ad inueniendam literã Dominicalẽ sine Cyclo ante correctionem.

POSTEA numerandi sunt in eisdem 7. articulis omnes anni post quemlibet centesimum, quos expansos vocant, hoc ordine. In Pollicis extremo ponitur annus 1. In medio articulo annus 2. In radice annus 3. In radice tam Indicis, quam digiti Medij annus 4. 4. quòd quartus annus sit bissextilis, ac proinde duas poscat literas. In radice digiti Annularis annus 5. In radice Auricularis annus 6. Deinde redeundo ad Pollicem, in eius extremo collocatur annus 7. In medio eiusdem, & radice annus 8. 8. quod octauus quoque annus sit bissextilis. In radice Indicis annus 9. In radice Medij annus 10. In radice Annularis annus 11. In radice Auricularis, & extremo Pollice annus 12. 12. quòd annus duodecimus sit quoque bissextilis; atque ita deinceps omnes 100. anni expansi in illis 7. articulis ordine collocabuntur; dummodo memineris, in binis articulis binos numeros annorum bissextilium reponere; quales sunt anni 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 36. 40. & reliqui omnes, quos quaternarius metitur, qui quidem binis articulis tribuendi sunt, hoc modo, 4. 4: 8. 8: 12. 12: 16. 16: 20. 20. &c.

SED quoniam longum foret, ac difficile, numerare hac arte omnes annos expansos vsque ad propositum annum post quemlibet centesimum, præsertim si ab insequenti centesimo datus annus non longe absit, vtemur eodem illo artificio, quo supra vsi sumus Capite 3. quod eiusmodi fuit. Reiectis 30. ex numero anni post centesimum dati, quoties fieri potest, & pro singulis abiectionibus binis vnitatibus resumptis, addemus has vnitates reliquis annis, (qui nimirum post abiectionem 30. supersunt,) numerumque collectum, qui nunquam maior est, quam 28. (si namque maior aliquando fuerit, reijcienda sunt 28.) in 7. illis articulis sinistræ manus supputabimus, initio facto à Pollicis extremo, & numeris bissextilium annorum, puta 4. 8. 12. &c. binis articulis semper attributis, vt supra diximus. Vt si datus sit, verbi gratia, post aliquem centesimum annus 60. quoniam abijci possunt 30. bis, reposcemus 4. vnitates, hoc est, bis duas, easque (quia nullus alius annus post 60. supereſt) numerabimus in articulis, tribuendo 4. 4. radicibus Indicis, & digiti Medij. Atque hæ duæ radices anno 60. post quemlibet centesimum perpetuo tribuentur. Item si datus sit annus 85. post centesimum aliquem: reiectis 30. bis, & 4. vnitatibus, id est, bis duabus, receptis, propter duas illas abiectiones 30. adijciemus eas ad reliquos annos 25. qui post abiectiones 30. ex 85. supersunt, & a numero conflato 29. abijciemus 28. hoc est, numerum Cycli Dominicalium literarum, reliquamque vnitatem in extremo Pollice statuemus, vbi perpetuo sedes est anni 85. & omnium aliorum, in quibus post abiectionem 28. vnitas est reliqua.

RVRSVS quia molestum quoque est percurrere singulos annos vsque ad 28. in 7. illis articulis, facileque labi quis potest in ea numeratione, non tribuendo per incuriam binis articulis binos numeros eosdem annorum bissextilium, vti licebit hoc compendio. Quaternos annos (nimirum 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28.) binis articulis tribuemus continuato ordine, initio tamen facto à digito Medio, atque Indice, per radicem, & medium articulum Pollicis, deinde per extremum Pollicem, ac radicem Auricularis, itemque per radices Annularis, ac Medij, atque ita deinceps versus Pollicem progrediendo, ordine scilicet contrario ei numerationi, quam annis expansis præscripsimus; cum annorum expansorum numeratio a Pollicis summo incipiens, per eius medium, atque imum, &c. versus Auricularem progrediatur; quaterni autem anni contrario ordine per binos articulos distribuantur, principio sumpto a radicibus digiti Medij, & Indicis, ac versus Pollicem progrediendo.

NVMERATIO vero hæc quaternorum annorum facilè sic fiet. Posita extremi-

tate

Digitized by Google

tate digiti Medij dextræ manus in radice digiti Medij manus sinistræ, & extremitate Indicis manus dextræ in radice Indicis sinistræ manus, statuemus ibi 4. 4. Deinde posita extremitate Medij dextræ manus in radice Pollicis sinistri, & extremitate Indicis manus dextræ in medio Pollicis sinistri, ibi locabimus 8. 8. Rursus posita Indicis dextri summitate in Pollice summo sinistro, & Medij dextri extremitate in radice Auricularis sinistri, ponemus in his duobus articulis 12. 12. Post hæc posita extremitate Medij dextri in radice Annularis sinistri, & Indicis dextri summitate in radice Medij sinistri, constituemus in duabus hisce radicibus 16. 16. Item posita extremitate Medij dextri in radice Indicis sinistri, & extremitate dextri Indicis in radice Pollicis sinistri, collocabimus in his duabus radicibus 20. 20. Præterea, posita Medij dextri summitate in medio Pollicis sinistri, & Indicis dextri extremitate in summo Pollice sinistro, ponemus ibi 24. 24. Denique posita extremitate Medij manus dextræ in radice Auricularis sinistræ manus, & extremitate dextri Indicis in radice Annularis sinistræ manus, statuemus in duabus hisce radicibus 28. 28. Atque in hunc modum collocati erunt omnes numeri annorum bissextilium in proprijs sedibus, in ijs nimirum articulis, in quos per superiorem numerationem incidebant. Quod si datus sit annus quispiam ex expansis non bissextilis, inquiremus eius sedem in eisdem 7. articulis hoc modo. Inuenta sede proxime antecedentis anni bissextilis, eo quo diximus, artificio, tribuemus primum annum post illum bissextum, ei articulo, qui sedem eius bissexti inuentam proxime in ordine insequitur, quem in numeratione annorum expansorum seruandum esse diximus, ordine scilicet contrario ei, quem in collocatione quaternorum annorum nuper tenuimus: Item secundum annum post eundem bissextum alteri articulo proxime insequenti, & tertium alteri adscribemus. Velut si datus sit annus 19. inueniemus primo loco sedem anni 16. (qui bissextilis est, proxime antecedens annum 19.) in radicibus Annularis, ac Medij. Annum deinde 17. proximum post bissextilem 16. dabimus radici Auricularis, & annum 18. secundum post bissextilem eundem 16. extremitati Pollicis, & annum 19. tertium ab eodem bissexto 16. medio articulo Pollicis. Atque in medio Pollice dices sedem esse anni 19. Item si datus sit annus 14. reperiemus primum sedem anni 12. (qui est bissextilis proxime antecedens) in extremo Pollice, & radice Auricularis. Annum deinde 13. qui primus est post bissextilem 12. tribuemus medio Pollicis, & annum 14. secundum ab eodem bissexto 12. radici eiusdem Pollicis, ibique sedem esse dicemus anni 14. atque ita de cæteris.

SED percommode quoque sic agemus in sedibus annorum 28. expansorum inuenien dis. Quoties quaternarius in dato numero annorum expansorum (reiecto prius, si fieri potest, Cyclo 28. annorum) continetur, tot vnitates eidem annorum numero addantur. Si enim in 7. illis articulis numerum collectum numeremus a summo Pollice per eius medium, radicem, &c. nullo numero binis articulis tributo, finietur numeratio in articulo, qui dati anni sedes est: ita tamen, vt in anno bissextili articulus inuentus sit ex duobus ei debitis posterior, ac propterea eidem tribuendus quoque sit proxime antecedens articulus versus Pollicis summitatem, & ab hac (si forte articulus sit Pollicis summitas) versus radicem Auricularis progrediendo. Vt si datus sit, verbi gratia, annus 27. Quoniam in 27. continetur quaternarius sexies addemus 6. ad eundem numerum 27. annorum, & conflatum numerum 33. ita breuiter numerabimus. Demptis 7. quoties fieri potest, computabimus in articulis reliquas 5. vnitates, a summo Pollicis incipientes; cadetque quinta vnitas in radicem Medij. Ibi ergo sedes erit anni 27. Sic quoque si datus sit annus 76. post quempiam centesimum, reiectis 30. bis, addemus reliquo numero 16. bis duas vnitates, hoc est, 4. vt numerum 20. compleamus. Quoniam vero in 20. continentur 4. quinquies, addemus 5. ad 20. vt faciamus 25. atque hunc numerum compositum 25. numerabimus, vt prius, hoc est, reiectis 7. quoties fieri potest, reliquas 4. vnitates in articulis numerabimus, principio ab extremitate Pollicis sumpto, cadetque vltima vnitas in radicem Indicis. Quare annus 20. cum bissextilis sit, sedem habebit in radicibus Indicis, & Pollicis. Radici enim Indicis adiungendus etiam est articulus antecedens, nimirum radix Pollicis, propter bissextilem annum, vt dictum est.

Facillima inuentio literæ Dominicalis ante correctionem, sine Cyclo Solari.

HIS positis, ita literam Dominicalem ante anni restitutionem inuestigabimus. Inuenta in 7. illis articulis sede centesimi, qui annum propositum proxime antecedit, vt paulo ante docuimus, statuemus in ea literam B. Notato quoque articulo, qui sedes est propositi anni expansi post datum centesimum, progrediemur a litera B, quam in sede propositi centesimi statuimus, naturali ordine literarum per C, D, E, F, G, A, versus extremitatem



Digitized by Google

Pollicis, & hinc ad radicem Auricularis procedemus, deinde ad radicem Annularis, &c. donec ad articulum, qui anni post eum centesimum dati sedes est, veniamus. Litera enim in eum articulum incidens, Dominicalis erit eo anno, simplex quidem, si annus est communis; si vero bissextilis, duplex, duæ nimirum cadentes in duos articulos anno bissextili tributos: quarum posterior in alphabeto, id est, quæ posterius occurrit in numeratione per articulos facta, in priori anni parte vsque ad festum S. Matthiæ assumenda est, prior autem in parte anni posteriori.

In quos articulos cadant literæ Dominicales centesimorũ annorum bissextilium.

QVOD si anno quopiam centesimo litera Dominicalis inquirenda sit, numerandum erit a litera B, quam in illius centesimi sede collocauimus, eodem naturali ordine per C, D, E, F, G, A, versus Pollicis extremitatem, vsque ad radices Auricularis, & Annularis. Literæ enim in has radices incidentes, Dominicales erunt eo centesimo anno bissextili. Cum enim post radices Annularis, atque Auricularis in numeratione annorum expansorum transeatur statim ad summum Pollicis, vbi primus annus eum centesimum insequens locatur; ita vt litera in eum locum incidens per numerationem literarum a B, (quæ in sede eiusdem centesimi posita est) per C, D, E, &c. sit primo illo anno post eum centesimum Dominicalis: consequens est necessario, vt anno centesimo proxime præterito literæ Dominicales fuerint duæ illæ, quæ in radices Auricularis, & Annularis eadem numeratione incidunt, quæ quidem duę radices in numeratione literarum serie naturali proxime insequuntur Pollicis extremum; at in numeratione annorum expansorum, proxime antecedunt eandem Pollicis extremitatem. Id quod videmus quoque alijs annis accidere. Nam si, Verbi gratia, litera Dominicalis alicuius anni incidit in radicem digiti Medij, necesse est, Dominicalem literam proxime antecedentis anni cadere in radicem Indicis, quæ quidem radix in numeratione literarum serie naturali proxime insequitur radicem Medij, in numeratione vero annorum expansorum eandem radicem Medij proxime antecedit. Quæ omnia ex ijs, quæ diximus, perspicua sunt.

EXEMPLI causa. Inuenienda sit litera Dominicalis anno 400. post Christum natum. Quoniam hic annus sedem habet in radice digiti Medij, collocabimus ibi literam B, a qua si numeremus ordine naturali alias literas, posita litera C, in radice Indicis, & litera D, in radice Pollicis, &c. cadent in radices Auricularis, & Annularis, vbi diximus literas Dominicales annorum centesimorum inueniendas esse, literæ G, A, quarum posterior A, Dominicalis fuit priore anni parte, & prior G. posteriore.

ITEM quęrenda sit litera Dominicalis anni 1580. Sedes anni 1500. est in medio Pollice. Ibi ergo collocabimus literam B, & quoniam annus 80. hoc est, (reiectis Cyclis 28. annorum) annus 24. bissextilis est, caditque in medium, & extremitatem Pollicis, numerabimus a litera B, in medio Pollice locata, vsque ad extremitatem Pollicis, quæ vna cum medio Pollicis sedes est propositi anni; cadetque in hanc extremitatem litera C. Igitur cum in medio Pollicis constituta sit litera B, fuerunt literæ B, C, Dominicales anno bissextili 1580. quarum posterior C, in principio anni vsum habuit, prior autem B, post festum S. Matthiæ.

POSTREMO inuestiganda sit litera Dominicalis anno 1347. Sedes anni 1300. est in radice Auricularis. Ibi ergo figenda erit litera B, a qua si numeremus vsque ad medium Pollicis, vbi statuitur annus 47. hoc est, (reiecto cyclo 28. annorum) annus 19. reperiemus ibidem literam Dominicalem G, quæ Dominicum diem anno 1347. indicauit.

EODEM prorsus modo literã Dominicalẽ post correctionẽ Calendarij reperiemus: si modo centesimos annos post emendatum annũ cum litera B, quæ eos annos semper comitatur, aliter disponamus in Pollice, & radicibus digitorũ manus sinistræ. Nam sedes annorũ expansorum eædem prorsus permanẽt. Collocatio autem annorũ centesimorum post restitutum Calendariũ hæc est. In summo Pollice statuuntur omnes anni centesimi, qui a bissextis centesimis primi sunt: In eiusdẽ imo (prætermisso articulo medio) collocantur omnes anni centesimi a bissextis secundi: In radice digiti Medij, (omissa etiam radice Indicis) ponuntur omnes anni centesimi tertij post bissextos: Denique in radice proxima digiti Annularis sedem habent omnes anni centesimi bissextiles. Vbi vides, sedem centesimorum annorum in summo Pollice, qui a bissextis primi sunt, insequi sedem centesimorum bissextilium, quæ est in radice Annularis, non proxime, sed radice Auricularis vacua relicta; quemadmodum alij centesimi non bissextiles alios item centesimos non bissextiles non proxime sequuntur, sed semper vno articulo præterito. Sola sedes centesimorum bissextilium sedem centesimorum, qui a bissextis tertij sunt, proxime insequitur, nullo articulo

Collocatio annorum centesimorum in 7. articulis, ad inueniendam literã Dominicalẽ sine Cyclo post correctionem.

inani

Digitized by Google

lo inani relicto. Itaque cognito, num centesimus propositus sit bissextilis, an primus, secundus, aut tertius post bissextum, non opus erit sæpius percurrere omnes articulos, vt in centesimis ante correctionem Calendarij faciendum erat, sed eius sedes inter quatuor enumeratos articulos statim in promptu erit. Quo pacto autē cētesimos annos bissextiles à nō bissextilibus facile secernere possimus, capite insequēti trademus: Interim quia annus 1600. bissextilis est, erit eius sedes in radice Annularis; ac proinde annus 1500. (quod ad annos expansos post anni correctionem attinet) eum proxime antecedens, erit instar centesimi cuiuspiam à bissexto tertij, cum proxime insequens annus centesimus, nimirum 1600. sit bissextilis. Igitur annus 1500. (quod spectat ad annos expansos post anni restitutionem) sedem habet in radice digiti Medij. At annus 1700. primus post bissextum in Pollicis summo locabitur: Et annus 1800. secundus à bissexto, in Pollicis radice: Annus vero 1900. tertius post bissextum in radice digiti Medij: Annus deinde 2000. bissextilis sedem iterum habebit in Annulari: Et annus 2100. in extremo Pollice. Atque ita deinceps alios centesimos, qui insequuntur; in ijsdem articulis collocabis, relicto semper vno articulo vacuo, exceptis radicibus digiti Medij, & Annularis, inter quas nullus articulus inanis relinquitur.

Inuentio literæ Dominicalis sine Cyclo, post correctionē, longe etiam facilli ma.

ITAQVE si post correctionem anni, sedes centesimi anni propositi, vna cum litera B, inueniatur, atque articulus notetur, in quem annus post eum centesimum datus incidit: Ab ea autem litera B, versus Pollicis extremitatem, & hinc versus Auricularem, Annularemque insequentes literæ recto ordine percurrantur, donec ad articulum anni post centesimum propositi perueniatur, reperietur eo in articulo litera Dominicalis, non secus atque atque ante anni restitutionem. Quod si litera Dominicalis anni alicuius centesimi quæratur, numerandum erit à litera B, in loco illius centesimi collocata, per insequentes literas vsque ad radices Auricularis, atque Annularis. Ibi enim inuenietur litera Dominicalis, vt ante correctionem: duplex quidem in vtraque radice, si centesimus datus sit bissextilis; simplex vero in sola radice Auricularis, si communis fuerit.

EXEMPLI causa. Sit quærenda litera Dominicalis anni 1590. Quoniam annus 1500. post correctionem sedem habet in radice digiti Medij, quemadmodum & omnes alij centesimi, qui tertij sunt à centesimis bissextilibus (subsequens enim centesimus 1600. bissextilis est, ideoque sedem habet in radice Annularis, quam proxime antecedit, vt diximus, sedes centesimorum, qui tertij sunt a bissextis:) locabimus literam B, in eadem radice digiti Medij. Deinde quia 30. continentur in annis 90. post centesimum datis, ter, & nil supereſt; accipiemus ter duas vnitates, id est, 6. quas si numerabimus in septem, quas diximus, articulis manus sinistræ, initio ab extremitate Pollicis facto, ita tamen vt 4. 4. radicibus Indicis, aò digiti Medij tribuamus, cadet sexta vnitas in radicem Auricularis. Quod etiam ex compendio supra tradito constat. Si enim 4. 4. in radicibus Medij, & Indicis ponamus, & 5. in radice Auricularis. Quamobrem si à litera B, in radice digiti Medij posita, vbi sedes est anni 1500. numeremus literas Dominicales secundum seriem alphabeti, versus Pollicem progrediendo, reperiemus in radice Auricularis, hoc est, in sede anni expansi 90. literam G, quæ Dominicalis fuit anno 1590.

RVRSVS proponatur annus 1800. qui sedem habet vna cum litera B, in radice Pollicis, cum sit secundus centesimus a bissexto 1600. Sed quia annus 1800. non est bissextilis, inuenienda erit eius litera Dominicalis in radice Auricularis, vt dictum est. Si igitur numeremus a litera B, in radice Pollicis vna cum anno 1800. collocata, alias literas ordine naturali versus Pollicis extremum, vsque ad radicem Auricularis, reperiemus literam E, Dominicalem esse anno 1800.

ITEM datus sit annus 2000. qui sedem habet vna cum litera B. in radice Annularis, cum bissextilis sit, (vtpote quartus a bissexto 1600.) ac proinde eius literæ Dominicales in radicibus Annularis, & Auricularis inueniendæ. Si supputemus igitur a litera B, in radice Annularis (vbi est annus 2000.) posita, alias literas naturali serie versus Pollicem, inueniemus in radicibus Auricularis, & Annularis literas A, B, quæ Dominicales erunt anno 2000. Verum posita litera B, in Annulari, perspicuum est, literam A, ante eam statui in Auriculari. Quare cum annus 2000. sit bissextilis, constat sine alia numeratione, literas A, B, esse Dominicales in quolibet centesimo bissextili.

SIT deinde propositus annus 2143. Quoniam annus 2100. locatur in extremitate Pollicis, vna cum litera B, cum primus centesimus sit post bissextilem 2000. Annus vero 43. hoc est, (reiectis 28.) annus 15. cadit in radicem Indicis, si numerauerimus a li-



Digitized by Google

tera B,in extremo Pollice vna cum anno 2100.posita,alias literas ordine alphabeti, transitu statim facto a summo Pollice ad Auricularem, & hinc ad Annularem, vsque ad Indicem, offendemus ibi literam Dominicalem F, pro anno 2143.

DENIQVE detur annus 4752. Quoniam annus 4700. tertius à bissexto sedem habet cum litera B,in radice digiti medij,caditque annus expansus 52. hoc est, (abiectis 28.) annus 24.bissextilis,in medium Pollicis,eiusque extremitatem,reperiemus in hisce articulis,( si à litera B,posita in radice digiti Medij, vbi annus est 4700. numeratio literarum instituatur ) literas Dominicales E,F, pro anno dato 4752.

## *De Annis Bissextilibus, Communibusque tum centesimis, tum non centesimis, & numero dierum ob æquationem anni Solaris vsque ad datum quodcumque tempus exemptorum. Cap. V.*

Anni non centesimi bissextiles, & cõmunes qua ratione cognoscantur.

ANNOS non centesimos Bissextiles,& communes ita cognosces. Proposito quouis anno,reijce omnes millesimos,& cẽtesimos annos, item ex cæteris numerum 20.quoties potes. Ex reliquo denique numerum 4.quoties id fieri potest.Si enim nihil remanserit,annus propositus bissextilis est;si superfuerit 1.erit primus post bissextum;si reliqua fuerint 2.secundus post bissextum; si denique 3.tertius à bissexto.Eodem modo, si post abiectionem omnium 100. vel 20. nihil remanserit, annus bissextilis est.

VERBI causa.Proponatur annus 1589.Reiectis annis 1500. ( qui centesimi sunt ) & 20.ex reliquis 89.quoties fieri potest,& ex residuis annis 9.detractis omnibus 4.supereſt 1. Quare annus 1589. communis est,ac primus post Bissextum.

ITEM datus sit annus 5960.Abiectis 5900.( hoc est annis centesimis ) & 20. ex reliquis 60. nihil supereſt.Annus ergo 5960.Bissextilis est.

DENIQVE detur annus 6456.Reiectis centesimis annis,hoc est,6400.& 20. bis ex reliquis 56. & 4. quater ex reliquis 16. nihil remanet. Quare datus annus 6456. Bissextilis est.

Anni centesimi bissextiles,& nõ bissextiles quo pacto cognoscantur.

EADEM ratione centesimos Bissextiles,& non Bissextiles dignoscemus.Nam proposito quolibet anno centesimo, reijciantur omnes denæ millenarum vnitatum, ( vt more Arithmeticorũ loquar ) hoc est,10000.anni:20000.30000.40000.50000.60000.70000. 80000.90000.100000.200000.& denique omnes anni,quos numerus 10000.metiuntur;quales sunt omnes illi,qui vltra quartum locum sui numeri ( procedendo a dextra sinistrã versus ) reperiuntur; Nam ij.omnes Bissextiles sunt. Et cum numero reliquorum centesimorũ annorum, qui semper minor erit,quam 100.( cum 100.centesimi efficiant 10000.) agatur, ac si essent anni simplices,& expansi,non autem centesimi. Centesimus enim annus,quando post abiectionem omnium 20.vel 4. ex numero millenarum,& centenarum,( non habita ratione denarum millenarum ) nil remanet, bissextilis est. si supereſt 1. primus centesimus post bissextum;si 2.secundus;& si 3. tertius.Quod si datus annus habuerit primas quatuor figuras,procedendo a dextra sinistram versus,0000. is bissextilis quoque erit.

ITAQVE si proponatur numerus centenariorum,quamuis magnus, suis characteribus descriptus, considerandus tantum est numerus expressus duabus figuris,quæ in quarto loco, & tertio reperiuntur, id est, in loco millenarum, & centenarum; atque cum eo numero procedendum, vt de annis non centesimis dictum est. Vt si detur annus 37000. notandus est numerus 70. cum figura 7. locum millenarum occupet, & figura 0. locum centenarum. Si vero annus datus sit 30900. habenda est ratio solius figuræ centenarum 9. cum figura millenarum 0. nihil addat ei præposita. Sic ( vt vis huius præcepti etiam in maximis annorum numeris cernatur ( in anno 946700000. nihil considerandum est, cũ in loco millenarum, & centenarum figura 0. existat; sed annus propositus Bissextilis est. Denique in anno 6789200. ratio habenda est numeri 92. &c.

EXEMPLI gratia. Datus sit annus 1906. qui quoniam minor est, quam 10000. nihil reijciemus, sed notandus in eo solum est numerus figuris millenarum,& centenarum expressus, hoc est numerus 19. à quo si abijcientur omnia 20. supersunt 19. ex quibus si demantur

Digitized by Google

demantur omnia 4. remanent 3. Quare annus 1900. communis est, etsi centesimus est, ac tertius post Bissextilem centesimum.

DETVR quoque annus 30400. Reiectis 30000. hoc est, considerata solum figura centenarum 4. quod figura millenarum sit 0. si reijciantur omnia 4. ex 4. nil supereſt. Ergo annus 30400. bissextilis est.

ITEM datus sit annus 407600. Reiectis 400000. supersunt 76. centesimi, qui soli considerandi sunt. Ex quibus si abijciantur 20. supersunt 16. ex quibus si tollantur omnia 4. nihil relinquitur. Quamobrem annus 407600. propositus Bissextilis est.

POSTREMO offeratur annus 580600. Abiectis 580000. supersunt 6. centesimi. Abiectis autem 4. semel ex 6. supersunt 2. Quare centesimus annus datus 580600. communis est, & secundus post centesimum Bissextilem.

PERCOMMODE igitur incidit Calendarij correctio in annũ inter 1500. & 1600. contentum, qualis est annus correctionis 1582. cum hac ratione anni centesimi Bissextiles, ac communes regulam annorũ Bissextilium, ac comuniũ non centesimorum retineant.

IAM vero quot dies intercalares vltra illos 10. anno correctionis exemptos vsque ad quemcunque centesimum annum propositum inclusiue omissi sint, hoc modo cognosces. Ablatis annis 1600. ex numero centesimi anni propositi, partire reliquos annos centesimos per 4. Quotientem numerum (vt Arithmetici loquuntur) per 3. multiplica (propterea quod spatio quolibet 400. annorum tres dies intercalares omittuntur) & producto numero residuum diuisionis, si quod est, adijce, (quod vnitates residui numeri, quæ semper pauciores erunt, quam 4. sint centesimi anni communes (conficiesque numerum dierum ad illud vsque tempus exemptorum vltra 10. dies, qui anno correctionis exempti sunt.

Quot dies intercalares omissi sint vsque ad quemcunque annum centesimũ inclusiue qua arte cognoscatur.

VERBI gratia. Si quis optet scire, quot sint dies exempti a tempore correctionis vsque ad annum 6790. inclusiue, detrahat 1600. ex 6700. (Nam centesimorum tantum ratio habetur) vt remaneant 5100. hoc est, anni centesimi 51. qui si per 4. diuidantur, erit Quotiens 12. & residuum 3. Si igitur Quotiens 12. multiplicetur per 3. & procreato numero 36. adijciantur 3. anni centesimi ex diuisione residui, conficientur 39. dies vsque ad annum 6790. inclusiue detracti, quibus si adijciantur dies 10. anno correctionis exempti, fient dies omnino 49.

SIC post correctionis annum ad annum 8800. vsque inclusiue, ablati erunt dies 54. Nam demptis annis 1600. ex 8800. supersunt anni 7200. hoc est, anni centesimi 72. qui si diuidantur per 4. erit quotiens 18. nihilque ex diuisione supererit. Multiplicato igitur Quotiente 18. per 3. fiet numerus dierum exemptorum 54. Additis autem 10. diebus anni correctionis, efficientur dies 64. in vniuersum ablati.

COMMODIVS fortasse idem assequemur, si omnes annos centesimos, non subtractis 1600. per 4. partiamur, & ex Quotiente (seruato interim residuo diuisionis, si quod est) demamus 4. propterea quod 4. in 16. centesimis, id est, in annis 1600. quos auferre debueramus, continentur quater. Nam si reliquum numerum per 3. multiplicemus, numeroque producto residuum diuisionis adiungamus, colligemus numerum dierum vltra illos 10. dies anni correctionis exemptorum.

EXEMPLI causa. Sit propositus annus 8800. Diuisis 88. centesimis per 4. fiet Quotiens 22. Ablatis 4. supererunt 18. quibus multiplicatis per 3. gignentur 54. Tot ergo dies vltra illos 10. anni correctionis ablati tunc erunt, quos priori etiam via inueneramus.

RVRSVS sit propositus annus 634700. Diuisis centesimis annis 6347. per 4. fiet Quotiens 1586: & remanebunt 3. Ablatis 4. ex Quotiente, & reliquo numero 1582. multiplicato per 3. gignetur numerus 4746. additisque 3. quæ reliqua fuerunt, fiet numerus dierum exemptorum 4749. præter eos 10. qui anno correctionis ablati sunt.

ATQVE cognitio hæc numeri dierum exemptorum omnino necessaria est, si beneficio cycli Solaris Dominicalem literam inuestigare velimus, vt nimirum intelligamus, quot literæ post inuentam literam Dominicalem sint numerandæ, veluti principio cap. 4. docuimus. Perneceſsaria quoque est eorundem dierum cognitio, vt motus cælestes ex tabulis Astronomicis ad quemcunque annum post correctionem Calendarij datum possint supputari.



Digitized by Google

## De Festis Mobilibus. Cap. VI.

AD inuenienda festa mobilia tum ante, tum post Calendarij restitutionem, collocandæ sunt primum omnes 7. literæ Dominicales in quolibet 4. digitorum manus sinistræ (pollice omisso) & rursus in digito Auriculari dextræ manus, hoc modo. In radice interiori cuiusque illorum 5. digitorum ponitur D; In secundo articulo E; In tertio F; In quarto, hoc est, in extremitate G; in quinto, qui est exterior sub vngue, A; in sexto B; in septimo C; quæ quidem collocatio hoc versu continetur.

Collocatio 7. literarum Dominicalium in digitis ad festa mobilia inuenienda.

*Donec Erat Fortis, Gens Africa Bella Ciebat.*

Nam si, initio facto à radice interiori, omnes 7. articulos cuiusque illorum quinque digitorum percurras, singulisque articulis singulas voces illius versiculi tribuas, ostendet prima litera cuiusque vocis eam literam, quæ in respondente articulo collocatur.

DEINDE vt mobilia festa post anni correctionem reperiantur, (De eorundem enim inuentione ante annum restitutum paulo post agemus) disponendæ sunt 30. Epactæ in manu sinistra hoc ordine. In vola manus ponitur Epacta xxiij. In radice interiori Indicis xxij. In secundo eiusdem articulo xxj. atque ita deinceps ordine retrogrado in Epactis seruato, ita tamen, vt a radice exteriori cuiusque digiti confestim ad radicem interiorem insequentis digiti transilias, hoc est, a septimo articulo Indicis ad primum digiti Medij, & a septimo huius ad primum digiti Annularis, ac demum ab huius septimo ad primum Auricularis digiti. Hac seruata ratione, Epacta xv. incidet in radicem interiorem digiti Medij, & viij. in radicem Annularis, & 1. in radicem Auricularis. Porro in penultimo articulo Auricularis ponenda quoque est Epacta 25. diuerso colore, aut charactere notata, vna cum Epacta xxvj. In vltimo vero duæ Epactæ xxv. xxiiij. vt in Calendario fit.

Collocatio 30. Epactarum in sinistra manu, ad festa mobilia inuenienda.

SED facilius fortasse ordine naturali numerorum eaedem Epactæ collocabuntur in manu, si ab vltimo articulo Auricularis exteriore initium fiat; ibique colloces Epactas xxiiij. xxv. simul, & progrediaris versus penultimum articulum, & antepenultimum articulum, &c. vsque ad radicem Indicis interiorē, & volam manus: hoc est, in articulo penultimo Auricularis ponas xxvj. 25. in antepenultimo xxvij. In extremitate 28. & ita deinceps. Cadet enim tandem hac ratione Epacta xxiij. in volam manus, vbi antea initium fiebat.

VERVM multo facilius sedem cuiuslibet Epactæ comperiemus hoc modo. Epactæ propositæ adijciantur 6. & numerus coaceruatus, si minor est, quam 30. aut certe, si minor non est, numerus, quo ille coaceruatus superat 30. in imo pollice sinistro collocetur. Deinde si ab hoc numero inclusiue fiat numeratio secundum seriē naturalem numerorum per volam manus sinistrę, & per articulos tam interiores, quam exteriores Indicis, & aliorum digitorum vsque ad 30. Vel si Epacta est 25. diuersi coloris, characterisve, aut xxiiij. (quarum vtraque, per vnum diem in Aprili superius ascendit, propterea que Lunationem in Martio inchoatam habet dierum 29.) vsque ad 29. numeratio hæc in sepe Epactæ propositæ terminabitur.

VELVTI si Epactæ x. addamus 6. fiunt 16. Statuendo ergo 16. in radice pollicis, & 17. in vola manus, & 18. in radice Indicis, &c. cadet numerus 30. in penultimum articulum digiti Medij, qui est exterior. Ibi ergo sedes est Epactæ x.

ITEM si Epactæ 25. diuerso charactere, vel colore notatę adijciantur 6. fiunt 31. qui numerus superat 30. vna vnitate. Si ergo ponamus 1. in radice pollicis, & 2. in vola manus, & 3. in radice Indicis, &c. cadet numerus 29. (quando enim Epacta est 25. diuersi coloris, vel characteris, numerandum est vsque ad 29. duntaxat, quod eius Lunatio mense Martio incipiens contineat dies duntaxat 29.) in penultimum articulum, siue sextum Auricularis. Ibi ergo locus est Epactæ 25. quæ diuerso colore, vel charactere scribi solet.

RVRSVS si Epactæ xxiij. addantur 6. fiunt 29. si ponamus igitur 29. in radice Pollicis, cadet numerus 30. in volam manus. Statuetur ergo Epacta xxiij. in vola manus.

SI denique Epactæ xxiiij. addantur 6. fiunt 30. qui numerus superat 30. nihilo. Ergo si statuamus 0. in radice Pollicis, & 1. in vola manus, & 2. in primo articulo Indicis, terminabitur numerus 29. (Nam quando Epacta est xxiiij. numerandum etiam solum est vsque ad 29. quod eius quoque Lunatio in Martio incipiens sit dierum solum 29.) in vltimo articulo Auricularis. Ibi ergo sedes est Epactæ xxiiij.

TERTIO diligenter memoriæ mandandæ sunt radices festorum Mobilium, hoc est,

dies

Digitized by Google

dies mensium, ante quos nunquam festa Mobilia celebrari possunt, in ipsis tamen nonnunquam celebrantur. Præcipua autem festa Mobilia sunt Septuagesima, dies Cinerum, Pascha, Ascensio Domini, Pentecoste, festum Corporis Christi. Atque horum festorum distantiæ inter se nunquam mutantur, sed semper idem numerus dierum interijcitur. Aduentus autem Domini etiamsi mobile etiam festum sit, aliam tamen rationem sequitur, vt infra dicetur. Radix igitur Septuagesimæ est dies 18. Ianuarij. Diei Cinerum dies 4. Februarij. Paschæ dies 22. Martij. Ascensionis Domini, dies 30. Aprilis. Pentecostes, dies 10. Maij. Et Corporis Christi, dies 21. Maij. Huiusmodi enim festa in hisce diebus radicum celebrari possunt, ante eos non possunt. Hę autem radices facilius fortassis memoria retinebuntur hisce carminibus. Festa mobilia, eorumque radices quæ sint.

*Octodecim Ianus. Februus sed quatuor optat.*
*Viginti duo Mars: Triginta poscit Aprilis:*
*Bis quinque at Maius: Ter septem postulat idem.*

NAM hæ radices superioribus festis conueniunt ordine enarrato, vt prima radix primo festo Mobili, id est, Septuagesimæ; secunda secundo, hoc est, diei Cinerum &c.

ITAQVE inuenturus quodcunque ex illis festis Mobilibus quolibet anno, vide primum, in quem articulum Epacta illius anni, ex superiori dispositione, incidat: Deinde in quo articulo post Epactam iam suo loco affixam litera Dominicalis eiusdem anni posita, sit eo ordine, quem principio huius capitis præscripsimus: Ita tamen, vt si litera Dominicalis in eundem articulum cum Epacta incidit, accipiatur eadem litera in simili articulo subsequentis digiti. Quod etiam intelligendū est de duabus litteris anni Bissextilis. Si enim alterutra earum eundem, quem Epacta, articulum occupat, sumendæ sunt eædem duæ literæ in similibus articulis digiti insequentis. Tertio, & vltimo, à radice festi propositi numera dies mensium, initio a radice Indicis facto, (posito nimirum in articulo primo Indicis numero radicis diei festi propositi; in secundo, proxime maiore numero, & sic deinceps: dummodo memor sis, Ianuarium habere dies 31. Februarium 28. tam in anno communi, quam in bissextili, quod ad præsens negotium spectat; Martium 31. Aprilem 30. & Maium 31.) vsque ad articulum, in quo litera Dominicalis post sedem Epactæ currentis collocata est. Dies enim mensis, quo numeratio terminatur, erit is, quo propositum festum celebrandum est. Vbi illud etiam notandum, in Paschæ inquisitione diem mensis, qui in articulum currentis Epactæ incidit, esse eum, quo xiiij. Paschalis, vel Pascha Hebræorum occurrit. Itaque si quis Pascha Hebræorum, vel Lunam xiiij. Paschalem desideret, numerandum erit a radice Paschæ, id est, à 22. die Martij, vsque ad articulum, in quo Epacta currens sedem habet. Inuentio festorum mobilium. Pascha Hebræorum, vel xiiij. Paschalis, quo pacto inueniatur.

CAETERVM in anno bissextili omnia festa Mobilia inuestiganda sunt per literam Dominicalem posteriorem, quæ nimirum in vsu est post diem festum S. Mathiæ: ea tamen lege, vt ad diem quidem Septuagesimæ inuentum semper adijciatur vnus dies, ad diem vero Cinerum tum solum vnus quoque dies adiungatur, cum is mense Februario, non autem mense Martio inuentus fuerit. Quia enim ante diem S. Mathiæ sacrum in vsu est prior litera Dominicalis, quæ nimirum in alphabeto posterior est, ac proinde literam Dominicalem posteriorem, quæ in alphabeto priorem tenet locum, vno die in Calendario subsequitur, fit vt Septuagesima, & dies Cinerum ante eundem festum diem S. Mathiæ, celebretur vno die serius, quam a posteriore litera Dominicali currente, hoc est, a priori in alphabeto, indicatur. Quare diei inuento per posteriorem literam addendus tunc est vnus dies. Post festum autem S. Mathiæ, licet posterior litera sit iam in vsu, addendus tamen tunc quoque est dies alter diei Cinerum mense Februario inuento, propter diem intercalarem sexto calendas Martias additum, qui in Calendario descriptus non est. Propter hunc enim diem intercalarem dies 24. Februarij in Calendario dicitur 25. & dies 25. vocatur 26. & dies 26. appellatur 27. hic autem 28. & hic 29. Ex quo efficitur, diem Cinerum inuentum, verbi gratia, die 26. Februarij per posteriorem literam Dominicalem, reipsa esse diem 27. in dierum numeratione, & sic de alijs. Quod si dies Cinerum reperiatur mense Martio in anno bissextili, nihil addendum est diei inuento, sicut neque in Paschæ festo, & alijs subsequentibus, quia tunc & litera posterior Dominicalis est in vsu, & dies mensium proprijs numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus: ita vt primus dies Martij dicatur primus, & secundus, secundus, &c. Cur autem in bissextili anno per posteriorem literam inquirenda sint festa, declaratum est Can. 6. in Calendario Gregoriano, quod explicationi eiusdem Calendarij præpositum est. Quid agendum in anno bissextili propter duas literas Dominicales.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLI causa. Sint inuestiganda omnia festa mobilia anni 1589. quo ex superioribus regulis Epacta est xiij. & litera Dominicalis A. Et quoniam Epacta xiij. sedem habet in tertio articulo digiti Medij, & litera A, eum articulum proxime insequens, in articulo quinto eiusdem digiti collocatur; cadent omnia festa mobilia in hūc articulum quintum digiti Medij. Si ergo à radice Septuagesimæ, id est, à die 18. Ianuarij inclusiue numeres, initio a radice Indicis sumpto, & versus articulum secundum, & alios progrediendo, donec ad quintum articulum Medij peruenias, deprehendes Septuagesimam in diem 29. Ianuarij incidere. Si vero eodem modo, initio a radice Cinerum, hoc est, à die 4. Februarij facto, numeres, donec ad eundem articulum quintum Medij peruenias, comperies diem Cinerum 15. die Februarij celebratum esse, & sic de alijs.

ITEM anno 1605. quo Epacta est x. incidens in penultimum articulum Medij, qui est sextus. Quia vero litera Dominicalis B, illius anni in eundem illum articulum cadit, accipienda est litera B, in eodem articulo sexto Annularis. In eum enim articulum omnia illius anni festa mobilia cadent. Quapropter si numerus a radice Paschæ, id est, a die 22. Martij, initio facto a primo articulo Indicis, reperies in penultimo articulo Annularis diem 10. Aprilis, quo Pascha anno 1605. celebrabitur.

RVRSVS anno 1588. bissextili Epacta fuit ij. cadens in vltimum articulum Annularis, qui est exterior. Literæ Dominicales fuerunt C, B. Et quoniam litera B, posterior in vsu, (etsi in alphabeto prior est) per quam omnia festa sunt indaganda, vt diximus, proxime antecedit eum vltimum articulum Annularis, accipienda erit eadem litera B, in penultimo articulo Auricularis. Inuenies autem Septuagesimam cadere in 13. diem, addito vero vno die, in diem 14. Februarij. Diem autem Cinerum comperies in diem 2. Martij incidere, ac propterea nihil addendum esse, &c.

DEINDE anno bissextili 1596. Epacta est j, cadens in radicem interiorem Auricularis. Literæ Dominicales G, F, quarum F, posterior in vsu, cadit in articulum tertium eiusdem Auricularis. Si igitur a radice cuiusuis festi numeres vsque ad eum articulum, reperies Septuagesimam incidere in diem 10. Februarij. Addita ergo vnitate, comperies, eam celebratam esse die 11. Diem autem Cinerum deprehendes cadere in diem 27. Februarij. Addita igitur vnitate, dices eum celebratum fuisse die 28. qui quidem in Calendario est 27. dicitur autem 28. ob diem intercalarem sexto Calendas Maij additum.

PRAETEREA anno 1935. Epacta est 25. diuerso ab alijs colore, aut charactere notata, sedem habens in penultimo, siue sexto articulo Auricularis. Litera Dominicalis F, quæ post Epactam cadit in tertium articulum Auricularis manus dextræ. Quare incidet Septuagesima in diem 17. Febr. dies Cinerum in 6. Martij, Pascha in 21. Aprilis, &c.

INSVPER anno 1700. non bissextili Epacta est ix. cuius sedes est in vltimo articulo Medij, hoc est, in radice exteriore. Litera Dominicalis C, in eundē articulum incidēs, vt propterea litera C, in vltimo articulo Annularis accipienda sit. Igitur si a radice Ascensionis fiat numeratio, hoc est, a die 30. Aprilis, inuenietur Ascensio Domini die 20. Maij.

AD hæc anno bissextili 2096. Epacta est v. sedem habens in extremitate Annularis. Literæ Dominicales A, G, per quarum posteriorē G, (quæ videlicet in vsu, non autem in ordine literarum Dominicalium, posterior est, cum in ordine literarum litera A, proxime sequatur literam G, non autem contra, litera G, literam A,) omnia festa mobilia sunt inquirenda. Sed quoniam litera G, cadit in eandem extremitatem Annularis, sumenda est eadem litera G, in Auricularis extremo, quo in loco reperies Septuagesimam cadere in diē 11. hoc est, (addita vnitate) in diem 12. Februarij: Cineres in diem 18. id est, (addita vnitate) in diem 29. Februarij, qui in Calendario est dies 28. Pascha in diem 15. Aprilis: Ascensionem Domini in diem 24. Maij: Pentecosten in diem 3. Iunij: festum denique Corporis Christi in diem 14. Iunij.

DENIQVE anno 1612. bissextili Epacta est xxvij. cuius sedes est in quinto Auricularis articulo, qui exterior est, & vngui proximus. Literæ Dominicales A, G, quarum A, prior in vsu cadit in eundem articulum, & posterior G, ante eum articulum statuitur in extremitate. Quare accipiendæ sunt eædem literæ in digito insequenti, hoc est, in Auriculari manus dextrę, & per posteriorem G, quæ cadit in extremitatem Auricularis dextræ manus, inquirenda festa mobilia. Inuenies enim in summo Auricularis Septuagesimam die 18. Februarij, hoc est, (addita vnitate) die 19. celebrandam esse. Cineres die 7. Martij: Pascha die 22. Apr. Ascensionem Domini die 31. Maij. Pentecosten die 10. Iunij: & Corpus Domini die 21. Iunij. Eademque ratio in omnibus alijs annis seruanda est.

CAETE-

Digitized by Google

CAETERVM percommode eadem festa mobilia reperiemus sine dispositione Epactarum, & literarum Dominicalium in manu, hac ratione. Inueniatur Nouiluniũ Paschale, vt cap. 2. docuimus. Ad diem Nouilunij adijciantur 13. vt habeatur Luna xiiij. Paschalis. Deinde inuestigetur dies hebdomadæ, in quem Luna xiiij. incidit. quod facillimo negotio fiet per ea, quæ cap. 9. trademus. Tertio vide, quot dies numerentur post diem Lunæ xiiij. vsque ad Dominicum inclusiue. Numerus enim horum dierum additus ad diem Lunæ xiiij. dabit diem Paschæ. Pascha & alia festa, quo pacto aliter inueniantur sine Epactis in manu &c.

EXEMPLVM Quando Epacta est vij. & litera Dominicales c, b, in aliquo anno bissextili: Detracta Epacta vij. ex 30 quæ Calendis Martij ascribitur, supersunt 23. & addita 1. fiunt 24. pro die Nouilunij Paschalis. Additis 13. fiunt 37. hoc est, (abiectis diebus 31. Martij) dies 6. Aprilis pro Luna xiiij. cadens in diem Mercurij, post quem numerantur 4. dies vsque ad Dominicam. Ergo Pascha celebrabitur die 10. Aprilis. Rursus currente Epacta xxvj. & litera Dominicali A, reperietur Nouilunium 4. Aprilis, & xiiij. Luna 17. Aprilis, cadens in diem Lunæ, post quem numerantur sex dies vsque ad Dominicam. Ergo die 23. Aprilis Pascha celebrabitur.

VT autem quodcunque aliud festum mobile inueniatur, inuestigandum prius erit Pascha, vt dictum est. Deinde videndum, quot diebus post radicem hoc est, post 22. Martij celebretur, obseruando, quod in Martio supersunt dies 9. Igitur addendo diem Paschæ, si in Aprili celebretur, habebitur numerus dierũ post radicem Paschæ. Et quia alia festa totidem diebus a suis radicibus absunt, si eum dierum numerum ad radicem cuiusque festi adijcies, habebis diem, quo celebrari debet. In annis tamen bissextilibus addenda est insuper vnitas diei Septuagesimæ, & Cinerum: ita tamen, vt quando dies Cinerum fuerit 29. vel maior, vnitas non addatur, sed 28. detrahantur, vt reliqua fiat dies Cinerum in Martio. V. g. In posteriori exemplo Pascha incidit in 23. Aprilis. Additis 9. fiet eius distantia post radicem, id est, post 22. Martij, dierum 32. quæ addita ad radicem Septuagesimæ, hoc, est ad 18. Ianuarij, efficiunt 50. & ablatis diebus 31. Ianuarij relinquetur dies 19. Febr. pro Septuagesima. Sic reperietur dies Cinerum die 26. hoc est, detractis diebus 28. Febr. die 8. Martij. Ascensio die 62. Aprilis, hoc est, demptis diebus 30. Apr. & 31. Maij die 1. Iunij, &c. In priori vero exemplo anni bissextilis distat Pascha a sua radice diebus 19. quæ distantia addita radici Septuagesimæ, cadet Septuagesima in diem 37. hoc est, in 6. Febr. & addita 1. in 7. Dies Cinerum in 23. Febr. id est, addita 1. in 24. nimirum in vigiliam S. Mathiæ, &c.

IAM vero si loco Epactarum disponantur in manu sinistra aurei numeri, inuenientur eodem modo, vt supra dictum est de Epactis, festa omnia mobilia a Concilio Nicæno vsque ad annum restitutionis Calendarij. Ita autem aurei numeri locabuntur in sinistra manu. In vola manus ponitur 16. Additis 8. & ex summa 24. abiectis 19. relinquitur aureus numerus 5. locandus in radice interiore Indicis post volam manus. Additis rursus 8. conficitur aureus numerus 13. tertij articuli Indicis, secundo vacuo relicto. Numerus enim aureus minor in hac dispositione sequitur semper maiorem in proximo articulo, maior autẽ minorem non in proximo, sed in altero. quod diligenter obseruandum est, vt omnes aurei numeri proprijs in locis reponantur. Additis rursus 8. ad aureum numerum 13. in tertio articulo Indicis positum, & ex summa 21. abiectis 19. reliquus fit aureus numerus 2. in extremitate Indicis ponendus, nullo articulo vacuo relicto, cum numerus 2. minor sit, quam 13. Rursus additis 8. ad aureum numerum 2. conficitur aureus numerus 10. maior, quam antecedens, ac proinde in sexto articulo Indicis (quinto relicto vacuo) collocandus. Ad hunc si iterum adijciantur 8. fit aureus numerus 18. maior item, quam antecedens 10. ideoque in radice digiti Medij, (omisso vltimo articulo Indicis vacuo) reponendus. Adiectis præterea 8. ad aureum numerum 18. in radice Medij constitutum, & ex summa 26. reiectis 19. relinquitur aureus numerus 7. qui quoniam minor est quam 18. in proximo articulo Medij, id est, in secundo ponendus est. Atque hoc artificio omnes 19. aurei numeri in sinistra manu collocabũtur, si modo memineris, minorem proxime locandũ esse post maiorem, maiorem vero post minorem non proxime, sed vno articulo in medio relicto. Ille porro aureus numerus semper antecedente minor est, qui post abiectionem 19. relinquitur: quod fit, quando ex additione 8. ad antecedentem aureum numerum conficitur summa maior, quam 19. Tunc vero aureus numerus maior est, quam antecedens, quando non sunt abijcienda 19. ex summa confecta ex additione 8. ad antecedentem aureum numerum: quod tum demum fit, quando ea summa maior non est, quam 19. Collocatio aureorum numerorum inmann.

IIDEM

Digitized by Google

IIDEM aurei numeri ita quoque in manu ſiniſtra diſponentur. Quando antecedens aureus numerus maior eſt, quam 11. ſubtrahantur 11. & reliquus numerus ponatur in proxime inſequenti articulo: quando autem non eſt maior, quam 11. addantur 8. & numerus conflatus non in articulo proximo, ſed in altero, vno inani relicto, collocetur. Vt quoniam aureus numerus 16. in vola manus poſitus, maior eſt, quam 11. abiectis 11. reliquus eſt aureus numerus 5. minor in proximo articulo, hoc eſt, in radice Indicis, locandus. Additis 8. ad 5. fit aureus numerus 13. non in ſecundo articulo Indicis, ſed in tertio, ſecundo vacuo relicto, ponendus. Detractis rurſus 11. ex 13. remanet numerus 2. minor ponendus in articulo proximo, id eſt, in extremitate Indicis, atque ita de reliquis.

CAETERVM ſedem cuiuſque aurei numeri in manu ſiniſtra reperiemus per Epactam, quæ ei aureo numero ante correctionis annum reſpondebat, etiamſi antecedentes aurei numeri nondum ſint locati, hoc modo. Ad Epactam, quæ ex dato aureo numero ante anni reſtitutionem elicitur, vt ad initium capitis 2. traditum eſt, addantur 3. & numerum collectum, ſi minor eſt quàm 30. vel ſi minor non eſt, reliquum numerum poſt abiectionem 30. tribue Pollici: proxime maiorem numerum volæ manus: inſequentem item proxime maiorem radici Indicis, & ſic deinceps, donec ad 30. peruenias. In quem enim articulum numerus 30. incidet, ibi erit locus aurei numeri. Vt ſi quæratur ſedes aurei numeri 8. cui ante correctionem anni reſpondebat Epacta 28. addantur 3. ad Epactam 28. vt fiat ſumma 31. Ablatis 30. remanet 1. Si igitur in Pollice ſtatuas 1. in vola manus 2. in radice Indicis 3. & ita deinceps, cadent 30. in extremum articulum digiti Auricularis. Ibi ergo ſedes eſt aurei numeri 8.

SIC etiam, quia ante annum reſtitutum aureo numero 1. reſpondebat Epacta xj. ſi ad hãc Epactam adijcias 3. & numerum collectum 14. ponas in Pollice; 15. in vola manus; 16. in primo articulo Indicis; 17. in ſecundo, & ſic deinceps, incidet numerus 30. in primum articulum Annularis. Ibi igitur aurei numeri 1. ſedes eſt, atque ita de reliquis.

Inuentio feſtorum mobilium per aureos numeros, ante correctionem anni.

ITAQVE ſi a radice cuiuſcunque feſti mobilis in primo articulo Indicis poſita numeres ſequentes dies menſis, donec poſt ſedem currentis aurei numeri ad articulum peruenias, vbi litera Dominicalis propoſiti anni, ex ijs, quæ ad initium huius capitis docuimus, ponitur, reperies in eo articulo diem menſis, quo feſtum propoſitum ante correctionem anni celebratum eſt. Verbi gratia, ſi ſcire velis, quo die Paſcha celebratum ſit anno 1450. cuius litera Dominicalis fuit D, & aureus numerus 7. ſedem habens in ſecundo articulo digiti Medij, id efficies hac ratione. Quoniam litera Dominicalis D, articulum ſecundum Medij conſequens ponitur in radice Annularis, ſi a radice Paſchę in primo articulo Indicis poſita, hoc eſt, à die 22. Martij numeres vſque ad radicem Annularis, inuenies Paſcha anno 1450. celebratum eſſe die 5. Aprilis. Eademque in cæteris ratio eſt.

## *De Aduentu Domini Cap. VII.*

Inuentio primæ Dominicæ Aduentus.

QVO die menſis prima Dominica Aduentus celebretur, ita expeditiſſime cognoſcemus. Quoniam initium Aduentus Domini, ſemper celebratur ea Dominica, quæ feſto S. Andreæ proxima eſt, vel in ipſum feſtum incidit, manifeſtum eſt, Dominicam primam Aduentus celebrari poſſe tribus diebus ante illud feſtum, & tribus poſt. Si igitur memoriter teneas, literam F, Calendis Decembris præfigi, (quod tamen facile docebit cap. 9.) perſpicue intelliges, diei ſecundo præfixam eſſe literam G, & literam A, tertio diei: At poſtremo diei Nouembris, qui eſt 30. apponi literam E, quæ videlicet literam F, primo diei Decembris adſcriptam præit; literam autem D, diei 29. & literam C, diei 28. ac poſtremo literam B, diei 27. Atque hinc Aduentum eo die celebrãdum eſſe intelligemus, cui litera Dominicalis propoſiti anni præfigitur. Vt quoniam anno 1598. litera Dominicalis fuit D, quæ in diem 29. Nouembris incidit, (quod patebit, ſi a litera F, Calendis Decembris adſcripta retrocedas vſque ad D, dices Aduentum eo anno incepiſſe die 29. Nouembris, qui diem S. Andreę ſacrum antecedit. Itaque vt vides ſatis eſt, ſi teneas memoriter, literam F, Calendis Decembris præfigi.

De

Digitized by Google

## *De numero Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum. Cap. VIII.*

BREVISSIME ac facillime numerum Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum hac via assequeris. Vide, quot sint Dominicæ post Pascha vsque ad diem S. Georgij inclusiue, qui in diem 23. Aprilis incidit, hoc est, quoties hic numerus 7. in diebus post Pascha vsque ad eum diem B. Georgio sacrum inclusiue continetur. Tot enim Dominicæ addendæ erunt ad 24. vt compleatur numerus Dominicarum inter Pentecosten & Aduentū. Quod si nulla Dominica inueniatur post Pascha vsque ad illud festum S. Georgij inclusiue, hoc est, si pauciores dies sint post Pascha vsque ad diem S. Georgij, quam 7. vel Pascha in ipsum diem festum incidat, erunt 24. tantum Dominicę. Si denique post eundem diem S. Georgij Pascha celebretur, erunt tantum Dominicæ 23. inter Pentecosten, & Aduentum.

Numerus Dominicarum inter Pentecosten & aduentum quantus sit quolibet anno.

VERBI gratia. Cadente die Paschę in diem 22. Martij, sic inquires numerum Dominicarum inter Pentecosten, & aduentum. Post Pascha, hoc est, post diem 22. Martij vsq. ad diem B. Georgij, siue ad diem 23. Aprilis inclusiue, numerantur 32. dies, nimirum 9. vsque ad exitum Martij, (detractis enim 22. ex diebus 31. Martij, supersunt 9.) & alij 23. in Aprili vsque ad diem 23. Quia vero in 32. diebus continetur numerus 7. quater, addendæ sunt 4. Dominicæ ad 24. vt totus numerus 28. Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum compleatur.

SIC etiam, incidente die Paschæ in 3. diem Aprilis, numerantur 20. dies post Pascha, seu post 3. diem Aprilis, vsque ad 23. diem; quod ablatis 3. ex 23. supersint 20. Et quia in 20. continetur numerus septenarius bis, addendæ erunt 2. Dominicæ ad 24. Erunt ergo tunc 26. Dominicæ, &c. Eadem prorsus ratio est in alijs.

## *A quo die hebdomadæ quilibet dies mensis anno quouis proposito denominetur, siue primus is sit, siue non. Cap. IX.*

PRIMO loco discendum est, quæ litera Dominicalis primo diei cuiusquis mensis in Calendario præfigatur. Quod ex duodecim vocibus hoc mur versuum facile cognosces.

*Astra dabit Dominus, gratisque beabit egenos.*
*Gratia Christi colæ feres aurea dona fideli.*

Nam prima vox [*Astra*] primo mensi, hoc est, Ianuario tribuitur; secunda [*Dabit*] secundo, id est, Februario, atque ita deinceps: ita tamen, vt quarta vox [*Gratisque*] pro vna tantum accipiatur. Prima autem litera cuiusq; vocis, est ea Dominicalis, quæ in Calendario Calendis eius mensis, quem illa vox refert; apponitur. Veluti Ianuarius Calēdis ipsis adscriptam habet literam A, Februarius D, Martius item D, Aprilis G, Maius B, Iunius E, Iulius G, Augustus C, September F, October A, Nouember D, & December F.

Qua litera Dominicalis ad Calendas cuiusuis mensis scripta sit.

COGNITA prima litera Dominicali cuiuslibet mensis, facile intelliges, a qua feria quilibet mensis incipiat. Nam si in digitorum articulis a litera Dominicali anni propositi inclusiue numeres insequentes literas ordine alphabeti, vsque ad eam literam, quæ Calendis dati mensis præfixa est, (redeundo a litera G, ad literam A, si opus est) indicabit numerus articulorum, quos in digitis percurristi, numerum feriæ, a qua mensis propositus initium ducit.

A qua feria quilibet mensis incipiat quolibet anno.

VERBI gratia. Anno 1592. Bissextili, quo literæ Dominicales sunt E, D, quoniam Ianuarij Calendis apposita est prima litera A, propter primam vocem [*Astra*] primo mensi tributam; si a litera Dominicali currente E, (Hæc enim vsque ad diem S. Matthiæ vsum habet) numeres alias literas serie literarum naturali vsque ad A, hoc modo, E, F, G, A, percurres quatuor articulos. Ianuarius igitur à feria quarta, hoc est, à die Mercurij incipit. Nam si litera E, Dominicam indicat, significabit litera F, diem Lunæ, siue feriam ij. litera G, diem Martis, hoc est, feriam iij. & litera A, feriam iiij. seu diem Mercurij.

DEINDE, quia Calendis Februarij adscripta est litera D, ob secundā vocem [*Dabit*]



Digitized by Google

que Februario debetur, si ab eadem currente litera Dominicali E, numeres alias literas vsque ad D, hoc modo, E, F, G, A, B, C, D, percurrentur septem digitorum articuli, ac propterea Mensis Februarius initium sumit à feria septima, hoc est, à die Sabbati. feria enim vij. Sabbatum appellari solet, sicut feria j. Dominica.

RVRSVS quia mensis Martius incipit a litera Dominicali D, vt tertia vox [*Dominus*] denotat, estque tunc in vsu posterior litera Dominicalis D, pronuntiabis primum diē mensis Martij esse Dominicam, seu feriam primam.

POSTREMO quoniam Maius a litera B, incipit, quod ei quinta vox [*Beabit*] respondeat, estque in vsu tunc litera posterior D, Dominicalis, numerandum erit à D, vsq. ad B, hoc ordine, D, E, F, G, A, B, cum ergo sex articuli digitorum percurrantur, erit primus dies Maij dies Veneris, seu feria vj.

Quæ litera Dominicalis proposito diei cuiusuis mēsis ascripta sit: & a qua feria idē ille dies denominandus sit.

IAM vero si a numero cuiuslibet diei in quocunque mense abijcias 7. quoties fieri potest, ita tamen, vt pro residuo, si nihil remanet, assumas 7. & a prima litera Dominicali propositi mēsis incluſiue numeres serie naturali literas insequentes in digitorum articulis, (redeundo post G, ad A,) donec tot articulos percurreris, quot vnitates in numero illo residuo continentur, collocata erit vltima litera (quæ nimirum in vltimum articulum numeratum incidit) ad diem mensis propositum. Quare si rursus a litera Dominicali currente alias literas sequentes numeres vsque ad literam diei proposito ascriptam, (quæ proximè inuenta fuit,) cognosces eodem modo feriam hebdomadæ, a qua propositus dies mensis nomen habet, quo feriam primi diei mensis cognouimus.

EXEMPLI causa. Eodem anno 1592. cuius literę Dominicales sunt E, D, desiderat quis scire, quæ litera Dominicalis diei 22. Februarij, quo Cathedra S. Petri Anthiochena celebratur ab Ecclesia, apponatur, & quæ feria tunc sit. Quoniam vox [*Dabit*] indicat literam D, Calendis Februarij apponi, & abiectis 7. ter ex 22. supereſt 1. numeranda, erit in vno solo articulo prima mensis litera D, hoc modo, D. Igitur litera D, diei 22. Februarij adscribitur. Quocirca cum prior adhuc litera Dominicalis, E, sit tunc in vsu, si numerabimus incluſiue vsque ad D, 7. literas E, F, G, A, B, C, D, comperiemus diem propositum 22. Februarij esse feriam vij. hoc est, Sabbatum.

RVRSVS volo scire, quæ litera præfixa sit sexto diei Decembris, qui B. Nicolao sacer est. Quoniam vlima vox [*Fideli*] monstrat literam F, appositam esse primo diei, numerabimus ab F, sex literas hoc modo; F, G, A, B, C, D, quoniam 7. ex 6. reijci non possunt. Igitur D, prefigitur diei sexto, ac proinde dies ille Dominicus erit, cum litera Dominicalis tunc sit D.

SIC si quęratur de die 21. Decembris B, Thomæ sacro. Reiectis omnibus 7. nihil remanet. Numerandi ergo erunt 7. literæ ab F, hoc ordine F, G, A, B, C, D, E, ita vt E, præfigatur diei 21. Ad quam si fiat numeratio a Dominicali litera D, hoc modo. D, E, reperies eum diem esse feriam secundam.

DEINDE sit inquirendum, quæ litera ad anniuersarium diem S. Matthię, qui in diē 24. Februarij incidit, ponatur; & quæ feria dies ille sit, Numera a prima litera mensis, nimirum à D, tres literas hoc ordine, D, E, F, (Reiectis enim 7. ex 24. quoties fieri potest, nimirum ter, supersunt 3.) Nam vltima F, diei 24. ascripta est. Sed quia tunc posterior iam litera D, vsurpanda est, si numeres a D, vsque ad F, hoc modo D, E, F, reperies festum S. Matthiæ, id est, diem 24. Februarij, qui vere tunc est 25. propter diem intercalarem adiectum, incidere in feriam iij. id est, in diem Martis.

Quid agendum in anno bissextili, quando dies propositus est post festum S. Matthiæ.

EADEM ratione, si in anno Bissextili quocunque proponatur dies in Februario post festum S. Matthiæ, quærenda erit litera, quæ ei diei præfigitur, cuius numerus proxime minor est numero diei propositi: atque per posteriorem literam Dominicalem feria inuestiganda. Vt si propositus sit dies 28. quærenda est litera diei 27. propterea quod dies intercalatus in Calendario descriptus non est. Ita vides, paulo ante pro festo S. Matthiæ inquisitam esse literam diei 24. quamuis in anno bissextili illud festum die 25. celebretur.

AD extremum sit inquirendum, in quam feriam dies anniuersarius S. Iacobi Apostoli, hoc est, dies 25. Iulij incidat. Quoniam septima vox [*Gratia*] monstrat, literam G, Calendis Iulij adscribi, & abiectis ter. 7. ex 25. remanent 4. numerandæ erunt à G, quatuor literæ hoc modo, G, A, B, C. Nam vltima C, diei 25. prefixa est. Si igitur à posteriori litera Dominicali D, quæ tunc in vsu est, fiat numeratio vsque ad C, proxime inuentam, hoc ordine D, E, F, G, A, B, C, deprehendes festum diem S. Iacobi, hoc est, diem 25. Iulij incidere in Sabbatum, vel in feriam vij.

RATIO

Digitized by Google

RATIO autem, cur à numero diei propositi reijcienda sint 7. quoties fieri potest, est, quod post diem 7. mensis cuiusuis, & post 14. 21. & 28. repetitur eadem illa litera, quæ Calendis præfigitur.

## *De Nonis, Idibus, & Calendis. Cap. X.*

PRIMVS dies cuiuslibet mensis a Calendis nomen accipit. Nam primo die Ianuarij dicere solemus, Calendis Ianuarij; primo die Februarij, Calendis Februarij, atque ita in cæteris. Alij autem omnes dies à Nonis, vel Idibus eiusdem mensis, vel a Calendis insequentis mensis notari solent: ita vt die, qui quatriduo abest inclusiue à Nonis, Idibus, vel Calendis, (duobus nimirum diebus interpositis) dicendum sit Quarto Nonas, Quarto Idus, & Quarto Calendas, inclusiue.

VT autem quemcunque diem mensis propositi ritè denominare scias à Nonis, Idibus, vel Calendis, diligenter memoriæ mandandi sunt dies, in quos Nonæ, atque Idus cuiuslibet mensis incidunt. Hi autem facile ex numero Nonarum, atque Iduum cuiusque mensis comprehendi possunt. Vt quia hi 4. menses, Martius, Maius, Iulius, October, habent 6. Nonas, alij autem 8. menses, Ianuarius, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, September, Nouember, December, 4. duntaxat, cadent Nonæ in prioribus 4. mensibus in diem 7. in posterioribus vero 8. in diem 5. Numero enim Nonarum adijciendus est primus dies, qui non à Nonis, sed a Calendis nomen sumit, vt dies habeatur Nonarum. Quia vero singuli menses habent 8. Idus, si diei Nonarum addantur 8. incident Idus priorum 4. mensiũ in diem 15. posteriorum vero 8. in diem 13. Atque ad memoriam iuuandam hi duo versiculi conditi sunt.

Quot Nonas, atque Idus, quilibet mensis habeat, & in quē diem incidant tam Nonæ, quã Idus.

*Maius sex Nonas, October, Iulius, & Mars.*
*Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.*

ITAQVE antequam diem cuiusuis mensis propositum à Nonis, vel Idibus, Calendisue denomines, vide prius, num mensis ille sit vnus ex 4. prioribus, nec ne. Si enim ex illis est, & dies propositus est 7. appellabis diem illum, Nonas eius mensis. Si vero datus dies est 15. dices eum Idus eiusdem mensis. Quod si dies oblatus est ante diem 7. vel post, ante tamen 15. diem, detrahe eius numerum, dempta prius vnitate, (numerum videlicet eius diei, qui propositum diem antecedit in Calendario) ex 7. vel 15. & reliquum numerum denomina a Nonis, vel Idibus, prout dies propositus fuerit ante diem 7. vel 15. At si datus dies diem 15. consequitur, subtrahe eius numerum, dempta prius vnitate, (numerum scilicet eius diei, qui in Calendario diem datum proxime anteit.) ex numero dierum totius mensis propositi, si tamen prius vnitatem addideris ad mensis diem, (nimirum primum insequentis mensis diem, in quem eius Calendæ incidunt) & numerum reliquum à Calendis mensis insequentis denomina.

Quo pacto dies mensium denominandi sint à Nonis. Idibus, & Calendis.

EADEM hæc in posterioribus 8. mensibus seruabis omnino, dummodo pro 7. die Nonarum, & 15. Iduum, sumas diem 5. & 13. in quos videlicet dies, Nonæ atque Idus illorum mensium incidunt.

EXEMPLI gratia. Denominandus sit dies 3. Martij, qui Nonas diei 7. antecedit. Deme 2. (numerum videlicet vnitate minorem numero diei 3. propositi) ex 7. remanent 5. Dices ergo die 3. Quinto Nonas Martij, hoc est, quinto die ante Nonas inclusiue.

RVRSVS detur dies 10. eiusdem mensis. Quia Idus cadunt in 15. diem Martij, & dies 10. propositus est post Nonas ante Idus, detrahe 9. ex 15. vt reliqua fiant 6. Dices igitur die 10. Sexto Idus Martij.

PRAETEREA offeratur dies 23. Iunij. Quoniam Idus præterierunt, & Calendæ Iulij insequentis incidunt in diem 31. à Calendis Iunij numeratum, (quod Iunius habeat dies 30.) auferemus 22. ex 31. vt relinquantur 9. Die igitur 23. Iunij dicendum est, Nono Calendas Iulij.

SIT denique datus dies 10. Augusti. Quia Nonæ præterierunt, Idus vero in diem 13. incidunt; si 9. ex 13. demantur, remanebunt 4. Dices ergo tunc, Quarto Idus Augusti.

ADVERTE tamen, quando numerus reliquus est 2. non esse dicendum, Secundo Nonas, vel Idus, vel Calendas, sed Pridie Nonas, vel Idus, vel Calendas.

Quomodo ex Nonis Idibus, & Calēdis dies mensium cognoscantur.

IAM vero si dies proponatur à Nonis vel Idibus alicuius mensis aut à Calendis subsequentis denominatus, velimusque scire, quotus dies mensis is sit, detrahendus



Digitized by Google

erit numerus denominationis, minus vno, ex numero diei, in quem Nonę cadunt, vel Idus, vel Calendæ insequentis mensis, prout dies denominatus erit a Nonis, vel Idibus, aut Calendis. Reliquus enim numerus dabit diem mensis, qui quæritur.

VERBI gratia. Scriptæ sint literæ quædam Quinto idus Ianuarij. Quoniam Idus Ianuarij in diē 13. incidunt, demēdus erit numerus 4. (vnitate scilicet minor numero Quinti Idus) ex 13. vt reliqua sint 9. Fuit ergo dies ille, quo scriptæ sunt literæ, dies 9. Ianuarij.

ITEM datæ sint aliæ literæ Pridie Nonas Octobris. Quoniam Nonæ Octobris cadunt in diem 7. auferemus 1. (numerum scilicet vnitate minorem numero Secundi Nonas, qui Pridie profertur) ex 7. relinqueturque dies 6. Octobris.

POSTREMO scriptæ sint aliæ literæ Decimooctauo Calendas Iulij, qui dies in mense Iunio existit. Quia ergo Calendæ Iulij cadunt in diem 31. a Calendis Iunij numeratum, cum Iunius habeat dies 30. si detrahantur 17. ex 31. supersunt 14. Literę ergo ille scriptæ sunt 14. Iunij, proximo videlicet die post Idus.

## *De Indictione. Cap. XI.*

Indictio quid.

INDICTIO est reuolutio 15. annorum ab 1. vsque ad 15. qua reuolutione finita, iterum ad 1. redditur. Et quoniam frequens vsus est Indictionis in Bullis Pontificijs, ac diplomatibus, alijsque scripturis publicis, non abs re erit paucis docere, qua via cuiuslibet anni Indictio reperiri possit: quod hac ratione fiet.

Collocatio annorum centesimorum in manu, ad Indictionem pernestigādam.

IN extremitatibus Pollicis, Indicis, ac Medij sinistræ manus disponēdi sunt primū anni cēteſimi, hoc modo. In Pollice ponatur 0. In Indice 100. In Medio 200. Rursus in Pollice 300. In Indice 400. In Medio 500. In Pollice 600. &c.

MAGNO autem numero centesimorum annorum proposito, ita sedem eius centesimi expedite reperies. Rejice 3. ex numero centesimi propositi, quoties fieri potest; quod facile fiet, si figuras numerum centesimum exprimentes in vnam summam ordine colligas, reiectis semper 3. quemadmodum apud Arithmeticos reijci solent 9. in probatione nouenaria. Si namque post abiectionem omnium 3. reliquo numero adijcias 1. collocandus erit annus centesimus in eo digito, quem numerus procreatus, qui nunquam maior erit quam 3. indicat. Verbi gratia, si datus sit annus 4716. Ex 47. numero scilicet centesimorum annorum, reiectis 3. remanent 2. (Reiectio hæc ita fiet. Abiectis 3. ex figura 4. manet 1. quæ addita ad figuram 7. fiunt 8. & abiectis 3. relinquuntur 2.) quibus si adijcias 1. fiunt 3. In tertio igitur digito, id est, in Medio locandus erit annus 4700. Item datus sit annus 1589. Abiectis 3. ex 15. nimirum ex numero centesimorum, remanet 0. Addita 1. fit 1. Igitur in primo digito, videlicet in Pollice, annus 1500. ponendus est.

Collocatio triū Indictionū, ad Indictionem cuiusuis anni inquirendam.

DEINDE in eisdem tribus extremitatibus reponendi sunt tres numeri trium Indictionum, hac ratione. Quia Christus Dominus natus est post annum 3. Indictionis, ponetur Indictio 3. in Pollice, vbi scilicet locatus est annus 0, id est, annus ortum Christi proxime antecedens. Et quoniam Cyclus 15. annorum Indictionis in 100. annis sexies continetur, & supersunt 10. si addemus 10. ad 3. conficietur Indictio 13. in secundo collocanda digito. Additis rursus 10. ad proximam Indictionem 13. colligitur summa 23. a qua si reijcietur Cyclus Indictionis, hoc est, anni 15. supererit Indictio 8. locanda in tertio digito. Atque hæ Indictiones illis annis centesimis debentur, qui in illis digitorum extremis ex superiore dispositione collocantur. Hi autem tres numeri Indictionum, quos in digitorum annorum extremis statuimus, hoc versiculo comprehenduntur.

*Da tria primo, alij tredecim, deinde octo sequantur.*

Hoc enim carmine indicatur, primo digito tribui 3. secundo 13. & tertio 8.

IAM si Indictioni cuiusuis cēteſimi anni, quæ collocata est in eo digito, in quo ille centesimus est constitutus, adijcias annos expansos post eum centesimum datos, atque ex summa abijcias 15. quoties fieri potest, procreabis Indictionem anni propositi.

EXEMPLI gratia. Datus sit annus 1589. Quoniam annus 1500. in Pollicem cadit, siue in primum digitum, (quod reiectis 3. ex 15. numero videlicet annorum centesimorum supersit 0, & addita 1. fiat 1.) conueniet anno 1500. Indictio 3. in eodem Pollice constituta. Ad quam si adijciantur anni expansi 89. & ex summa 92. reijciantur omnia 15. reliqua fiet Indictio 2. anni 1589.

RVRSVS proposito anno 4716. qui in digitum Medium, siue tertium, cadit, quod reie-

Digitized by Google

relectis 3. ex 47. numero scilicet annorum centesimorum, reliqua sint 2. quibus si addatur 1. fiunt 3.) vbi collocata est Indictio 9. Cui si anni 16. expansi addantur, colligetur summa 24. Ex hac reiecto Cyclo 15. annorum Indictionis, supereſt Indictio 9. anni 4716. propositi. atque ita de cæteris.

INDICTIONEM quoque per Arithmetices præcepta facile reperiemus, si annis Domini adijciemus 3. numerumque collectum per 15. diuidemus. Numerus enim ex diuisione reliquus erit Indictio quæsita: aut si nihil supersit, Indictio quæsita erit 15. Vt si Indictio quæratur anno 1589. Additis 3. & numero conflato 1592. per 15. diuiso, supereſt numerus 2. pro Indictione anni 1589. Rursus si Indictio anni 3462. desideretur; Additis 3. ad annos 3462. diuidatur collectus numerus 3465. per 15. supererit enim 0. Igitur Indictio anni 3462. erit 15. Eadem in reliquis ratio seruanda est.

Inuentio Indictionis per præcepta Arithmetices.

## *De loco Solis in Zodiaco, Cap. XII.*

VT scias, quonam in signo, & gradu Zodiaci, plus minus, Sol quotidie commoretur, noſſe primo loco oportet, in quod signum quolibet menſe Sol ingrediatur. Pro qua re discendi sunt duo hi versiculi ab Astronomis olim compositi:

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo:*
*Libraque, Scorpius, Arietenens, Caper, Amphora, Pisces.*

Hæc enim duodecim signa eodem ordine duodecim menſibus anni, sumpto principio à Martio, conueniunt. Primum etenim signum, id est, Arietem, ingredietur Sol menſe Martio; secundum, quod est Taurus, menſe Aprili: atque ita deinceps: ita vt vndecimum, nimirum Amphoram, siue Aquarium, menſe Ianuario, qui vndecimus est a Martio, ingrediatur: Et menſe Februario Pisces, siue duodecimum signum.

In quod signũ quolibet menſe Sol ingrediatur

DEINDE discendum est, quo die menſis Sol in signum ei tributum menſi ingrediatur. Quod vt memoria facilius comprehendi possit, hi alij duo versiculi excogitati sunt.

*Inclyta Laus Iustis Impenditur: Hæresis Horret*
*Garrula: Grex Gratus Faustos Gratatur Honores.*

Nam 12. voces horum versuum 12. menſibus anni eodem ordine respondent, initio tamen facto à Ianuario, ita vt prima vox [*Inclyta*] tribuatur Ianuario: secunda [*Laus*] Februario; & sic deinceps.

IGITVR vt diem habeas, quo Sol in signum proprij menſis intret, vide, quota sit in alphabeto prima litera eius vocis, quæ proposito menſi respondet. Si enim tot vnitates, quotum in alphabeto ea litera locum occupat, ex 30. subtrahas, reliquus fiet numerus illius diei, quo Sol signum illius menſis ingreditur.

Quo die Sol in quodlibet signum ingrediatur.

VELVTI si scire cupias, quo die menſis Martij Sol signum Arietis introeat: quoniam Martio, id est, tertio menſi tribuenda est vox tertia [*Iustis*] cuius prima litera I, nona est in Alphabeto, detrahemus 9. ex 30. vt relinquantur 21. Die ergo 21. Martij Sol principium Arietis tenebit.

SIC si velim scire, quo die Nouembris Sol intret signum Arcitenentis, seu Sagittarij: quia Nouembri, hoc est, vndecimo menſi, respondet vndecima vox, (*Gratatur*) cuius litera prima G, septima est inter Alphabeti literas; auferenda erunt 7. ex 30. vt dies 23. Nouembris fiat reliquus, quo Sol Sagittarium ingreditur.

QVOD si easdem vnitates, quas prima litera cuiusuis menſis offert, adijcias ad numerum propositi diei eiusdem menſis, colliges numerum, qui indicabit, quo in gradu signi Sol existat eo die: ea tamen lege, vt si numerus collectus minor fuerit, quam 30. inuentus gradus referatur ad signum antecedentis menſis; quod tunc Sol nondum ad proprium signum propositi menſis peruenerit. Si vero idem numerus maior, quam 30. fuerit, in eo gradu signi proprij menſis dicas Solem commorari, qui relinquitur, si 30. abijciantur ex numero conflato. Si denique summa confecta fuerit omnino 30. pronuncies Solem tenere vel gradum 30. signi antecedentis menſis, vel principium signi proprij menſis.

In quo gradu Sol quotidie versetur.

VERBI gratia. Si quis scire desideret, vbi Sol die 10. Aprilis existat: addat 9. propter primam literam I, quartæ vocis [*Impenditur*] quæ quarto menſi, id est, Aprili debetur, addat, inquam, 9. ad 10. diem propositum, vt efficiat 19. qui numerus minor est quam 30. Nondum ergo Sol signum Tauri, quod Aprili tribuitur, ingressus est, sed in gradu 19. Arietis, signi videlicet antecedentis menſis Martij, versatur.



Digitized by Google

RVRSVS optet quispiam cognoscere, in quo gradu versetur Sol die 27. Septembris, qui mensis nonus est, ac propterea nona vox [*Gratus*] ei tribuenda est, cuius prima litera G, septimum locum inter literas Alphabeti occupat. Si igitur addam 7. ad diem 27. propositum, efficiam 34. numerum maiorem, quam 30. ex quo intelligam, Solem iam ingressum esse Libram, signum scilicet mensis Septembris. Ablatis autem 30. ex 34. supereſt 4. gradus Libræ, in quo Sol tunc existet.

POSTREMO si cupias nosse, vbi Sol die 22. Maij moretur: quoniam Maio, quinto mensi, respondet vox (*Hæresis*) cuius prima litera H, octaua est in Alphabeto. Additis ergo 8. ad diem 22. conficitur summa 30. Sol ergo die 22. Maij versabitur in gradu 30. Tauri, vel in principio Geminorum.

ETSI autem hac ratione non omnino verus locus Solis cognosci potest, tum propter annos Bissextiles, atque communes, tum quia Sol non prorsus vnum gradum quotidie in Zodiaco peragrat; vix tamen error committetur dimidiati gradus, vel ad summum vnius; ita, vt plus minus, verum Solis locum assequamur, tam certo videlicet, atque explorate, vt tuto eo possimus vti in vsu eorum horologiorum, in quibus ad horas cognoscendas necesse est, locum Solis in Zodiaco habere perspectum. Quod etiam ad vsum aliorum instrumentorum, quibus Astronomi vtuntur, requiritur.

## *De loco Lunæ in Zodiaco, & quot horis noctu luceat.* Cap. XIII.

QVEM locum Zodiaci Luna quolibet die proposito occupet, hoc est, in quo signo, & gradu existat, plus minus, colligunt Computistæ hoc fere modo. Aetatem Lunæ in Calendario inuentam, addita prius vnitate, (propterea quod Luna plerunque vno die citius cum Sole coniungitur, quàm Epactis monstratur: ac proinde cum Epacta quælibet indicat Lunam dierum, verbi gratia, 16. merito eandem dicemus in cælo esse dierum 17.) duplicant, numerumque procreatum per 5. partiuntur. Quotiens enim numerus indicabit, quot signis integris Luna a Sole, secundum successionem signorum distet: vnitates autem reliquæ, si quæ sunt, dabunt quintas partes vnius signi, (ita vt pro singulis vnitatibus senos gradus accipiant;) quibus vltra signa integra, Luna a Sole abest, secundum eandem successionem signorum.

EXEMPLI gratia. Anno 1588. die 7. Decembris Luna inuenietur habere dies 18. verius autem continebit tunc dies 19. Duplica igitur 19. & numerum procreatum 38. partire per 5. Quotiens erit 7. & reliquæ vnitates 3. Aberit ergo tunc Luna a Sole 7. signis, & insuper 18. gradibus, id est, tribus quintis partibus vnius signi. Cum igitur die 7. Decembris Sol teneat gradum 15. Sagittarij, vt ex capite superiori patet, si post Sagittarium numeremus septem signa, Capricornum, Aquarium, Pisces, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, distabit gradus 15. Cancri a loco Solis, hoc est, a gradu 15. Sagittarij, septem signis: & si adijciamus alios 18. gradus, reperiemus tunc Lunam occupare gradum 3. Leonis fere.

HAC regula discès, Lunam in primo aspectu quadrato, cum scilicet est dierum 7. cum semisse, abesse a Sole tribus signis: In plenilunio autem, cum habet dies 15. distare Lunam sex signis a Sole: In secundo denique quadrato aspectu, cum fere est dierum 22. cum semisse, recessisse Lunam a Sole nouem signis. Nam bis 7. & semis faciunt 15. quibus diuisis per 5. producuntur 3. signa. Item bis 15. efficiunt 30. quibus diuisis per 5. producuntur sex signa. Denique bis 22. & semis sunt 45. quibus diuisis per 5. exeunt 9. signa.

EVNDEM locum Lunæ in Zodiaco ita quoque inuestigare poterimus. Quoniam Luna mouetur ab occasu in ortum motu medio Grad. 13. fere, vt ex Theoricis patet, totidem Lunæ multiplicemus per 13. procreatumque numerum per 30. partiamur, indicabit Quotiens numerum signorum, quibus Luna secundum successionem signorum distat a loco, vbi in Nouilunio erat: Reliquus autem numerus dabit gradus. Inuenio ergo loco Solis tempore illius Nouilunij, reperies facile locum Lunæ.

VT die 7. Decembris anni 1588. Luna habet dies 19. qui multiplicati per 13. efficiunt 247. gradus, hoc est, signa 8. & gradus 7. Cum ergo die 19. Nouembris, quo Nouilunium factum est in cælo, (licet Epacta ij. illud reijciat in diem 20.) Sol ac proinde & Luna extiterit in gradu 26. Scorpij, existet die 7. Decembris Luna in 3. gradu ferme Leonis, hoc est, distabit signis 8. gradibus 7. fere a gradu 26. Scorpij.

PER hanc etiam regulam discès Lunam in plenilunio abesse 6. signis a Sole, in primo

autem

Digitized by Google

autem quadrato aſpectu ſignis 3. & in ſecundo ſignis 9. Nam muliplicatis 15. per 13. fiunt 195. gradus, hoc eſt, ſigna 6. & gradus 15. Cum ergo Sol confecerit grad: 15. à Nouilunio vſque ad Plenilunium, aberit Luna a Sole ſignis 6. In primo autem quadrato aſpectu ſi dies 7. & ſemis, ducantur in 13. fiunt gr. 97. & ſemis, hoc eſt, ſigna 3. & grad. 7. cum ſemiſſe. Cum igitur Sol a Nouilunio ad primum quadratum aſpectum vſque confecerit grad. 7. cũ ſemiſſe, diſtabit Luna à Sole ſignis 3. In ſecundo denique aſpectu quadrato, ſi ducantur dies 22. & ſemis in 13. procreantur grad. 292. cum ſemiſſe, hoc eſt, ſigna 9. & grad. 22. cum ſemiſſe. Quare cum Sol a Nouilunio vſque ad ſecundum aſpectum quadratum confecerit fere gradus 22. cum ſemiſſe, aberit Luna à Sole ſignis 9.

IAM vero quanto tempore Luna noctu luceat, Computiſtæ ita fere cognoſcunt. Aetatem Lunæ inuentam (addita quoque prius vnitate) ſi maior non ſit, quam 15. dierum: vel eius complementum ad 30. ſi maior fuerit, quam 15. multiplicant per 4. numerumq. genitum partiuntur per 5. Quotiens enim indicabit horas inequales, & reliquæ vnitates, ſi quæ ſint, quintas partes vnius horę, quibus Luna lucet; quæ quidem horæ poſt occaſum Solis numerandæ ſunt, quando plenilunium nondum aduenit; poſt Plenilunium vero eædem numerandæ ſunt ante Solis exortum: adeo vt Luna creſcente, fulſio eius ſit veſpertina; matutina autem, eadem decreſcente. Quot horis noctu Luna luceat.

VERBI gratia. Anno 1588. die 7. Decembris reperietur ætas Lunæ dierum 18. & addita vnitate, dierum 19. Complementum eius ad 30. eſt 11. quo numero multiplicato per 4. numeroque producto 44. diuiſo per 5. fiet Quotiens 8. cum quatuor quintis. Tot ergo horis inæqualibus, hoc eſt, octo duodecimis partibus totius noctis, & inſuper quatuor quintis vnius partis duodecimæ, Luna ea nocte lucebit ante ortum Solis.

HAC porro regula comperies Lunam in plenilunio lucere 12. horis, id eſt, tota nocte: in vtroque quadrato aſpectu, 6. horis, hoc eſt, dimidiata nocte: cum Luna dies 5. vel 25. habet, horis 4. id eſt, tertia parte noctis. Denique cum Luna eſt 4. aut 26. dierum, horis ferme 3. ſiue quarta noctis parte.

ITAQVE cognita magnitudine noctis propoſitę, ſi ea in duodecim partes æquales diſtribuatur, cognoſcentur etiam horæ æquales, quibus Luna lucet. Vt quoniam die 7. Decembris nox continet hor. 14. min. 55. fere ad latitudinem grd. 42. lucetque tum Luna ex data regula horis 8. inæqualibus, cum quatuor quintis; complectitur autem pars duodecima noctis horam 1. min. 14. tum 7. duodecimis, comprehendent octo duodecimæ noctis, & quatuor quintæ vnius partis duodecimæ, horas æquales fermæ 10. min. 56. & paulo amplius, quibus Luna tunc lucebit.

MVLTAS autem ob cauſas, neque locus Lunæ in Zodiaco, neque tempus eius fulſionis, per haſce regulas ad vnguem reperitur; tum quia minuta in ijs negliguntur, & Luna non æquabiliter ſub Zodiaco fertur; ex quo neceſſario error aliquis in eius loco inueſtigando committitur: tum etiam, quia tempus Lunæ augetur, cum ipſa ſuo motu velox eſt, & Septentrionalis: diminuitur autem, cum tarda eſt, ac Meridionalis; vt propterea in eo tempore inquirendo neceſſario a vero aberretur. Huc accedit, quod neque ætas Lunæ exquiſite per Epactas reperitur, neque locus Solis in Zodiaco: quæ res aliquot graduum errorem inducat, neceſſe eſt. Satis eſt per has regulas reperiri, plus minus, ſignum, in quo Luna die propoſito exiſtat, etiamſi interdum aliquot gradibus a vero eius loco, ob eas, quas diximus cauſas, aberremus.

COM-

Digitized by Google

# COMPVTI ECCLESIASTICI

## Pars Secunda per Tabulas.

### *Aurei numeri inuentio ex tabula 1.*

SI propositus annus est vnus ex centesimis, quære eum inter centesimos annos. Nam descendendo illico e regione illius reperies aureum numerum illi centesimo congruentem in linea solitaria aureorum numerorum.

SI vero datus annus non est centesimus, inuenies eius aureum numerum e regione dati anni expansi sub centesimo, qui datum annum expansum proxime antecedit.

VERBI gratia. Quærendus sit aureus numerus anni 9600. Quoniam hic annus inter centesimos inuentus subscriptum habet numerum 6. dices aureum numerum anni 9600. esse 6. qui idem numerus aureus debetur quoque annis 100. 2000. 39000. &c. Sic annis 300. 2209. 4100. &c. vides congruere aureum numerum 16.

RVRSVS inuestigandus sit numerus aureus anni 1604. Quoniam sub anno 1600. e regione anni expansi 4. reperitur numerus 9. dicemus aureum numerum anni 1604. esse 9. Sic anno 4738. comperies aureum numerum esse 8. e regione anni expansi 38. sub centesimo 4700. & sic de cæteris:

### *Epactæ inuentio ex tabula 2.*

QVæratur aureus numerus anni propositi, ex tabula 1. Deinde in tabella æquationis tabulæ 2. sumatur annus propositus, vel si non adest, annus proxime minor, vna cū litera siue maiuscula, siue minuscula ad sinistram ipsius collocata. Postremo in cyclo Epactarum eandem literam nota, & cellulæ, quæ ab illa litera inclusiue versus sinistram tertia est, aureum numerum 1. tribue, & sequenti cellulæ ad dexteram, sequentem aureum numerum 2. &c. In cellula enim, in quam aureus numerus anni propositi incidit, reperies Epactā ei anno debitam. Quod si totam tabellam cycli percurreris, antequam ad aureum numerum dati anni peruenias, redeundum erit ad tabellæ principium. Item cadente aureo numero dati anni in cellulam literæ F, maiusculæ, si ille aureus numerus non maior est, quam 11. accipienda est Epacta xxv. si vero maior est, quam 11. sumenda est Epacta 25. diuerso colore charactereve descripta.

EXEMPLI causa. Sit propositus annus 1597. quo aureus numerus est 2. Quoniam anno 1582. qui in tabella æquationis proxime minor est anno 1597. præfigitur litera D, maiuscula; si in cyclo Epactarum tribuas cellulæ literæ a, maiusculæ, quæ tertia est a cellula literæ D, maiusculæ inclusiue sinistram versus, aureum numerum 1. cadet aureus numerus 2. dati anni in cellulā literæ m, minusculę, sub qua reperitur Epacta xij. quæ anno 1597. in vsu est. Rursus datus sit annus 4300. quo aureus numerus est 7. & cui in tabella æquationis præfigitur litera l, minuscula. Si igitur cellulæ litere u, minusculæ, quæ sinistram versus tertia est a cellula litera l, minusculæ, tribuas aureum numerum 1. sequenti vero cellulæ literæ P, maiusculæ aureum numerum 2. &c. cadet aureus numerus datus 7. in cellulam literæ F, maiusculæ, in qua reperiuntur duæ Epactæ xxv. 25. Accipienda ergo est prior xxv. quia aureus numerus 7. maior non est, quàm 11. At vero anno 3393. quo aureus numerus est 12. maior quàm 11. erit Epacta 25. diuerso charactere notata: quia in eandem cellulam literæ F, maiusculæ incidit aureus numerus 12. si aureus numerus 1. tribuatur cellulæ E, maiusculæ, quæ a cellula literæ r, minusculæ, anno 3300. præfixæ, tertia est inclusiue. Rursus anno 4218. in tabella æquationis respondet litera l, minuscula, estque aureus numerus 1. Igitur si in cyclo Epactarū aureum numerum 1. tribuas cellulę litteræ u, minusculæ, quæ tertia est a cellula literæ l, versus sinistram, reperies Epactam xix. pro anno dato 4218. Præterea anno 1710. respōdet litera C, maiuscula in tabella æquationis, estque rursum aureus numerus 1. Quem si tribuas cellulæ P, maiusculę, quæ tertia est a litera C, maiuscula, reperies Epactam ✳ pro anno 1710. Denique anno 1912. respondet in tabella æquationis litera B,

Digitized by Google

tera B, maiuscula, estque aureus numerus 13. Quapropter si in cyclo Epactarum cellulæ literæ N, maiusculæ, quæ tertia est a cellula literæ B, maiusculæ, tribuas aureum numerum 1. & sequenti cellulæ, 2. & sic deinceps, cadet aureus numerus 13. in Epactam xi. quæ anno 1912. vsurpanda erit.

*Literæ Martyrologij inuentio ex cyclo Epactarum perpetuo.*

LItera, quæ supra Epactam cuiuslibet anni in cyclo Epactarum posita est, ætatem Lunæ in Martyrologio indicabit: propterea que litera Martyrologij dici consueuit. Vt anno, quo Epacta est xij. litera Martyrologij erit m, minuscula, quæ ei Epactæ ascripta est. Sic Epactæ ✱. respondet litera Martyrologij P, maiuscula, &c.

*Nouilunierum, & ætatis Lunæ inuentio ex tabula 3.*

DIes Nouilunij dicto citius e regione Epactæ sub dato mense reperitur. Vt anno, quo Epacta est 12. fiet Nouilunium in Aprili die 17. & in Maio die 17. quoque. Epacta vero currente 20. Nouilunium Martij continget die 11. at in Decembri, idem fiet tum die 1. tum 31.

NOVILVNIVM quoque in quouis mense, eo die continget, cui Epacta currens præfixa est in Calendario. Vt currente Epacta 12. fiet Nouilunium in Iunio die 15. & in Nouembri die 10. quia ijs diebus Epacta 12. ascripta est in Calendario.

SI a die Nouilunij inclusiue numeres sequãtes dies in articulis manus, vsque ad diem inclusiue, quo ætatem Lunæ inquiris, dices ætatem Lunæ tot esse dierum, quot articulos percurristi. Vt currente Epacta 7. ætas Lunæ die 10. Februarij cõtinebit dies 18. quia a die 24. Ianuarij inclusiue, quo Nouilunium fit, vsque ad diem 10. Februarij inclusiue percurruntur dies 18.

IN postrema columna eiusdem tabulæ 3. ad dexteram inuenies, quænam Epactæ constituant annum Lunarem Emboliſmicum, continentem 13. Lunationes: Et quæ communem, complectentem 12. Lunationes duntaxat. Vbi vides Epactam xviij. esse indifferẽtem, cum modo constituat annum communem, modo Emboliſmicum, vt in explicatione Calendarij cap. 17. Num. 10. exposuimus.

*Cycli Solaris Inuentio ex tabula 4.*

SI annus, quo Cyclus Solaris desideratur, ex centesimis vnus est, reperies eius Cyclum sub anno inter centesimos inuento, in linea solitaria Cycli Solaris.

SI vero annus datus non est centesimus, reperies eius Cyclum Solarem e regione dati anni expansi sub centesimo, qui datum annum expansum proxime antecedit.

VERBI gratia. Anno 1500. Cyclus Solaris est 25. Anno vero 2100. est 9. Denique anno 1697. Cyclus est 26. e regione anni expansi 97. in linea Cycli sub anno 1600. &c.

*Literæ Dominicalis inuentio tum ex 5. tum ex 6. tabula.*

INuento Cyclo Solari, reperies in tabula 5. e regione ipsius literam Dominicalem in linea descendente sub anno centesimo proposito. Et si vnica litera occurret, annus erit communis; bissextilis autem, si duplex. V.g. Anno 1697. Cyclus Solaris est 26. e cuius regione in linea descendente sub anno centesimo 1600. reperies literam Dominicalẽ f. Anno autem 1812. Cyclus est 1. e regione cuius in linea descendente sub centesimo 1800. inuenies literas Dominicales d, e. In annis porro centesimis non bissextilibus non est assumenda vtraque litera, sed ea, quæ prior est in alphabeto. Vt anno 1900. Cyclus est 5. e regione cuius in linea descẽdente sub anno centesimo 1900. scriptæ sunt duæ literæ g, A. quarum sola g, Dominicalis eo anno erit, quia g, prior est, cum a litera g, ad A, transeundum sit in ordine literarum, propterea quòd g, vltima est in 7. literis Dominicalibus.

ANTE annum restitutum eodem modo inuenietur litera Dominicalis ex cyclo Solari inuento, in sola linea 5. cuius supremæ literæ sunt f, g. V.g. Anno 325. quo Cyclus Solaris est 26. deprehendes in 5. linea literam Dominicalem c. Anno vero 1582. ante mensem Octobrem, quo annus reformatus est, & cyclus Solaris est 23. offendes literam g.

EX

Digitized by Google

EX tabula 6. expeditius literam Dominicalem inuenies sine ope Cycli Solaris, hoc pacto. Si annus datus est ex centesimis aliquis, quære eum inter annos centesimos. E regione enim illius in linea, vbi binæ literæ scriptæ sunt, reperies literas Dominicales eo anno centesimo currentes, si is bissextilis est; cuiusmodi sunt omnes centesimi ante annum restitutum, post correctionem vero Calendarij, isti soli, qui in sexta cellula descripti sunt, vbi sunt anni 1600. 2000. 2400. &c. Si autem centesimus annus propositus est communis, quales sunt post correctionem omnes extra sextam cellulam, litera Dominicalis erit simplex, ea nimirum e duabus, quæ ad dexteram posita est, obtinetque priorem locum in alphabeto.

QVOD si annus propositus non sit centesimus, inuenies eius literam Dominicalem supra annum expansum datum in ea linea Dominicalium literarum, quæ è regione propositi centesimi, post quem annus expansus datus est, ponitur. Et si annus datus in annis expansis fuerit geminatus, annus erit bissextilis, cui respondent duæ literæ Dominicales. V.g. Anno 2000. vides Dominicales literas esse b, A. At anno 1700. solam literam c, esse Dominicalem. Item anno 1615. literam Dominicalem esse d. Anno denique 1604. Dominicales literas fore d, c. & ita de reliquis.

*Indictionis inuentio ex tabula 7.*

SI datus annus est aliquis ex centesimis, reperies eius Indictionem infra ipsum in linea solitaria Indictionum.

SI vero datus annus non est centesimus, inuenies eius Indictionem è regione dati anni expansi in linea Indictionum, quæ sub centesimo eum annum proxime antecedente sita est.

EXEMPLI causa. Anno 1700. erit Indictio 8. Anno vero 1606. erit 4. Et anno 1200. reperies Indictionem 3. &c.

*Festorum mobilium inuentio ex tabula 8.*

IN latere sinistro accipe Epactam illius anni, cuius festa inquiris, & in linea literarũ Dominicalium literam Dominicalem eiusdem anni, infra tamen Epactam acceptam, ita vt si litera Dominicalis anni propositi reperiatur è regione Epactæ, assumenda sit eadem litera Dominicalis proxime inferior, relicta ea, quæ è regione Epactæ scripta est. E regione huius literæ Dominicalis infra Epactam acceptæ omnia festa mobilia, & Dominicæ post Pentecosten, atque prima Dominica Aduentus Domini, vt tituli in vertice tabulæ descripti docent, continentur.

IN anno bissextili eadem festa indaganda sunt per posteriorem literam Dominicalem, quæ nimirum in alphabeto prior est, vtumq. habet post festum S. Matthiæ; ne ambigamus, vtram duarum literarum pro hoc, aut illo festo inquirendo accipienda sit; ita tamen, vt Septuagesimæ, & diei etiam Cinerum, si in Februario inuenta fuerit, adijciatur vnus dies. Hoc etiam obseruato, vt, si altera duarum literarum Dominicalium existat è regione Epactæ, accipiantur aliæ similes duæ literæ infra illas proxime occurrentes.

EODEM modo festa mobilia inuestiganda sunt ante restitutionem anni, si pro Epacta accipiatur aureus numerus propositi anni ad sinistram Epactarum descriptus.

VERBI gratia Anno 1597. Epacta est 12. & Dominicalis litera e, qua inuenta infra Epactam 12. reperies e regione ipsius Septuagesimam die 2. Februarij: Cineres die 19. Februarij: Pascha, die 6. Aprilis, Ascensionem Domini, die 15. Maij: Pentecosten die 25. Maij: Corpus Domini, die 5. Iunij. Dominicas inter Pentecosten, & Aduentum Domini, numero 26. Primam denique Dominicam Aduentus, die 30. Nouembris.

RVRSVS anno 1612. Epacta est 27. literæ Dominicales A, g. Et quoniam litera A, e regione Epactæ 27. posita est, sumendæ sunt eædem literæ proxime inferiores. Nam e regione literæ g, quæ prior est in alphabeto, (cum post g, sequatur A,) posterior autem in vsu, reperies Septuagesimã die 18. & addita vnitate, die 19. Febr. Cineres die 7. Martij. hic enim non additur 1. cum cadant in Martium, non autem in Februarium. Pascha die 22. Apr. &c.

SIC etiam anno 2096. Epacta erit 5. & literæ Dominicales iterum A, g. Et quia litera g, e regione Epactæ 5. reperitur, sumendæ sunt aliæ duæ A, g, quæ infra illas proxime occurrunt. Si igitur per g, posteriorem inuestigentur festa mobilia, inuenies Septuagesimam die 11. Febr. & Cineres die 28. Febr. si autem vtrique festo addatur dies 1. quod ante Martium vtrumque inuentum sit, cadet Septuagesima in diem 12. & Cineres in diem 29. Februarij; Pascha vero in diem 15. Apr. &c.

POSTRE-

Digitized by Google

POSTREMO anno 347. aureus numerus fuit 6. & litera Dominicalis d. Si ergo ad ſiniſtram tabulæ, capias aureum numerum 6. & infra eum proximam literam Dominicalẽ d, reperies è regione huius literæ Septuageſimam die 8. Febr. Cineres die 25. Febr. Paſcha die 12. Apr. Aſcenſionem die 21. Maij. Pentecoſten die 31. Maij. Corpus Domini die 11. Iunij. Dominicas inter Pentecoſten & Aduentum, numero 25. Aduentum denique die 29. Nouemb. Atque in hoc ſtatu fuerunt feſta mobilia eo anno.

PORRO tabella hæc 8. congruit omnino diſpoſitioni Epactarum, aureorum numerorum, literarum Dominicalium, ac dierum menſium, quam in prima parte cap. 6. 7. & 8. tradidimus. Aureus enim numerus 16. & Epacta xxiij. reſpondent volæ manus ſiniſtræ. Tota deinde inſequens linea primo articulo Indicis reſpondet, vbi aureum numerum 5. & Epactam xxij. cum radicibus feſtorum mobilium, collocauimus. Proxima autem linea ſubſequens ſecundo Indicis articulo congruit, & ſic de alijs. Itaque in hac tabella, tam Epactę, quam aurei numeri deſcribuntur è regione eorum dierum, in quos incidunt Lunæ xiiij. Paſchales, & qui in alijs feſtis mobilibus inſtar ſunt Lunarum xiiij. quemadmodum in ſuperiori diſpoſitione, tam aurei numeri, quam Epactę in manu in eaſdem Lunas xiiij. incidebant, vt diximus. E regione ſolius Epactæ xxiij. notatæ non ſunt Lunæ xiiij. in tabula: Eas tamen quilibet intelliget, cum vnitate minores ſint radicibus feſtorum mobilium. Vt Luna xiiij. Paſchalis Epactę xxiij. eſt dies 21. Martij. Septuageſimę, dies 17. Ianuarij. Cinerum dies 3. Februarij, & ſic de cęteris.

### *Inuentio temporis, quo Luna noctu lucet, ex tabula 9.*

ANTE Pleniluniũ ętas Lunę accipienda eſt in latere ſiniſtro: In dextro vero poſt Pleniluniũ: Horę autem, quibus Luna lucet, in medio latere, quę quidem poſt Solis occaſum numerandæ ſunt, ſi Pleniluniũ nondum aduenit, poſt tranſactum vero Pleniluniũ ante ortum Solis.

VERBI gratia. Quando ętas Lunę eſt dierum 10. lucebit ea horis 8. inæqualibus poſt Solis occaſum, duabus ſcilicet tertijs, vel 8. duodecimis partibus noctis, At quando ętas Lunę continet dies 20. lucebit eadem horis 8. ante ortum Solis.

SIC exiſtente ætate Lunę dierum $3\frac{1}{4}$. erit eius fulſio poſt Solis occaſum horarum inæqualium 3. per partem videlicet quartam noctis. Aetate vero Lunę exiſtente dierum $26\frac{1}{4}$. fulgebit eadem per quartam noctis partem, antequam Sol oriatur, horis nimirum 3. inęqualibus. Atque ita de reliquis.

Tabula

Digitized by Google

## TABVLA I. AVREORVM Numerorum.

| Anni Domini per 100. collecti. | 1300 | 1400 | 1500 | 1600 | 1700 | 1800 | 1900 | 2000 | 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500 | 2600 | 2700 | 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200 | 3300 | 3400 | 3500 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aurei numeri annorum per 100. collectorum. | 9400 | 9500 | 9600 | 9700 | 9800 | 9900 | 10000 | 100 | 200 | 300 | 400 | 500 | 600 | 700 | 800 | 900 | 1000 | 1100 | 1200 | 1300 | 1400 | 1500 | 1600 | 1700 | 1800 | 1900 | 2000 | 2100 |
| | 7500 | 7600 | 7700 | 7800 | 7900 | 8000 | 8100 | 8200 | 8300 | 8400 | 8500 | 8600 | 8700 | 8800 | 8900 | 9000 | 9100 | 9200 | 9300 | 9400 | 9500 | 9600 | 9700 | 9800 | 9900 | 10000 | 10100 | 10200 |
| | 5600 | 5700 | 5800 | 5900 | 6000 | 6100 | 6200 | 6300 | 6400 | 6500 | 6600 | 6700 | 6800 | 6900 | 7000 | 7100 | 7200 | 7300 | 7400 | 7500 | 7600 | 7700 | 7800 | 7900 | 8000 | 8100 | 8200 | 8300 |
| | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 | 4100 | 4200 | 4300 | 4400 | 4500 | 4600 | 4700 | 4800 | 4900 | 5000 | 5100 | 5200 | 5300 | 5400 | 5500 | 5600 | 5700 | 5800 | 5900 | 6000 | 6100 | 6200 | 6300 | 6400 |
| | 1800 | 1900 | 2000 | 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500 | 2600 | 2700 | 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200 | 3300 | 3400 | 3500 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 | 4100 | 4200 | 4300 | 4400 | 4500 |

## Anni expansi

## Aurei numeri annorum expansorum.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 20 | 39 | 58 | 77 | 96 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 |
| 2 | 21 | 40 | 59 | 78 | 97 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 |
| 3 | 22 | 41 | 60 | 79 | 98 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 |
| 4 | 23 | 42 | 61 | 80 | 99 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 |
| 5 | 24 | 43 | 62 | 81 | 100 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 |
| 6 | 25 | 44 | 63 | 82 | | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 |
| 7 | 26 | 45 | 64 | 83 | | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 |
| 8 | 27 | 46 | 65 | 84 | | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 |
| 9 | 28 | 47 | 66 | 85 | | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 |
| 10 | 29 | 48 | 67 | 86 | | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 |
| 11 | 30 | 49 | 68 | 87 | | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 |
| 12 | 31 | 50 | 69 | 88 | | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 |
| 13 | 32 | 51 | 70 | 89 | | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 |
| 14 | 33 | 52 | 71 | 90 | | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 |
| 15 | 34 | 53 | 72 | 91 | | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 |
| 16 | 35 | 54 | 73 | 92 | | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 |
| 17 | 36 | 55 | 74 | 93 | | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 |
| 18 | 37 | 56 | 75 | 94 | | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 |
| 19 | 38 | 57 | 76 | 95 | | 1 | 6 | 11 | 16 | 2 | 7 | 12 | 17 | 3 | 8 | 13 | 18 | 4 | 9 | 14 | 19 | 5 | 10 | 15 | 1 | 6 | 11 | 16 |

TA-

## TABVLA II. INVENTIONIS EPACTARVM,

### Cyclus Epactarum perpetuus.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| P | l | C | c | p | F | f | ſ | M | i |
| ✳ | xj | xxij | iij | xiiij | xxv. 25 | vj | xvij | xxviij | ix |
| A | a | m | D | d | q | G | g | t | N |
| xx | i | xij | xxiij | iiij | xv | xxvj | vij | xviij | xxix |
| k | B | b | n | E | e | r | H | h | u |
| x | xxj | ij | xiij | xxiiij | v | xvj | xxvij | viij | xix |

### Tabella æquationis cycli Epactarum perpetui.

| Anni Dñi. | | Anni Dñi. | | Anni Dñi. | | Anni Dñi. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N | 1 | p | 3700 | a | 6600 | ſ | 9500 |
| P | 320 Biſſ. | n | 3800 | P | 6700 | t | 9600 |
| P | 500 Biſſ. | n | 3900 | a | 6800 Biſſ. | ſ | 9700 |
| a | 800 Biſſ. | n | 4000 Biſſ. | P | 6900 | r | 9800 |
| b | 1100 Biſſ. | m | 4100 | N | 7000 | r | 9900 |
| c | 1400 Biſſ. | l | 4200 | N | 7100 | r | 10000 Biſſ. |
| poſt correct. | | l | 4300 | N | 7200 Biſſ. | q | 10100 |
| D | 1582 | l | 4400 Biſſ. | M | 7300 | q | 10200 |
| D | 1600 Biſſ. | k | 4500 | M | 7400 | p | 10300 |
| C | 1700 | k | 4600 | H | 7500 | p | 10400 Biſſ. |
| C | 1800 | i | 4700 | H | 7600 Biſſ. | p | 10500 |
| B | 1900 | i | 4800 Biſſ. | H | 7700 | n | 10600 |
| B | 2000 Biſſ. | i | 4900 | G | 7800 | m | 10700 |
| B | 2100 | h | 5000 | F | 7900 | n | 10800 Biſſ. |
| A | 2200 | g | 5100 | G | 8000 Biſſ. | m | 10900 |
| u | 2300 | h | 5200 Biſſ. | F | 8100 | l | 11000 |
| A | 2400 Biſſ. | g | 5300 | D | 8200 | l | 11100 |
| u | 2500 | f | 5400 | D | 8300 | l | 11200 Biſſ. |
| t | 2600 | f | 5500 | D | 8400 Biſſ. | k | 11300 |
| t | 2700 | f | 5600 Biſſ. | C | 8500 | k | 11400 |
| t | 2800 Biſſ. | e | 5700 | C | 8600 | i | 11500 |
| ſ | 2900 | e | 5800 | B | 8700 | i | 11600 Biſſ. |
| ſ | 3000 | d | 5900 | B | 8800 Biſſ. | h | 11700 |
| r | 3100 | d | 6000 Biſſ. | B | 8900 | h | 11800 |
| r | 3200 Biſſ. | d | 6100 | A | 9000 | g | 11900 |
| r | 3300 | c | 6200 | u | 9100 | g | 12000 Biſſ. |
| q | 3400 | b | 6300 | u | 9200 Biſſ. | g | 12100 |
| p | 3500 | c | 6400 Biſſ. | u | 9300 | | |
| q | 3600 Biſſ. | b | 6500 | t | 9400 | | |



Digitized by Google

## TABVLA III. INVENTIONIS NOVILVNIORVM.

| Epactæ. | Ianuarius. | | Februarius. | Martius. | Aprilis. | Maius. | Iunius. | Iulius. | Augustus. | September. | October. | Nouember. | December. | Anni communes, & Embolismici. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| * | 1.31 | | 1.31 | 29 | 29 | 27 | 27 | 25 | 24 | 23 | 22 | 21 | communis | |
| xxix | 2 | 1 | 2 | 1.30 | 30 | 28 | 28 | 26 | 25 | 24 | 23 | 22 | Embol. | |
| xxviij | 3 | 2 | 3 | 2 | 1.31 | 29 | 29 | 27 | 26 | 25 | 24 | 23 | Embol. | |
| xxvij | 4 | 3 | 4 | 3 | 2 | 1.30 | 30 | 28 | 27 | 26 | 25 | 24 | Embol. | |
| xxvj | 5 | 4 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1.31 | 29 | 28 | 27 | 26 | 25 | Embol. | |
| xxv | 6 | 5 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1.30 | 29 | 28 | 27 | 26 | Embol. | |
| 25 | 6 | 4 | 6 | 4 | 4 | 2 | 2.31 | 30 | 28 | 28 | 26 | 26 | Embol. | |
| xxiiij | 7 | 5 | 7 | 5 | 5 | 3 | 3 | 1.31 | 29 | 29 | 27 | 27 | Embol. | |
| xxiij | 8 | 6 | 8 | 6 | 6 | 4 | 4 | 2 | 1.30 | 30 | 28 | 28 | Embol. | |
| xxij | 9 | 7 | 9 | 7 | 7 | 5 | 5 | 3 | 2 | 1.31 | 29 | 29 | Embol. | |
| xxj | 10 | 8 | 10 | 8 | 8 | 6 | 6 | 4 | 3 | 2 | 1.30 | 30 | Embol. | |
| xx | 11 | 9 | 11 | 9 | 9 | 7 | 7 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1.31 | Embol. | |
| xix | 12 | 10 | 12 | 10 | 10 | 8 | 8 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2 | Embol. | |
| xviij | 13 | 11 | 13 | 11 | 11 | 9 | 9 | 7 | 6 | 5 | 4 | 3 | Indifferens | |
| xvij | 14 | 12 | 14 | 12 | 12 | 10 | 10 | 8 | 7 | 6 | 5 | 4 | | |
| xvj | 15 | 13 | 15 | 13 | 13 | 11 | 11 | 9 | 8 | 7 | 6 | 5 | | |
| xv | 16 | 14 | 16 | 14 | 14 | 12 | 12 | 10 | 9 | 8 | 7 | 6 | | |
| xiiij | 17 | 15 | 17 | 15 | 15 | 13 | 13 | 11 | 10 | 9 | 8 | 7 | | |
| xiij | 18 | 16 | 18 | 16 | 16 | 14 | 14 | 12 | 11 | 10 | 9 | 8 | | |
| xij | 19 | 17 | 19 | 17 | 17 | 15 | 15 | 13 | 12 | 11 | 10 | 9 | | |
| xj | 20 | 18 | 20 | 18 | 18 | 16 | 16 | 14 | 13 | 12 | 11 | 10 | | |
| x | 21 | 19 | 21 | 19 | 19 | 17 | 17 | 15 | 14 | 13 | 12 | 11 | | |
| ix | 22 | 20 | 22 | 20 | 20 | 18 | 18 | 16 | 15 | 14 | 13 | 12 | | |
| viij | 23 | 21 | 23 | 21 | 21 | 19 | 19 | 17 | 16 | 15 | 14 | 13 | | |
| vij | 24 | 22 | 24 | 22 | 22 | 20 | 20 | 18 | 17 | 16 | 15 | 14 | | |
| vj | 25 | 23 | 25 | 23 | 23 | 21 | 21 | 19 | 18 | 17 | 16 | 15 | | |
| v | 26 | 24 | 26 | 24 | 24 | 22 | 22 | 20 | 19 | 18 | 17 | 16 | | |
| iiij | 27 | 25 | 27 | 25 | 25 | 23 | 23 | 21 | 20 | 19 | 18 | 17 | | |
| iij | 28 | 26 | 28 | 26 | 26 | 24 | 24 | 22 | 21 | 20 | 19 | 18 | | |
| ij | 29 | 27 | 29 | 27 | 27 | 25 | 25 | 23 | 22 | 21 | 20 | 19 | | |
| j | 30 | 28 | 30 | 28 | 28 | 26 | 26 | 24 | 23 | 22 | 21 | 20 | | |

Anni communes.

Quando Epacta xxix. & aureus numerus 19. concurrunt, incidit aliud Nouilunium in diem 31. Decembris.

## TABVLA IIII. CYCLI SOLARIS.

### ANNI CENTESIMI.

CYCLVS SOLARIS centesimorum Annorum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 7700 | 7800 | 7900 | 8000 | Et sic in infinitum. | | |
| 7000 | 7100 | 7200 | 7300 | 7400 | 7500 | 7600 |
| 6300 | 6400 | 6500 | 6600 | 6700 | 6800 | 6900 |
| 5600 | 5700 | 5800 | 5900 | 6000 | 6100 | 6200 |
| 4900 | 5000 | 5100 | 5200 | 5300 | 5400 | 5500 |
| 4200 | 4300 | 4400 | 4500 | 4600 | 4700 | 4800 |
| 3500 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 | 4100 |
| 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200 | 3300 | 3400 |
| 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500 | 2600 | 2700 |
| 1400 | 1500 | 1600 | 1700 | 1800 | 1900 | 2000 |
| 700 | 800 | 900 | 1000 | 1100 | 1200 | 1300 |
| 0 | 100 | 200 | 300 | 400 | 500 | 600 |
| 9 | 25 | 13 | 1 | 17 | 5 | 21 |

CYCLVS SOLARIS Annorum expansorum.

ANNI EXPANSI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | 29 | 57 | 85 |
| 2 | 30 | 58 | 86 |
| 3 | 31 | 59 | 87 |
| 4 | 32 | 60 | 88 |
| 5 | 33 | 61 | 89 |
| 6 | 34 | 62 | 90 |
| 7 | 35 | 63 | 91 |
| 8 | 36 | 64 | 92 |
| 9 | 37 | 65 | 93 |
| 10 | 38 | 66 | 94 |
| 11 | 39 | 67 | 95 |
| 12 | 40 | 68 | 96 |
| 13 | 41 | 69 | 97 |
| 14 | 42 | 70 | 98 |
| 15 | 43 | 71 | 99 |
| 16 | 44 | 72 | 100 |
| 17 | 45 | 73 | |
| 18 | 46 | 74 | |
| 19 | 47 | 75 | |
| 20 | 48 | 76 | |
| 21 | 49 | 77 | |
| 22 | 50 | 78 | |
| 23 | 51 | 79 | |
| 24 | 52 | 80 | |
| 25 | 53 | 81 | |
| 26 | 54 | 82 | |
| 27 | 55 | 83 | |
| 28 | 56 | 84 | |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 26 | 14 | 2 | 18 | 6 | 22 |
| 11 | 27 | 15 | 3 | 19 | 7 | 23 |
| 12 | 28 | 16 | 4 | 20 | 8 | 24 |
| 13 | 1 | 17 | 5 | 21 | 9 | 25 |
| 14 | 2 | 18 | 6 | 22 | 10 | 26 |
| 15 | 3 | 19 | 7 | 23 | 11 | 27 |
| 16 | 4 | 20 | 8 | 24 | 12 | 28 |
| 17 | 5 | 21 | 9 | 25 | 13 | 1 |
| 18 | 6 | 22 | 10 | 26 | 14 | 2 |
| 19 | 7 | 23 | 11 | 27 | 15 | 3 |
| 20 | 8 | 24 | 12 | 28 | 16 | 4 |
| 21 | 9 | 25 | 13 | 1 | 17 | 5 |
| 22 | 10 | 26 | 14 | 2 | 18 | 6 |
| 23 | 11 | 27 | 15 | 3 | 19 | 7 |
| 24 | 12 | 28 | 16 | 4 | 20 | 8 |
| 25 | 13 | 1 | 17 | 5 | 21 | 9 |
| 26 | 14 | 2 | 18 | 6 | 22 | 10 |
| 27 | 15 | 3 | 19 | 7 | 23 | 11 |
| 28 | 16 | 4 | 20 | 8 | 24 | 12 |
| 1 | 17 | 5 | 21 | 9 | 25 | 13 |
| 2 | 18 | 6 | 22 | 10 | 26 | 14 |
| 3 | 19 | 7 | 23 | 11 | 27 | 15 |
| 4 | 20 | 8 | 24 | 12 | 28 | 16 |
| 5 | 21 | 9 | 25 | 13 | 1 | 17 |
| 6 | 22 | 10 | 26 | 14 | 2 | 18 |
| 7 | 23 | 11 | 27 | 15 | 3 | 19 |
| 8 | 24 | 12 | 28 | 16 | 4 | 20 |
| 9 | 25 | 13 | 1 | 17 | 5 | 21 |



Digitized by Google

## TABVLA V. LITERARVM DOMINICALIVM.

ANNI CENTESIMI.

| 8100 | 8200 | 8300 | 8400 & sic in infinitum. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 7200 | | | 7600 | | | 8000 |
| 7100 | 7300 | 7400 | 7500 | 7700 | 7800 | 7900 |
| | 6400 | | | 6800 | | |
| 6200 | 6300 | 6500 | 6600 | 6700 | 6900 | 7000 |
| | | 5600 | | | 6000 | |
| 5300 | 5400 | 5500 | 5700 | 5800 | 5900 | 6100 |
| 4400 | | | 4800 | | | 5200 |
| 4300 | 4500 | 4600 | 4700 | 4900 | 5000 | 5100 |
| | 3600 | | | 4000 | | |
| 3400 | 3500 | 3700 | 3800 | 3900 | 4100 | 4200 |
| | | 2800 | | | 3200 | |
| 2500 | 2600 | 2700 | 2900 | 3000 | 3100 | 3300 |
| 1600 | | | 2000 | | | 2400 |
| 1582 | 1700 | 1800 | 1900 | 2100 | 2200 | 2300 |

## LITERAE DOMINICALES.

ANNI CYCLI SOLARIS

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | b c | c d | d e | e f | f g | g A | A b |
| 2 | A | b | c | d | e | f | g |
| 3 | g | A | b | c | d | e | f |
| 4 | f | g | A | b | c | d | e |
| 5 | d e | e f | f g | g A | A b | b c | c d |
| 6 | c | d | e | f | g | A | b |
| 7 | b | c | d | e | f | g | A |
| 8 | A | b | c | d | e | f | g |
| 9 | f g | g A | A b | b c | c d | d e | e f |
| 10 | e | f | g | A | b | c | d |
| 11 | d | e | f | g | A | b | c |
| 12 | c | d | e | f | g | A | b |
| 13 | A b | b c | c d | d e | e f | f g | g A |
| 14 | g | A | b | c | d | e | f |
| 15 | f | g | A | b | c | d | e |
| 16 | e | f | g | A | b | c | d |
| 17 | c d | d e | e f | f g | g A | A b | b c |
| 18 | b | c | d | e | f | g | A |
| 19 | A | b | c | d | e | f | g |
| 20 | g | A | b | c | d | e | f |
| 21 | e f | f g | g A | A b | b c | c d | d e |
| 22 | d | e | f | g | A | b | c |
| 23 | c | d | e | f | g | A | b |
| 24 | b | c | d | e | f | g | A |
| 25 | g A | A b | b c | c d | d e | e f | f g |
| 26 | f | g | A | b | c | d | e |
| 27 | e | f | g | A | b | c | d |
| 28 | d | e | f | g | A | b | c |

ANNI

## ANNI CENTESIMI.

| | | |

ANNI CENTESIMI

| | | |
|---|---|---|
| 6900 | & sic in | infinitũ. |
| 6600 | 6700 | 6800 |
| 6300 | 6400 | 6500 |
| 6000 | 6100 | 6200 |
| 5700 | 5800 | 5900 |
| 5400 | 5500 | 5600 |
| 5100 | 5200 | 5300 |
| 4800 | 4900 | 5000 |
| 4500 | 4600 | 4700 |
| 4200 | 4300 | 4400 |
| 3900 | 4000 | 4100 |
| 3600 | 3700 | 3800 |
| 3300 | 3400 | 3500 |
| 3000 | 3100 | 3200 |
| 2700 | 2800 | 2900 |
| 2400 | 2500 | 2600 |
| 2100 | 2200 | 2300 |
| 1800 | 1900 | 2000 |
| 1500 | 1600 | 1700 |
| 1200 | 1300 | 1400 |
| 900 | 1000 | 1100 |
| 600 | 700 | 800 |
| 300 | 400 | 500 |
| 0 | 100 | 200 |

| Indictiones centesimorum | | |
|---|---|---|
| 3 | 13 | 8 |
| Indictiones annorum expansorum. | | |
| 4 | 14 | 9 |
| 5 | 15 | 10 |
| 6 | 1 | 11 |
| 7 | 2 | 12 |
| 8 | 3 | 13 |
| 9 | 4 | 14 |
| 10 | 5 | 15 |
| 11 | 6 | 16 |
| 12 | 7 | 17 |
| 13 | 8 | 18 |
| 14 | 9 | 19 |
| 15 | 10 | 20 |
| 1 | 11 | 21 |
| 2 | 12 | 22 |
| 3 | 13 | 23 |

ANNI EXPANSI.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 16 | 31 | 46 | 61 | 76 | 91 |
| 2 | 17 | 32 | 47 | 62 | 77 | 92 |
| 3 | 18 | 33 | 48 | 63 | 78 | 93 |
| 4 | 19 | 34 | 49 | 64 | 79 | 94 |
| 5 | 20 | 35 | 50 | 65 | 80 | 95 |
| 6 | 21 | 36 | 51 | 66 | 81 | 96 |
| 7 | 22 | 37 | 52 | 67 | 82 | 97 |
| 8 | 23 | 38 | 53 | 68 | 83 | 98 |
| 9 | 24 | 39 | 54 | 69 | 84 | 99 |
| 10 | 25 | 40 | 55 | 70 | 85 | 100 |
| 11 | 26 | 41 | 56 | 71 | 86 | |
| 12 | 27 | 42 | 57 | 72 | 87 | |
| 13 | 28 | 43 | 58 | 73 | 88 | |
| 14 | 29 | 44 | 59 | 74 | 89 | |
| 15 | 30 | 45 | 60 | 75 | 90 | |

TA-

Digitized by Google

# TABVLA FESTORVM
## Mobilium Perpetua.

| Aur. num. Calēd. vet. | | Epactæ. | Lit. Dom. | Dominica Septuagesimæ. | Dies Cinerum. | Dominica Paschæ. | Dies Ascensionis. | Dom. Pentecostes. | Corpus Christi. | Dom. post Pentecost. | Dominica prima Aduentus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 16 | | xxiij | | | | | | | | | |
| 5 | | xxij | d | 18. Ian. | 4. Feb. | 22. Mar. | 30. Apr. | 10. Maij | 21. Maij | 28 | 29 No. |
| | | xxj | e | 19 | 5 | 23 | 1. Maij | 11 | 22 | 28 | 30 No. |
| 13 | | xx | f | 20 | 6 | 24 | 2 | 12 | 23 | 28 | 1 Dec. |
| 2 | | xix | g | 21 | 7 | 25 | 3 | 13 | 24 | 28 | 2 Dec. |
| | | xviij | A | 22 | 8 | 26 | 4 | 14 | 25 | 28 | 3 Dec. |
| 10 | | xvij | b | 23 | 9 | 27 | 5 | 15 | 26 | 27 | 27 No. |
| | | xvj | c | 24 | 10 | 28 | 6 | 16 | 27 | 27 | 28 No. |
| 18 | | xv | d | 25 | 11 | 29 | 7 | 17 | 28 | 27 | 29 No. |
| 7 | | xiiij | e | 26 | 12 | 30 | 8 | 18 | 29 | 27 | 30 No. |
| | | xiij | f | 27 | 13 | 31 | 9 | 19 | 30 | 27 | 1 Dec. |
| 15 | | xij | g | 28 | 14 | 1. Apr. | 10 | 20 | 31 | 27 | 2 Dec. |
| 4 | | xj | A | 29 | 15 | 2 | 11 | 21 | 1. Iun. | 27 | 3 Dec. |
| | | x | b | 30 | 16 | 3 | 12 | 22 | 2 | 26 | 27 No. |
| 12 | | ix | c | 31 | 17 | 4 | 13 | 23 | 3 | 26 | 28 No. |
| 1 | | viij | d | 1. Feb. | 18 | 5 | 14 | 24 | 4 | 26 | 29 No. |
| | | vij | e | 2 | 19 | 6 | 15 | 25 | 5 | 26 | 30 No. |
| 9 | | vj | f | 3 | 20 | 7 | 16 | 26 | 6 | 26 | 1 Dec. |
| | | v | g | 4 | 21 | 8 | 17 | 27 | 7 | 26 | 2 Dec. |
| 17 | | iiij | A | 5 | 22 | 9 | 18 | 28 | 8 | 26 | 3 Dec. |
| 6 | | iij | b | 6 | 23 | 10 | 19 | 29 | 9 | 25 | 27 No. |
| | | ij | c | 7 | 24 | 11 | 20 | 30 | 10 | 25 | 28 No. |
| 14 | | j | d | 8 | 25 | 12 | 21 | 31 | 11 | 25 | 29 No. |
| 3 | | * | e | 9 | 26 | 13 | 22 | 1. Iun. | 12 | 25 | 30 No. |
| | | xxix | f | 10 | 27 | 14 | 23 | 2 | 13 | 25 | 1 Dec. |
| 11 | | xxviij | g | 11 | 28 | 15 | 24 | 3 | 14 | 25 | 2 Dec. |
| | | xxvij | A | 12 | 1. Mar. | 16 | 25 | 4 | 15 | 25 | 3. Dec. |
| 19 | 25 | xxvj | b | 13 | 2 | 17 | 26 | 5 | 16 | 24 | 27 No. |
| 8 | xxv | xxiiij | c | 14 | 3 | 18 | 27 | 6 | 17 | 24 | 28 No. |
| | | | d | 15 | 4 | 19 | 28 | 7 | 18 | 24 | 29 No. |
| | | | e | 16 | 5 | 20 | 29 | 8 | 19 | 24 | 30 No. |
| | | | f | 17 | 6 | 21 | 30 | 9 | 20 | 24 | 1 Dec. |
| | | | g | 18 | 7 | 22 | 31 | 10 | 21 | 24 | 2 Dec. |
| | | | A | 19 | 8 | 23 | 1. Iun. | 11 | 22 | 24 | 3 Dec. |
| | | | b | 20 | 9 | 24 | 2 | 12 | 23 | 23 | 27 No. |
| | | | c | 21 | 10 | 25 | 3 | 13 | 24 | 23 | 28 No. |

ANNI

Digitized by Google

Tabula ix. inuentionis temporis, quo Luna noctu lucet.

| Aetas Lunæ ante Plenilunium. | Horæ inæquales, quibus Luna lucet | Aetas Lunæ post pleniluniũ. |
|---|---|---|
| Dies | H. inæq. | Dies |
| 0 | 0 | 30 |
| | $\frac{4}{5}$ | 29 |
| 1 | | |
| | 1 | $28\frac{3}{4}$ |
| $1\frac{1}{4}$ | $1\frac{3}{5}$ | 28 |
| 2 | | |
| | 2 | $27\frac{1}{2}$ |
| $2\frac{1}{2}$ | $2\frac{2}{5}$ | 27 |
| 3 | | |
| | 3 | $26\frac{1}{4}$ |
| $3\frac{3}{4}$ | $3\frac{1}{5}$ | 26 |
| 4 | 4 | 25 |
| 5 | $4\frac{4}{5}$ | $24\frac{}{}$ |
| 6 | 5 | $23\frac{3}{4}$ |
| $6\frac{1}{4}$ | $5\frac{2}{5}$ | 23 |
| 7 | 6 | $22\frac{1}{2}$ |
| $7\frac{1}{2}$ | $6\frac{3}{5}$ | 22 |
| 8 | 7 | $21\frac{1}{4}$ |
| $8\frac{3}{4}$ | $7\frac{1}{5}$ | 21 |
| 9 | 8 | 20 |
| 10 | $8\frac{4}{5}$ | 19 |
| 11 | 9 | $18\frac{3}{4}$ |
| $11\frac{1}{4}$ | $9\frac{2}{5}$ | 18 |
| 12 | 10 | $17\frac{1}{2}$ |
| $12\frac{1}{2}$ | $10\frac{3}{5}$ | 17 |
| 13 | 11 | $16\frac{3}{4}$ |
| $13\frac{3}{4}$ | $11\frac{1}{5}$ | 16 |
| 14 | 12 | 15 |
| 15 | | |

FINIS.

Digitized by Google

# Erratorum correctio.

Pag. 11. In titulo 2. tabellæ pro [cui decem illius dies] lege [cui decem illi dies]
Pag. 21. lin. 12. à fine, pro [post postpositionem] lege [postpositionem]
Pag. 149. Inter numeros dierum omissorum, pro [1539.] repone [1839.]
Pag. 151. Inter numeros dierum omissorum, pro [2279.] repone [2079.]
Pag. 154. In postilla, pro [sequentem] lege [præcedentem]
Pag. 156. In titulo capitis, pro [XI.] repone [XII.]
Pag. 180. Lin. 8. pro [additionem coacervati] lege [additionem 59. concernati.]
Pag. 197. In postilla, pro [cap. 26. & 27] repone [cap. 25. & 26.]
Pag. 211. Inter annos ordinis 59. pro [5986] scribe [5989.]
Pag. 223. In titulo, pro [anni 1571.] scribe [1517.]
Pag. 282. In annis ad sinistram, pro [1144.] pone [1044.]
Pag. 337. in vertice paginæ, & in sequentibus vsque ad cap. 17. pro [xvij.] scribe [xvj.]
Pag. 369. In vltima postilla, dele [4.]
Pag. 381. In 3. postilla, lege [Luna xiiij. Paschalis]
Pag. 566. Lin. 14. a fine, pro [nulla neque generis] lege [nulla neque patriæ, neque generis]
Pag. 571. Lin. 37. post [præstaturum] claudatur parenthesis hoc modo.)
Pag. 575. Lin. 17. a fine, pro [8. Martij] lege [3. Martij]
Pag. 582. Lin. 6. a fine, pro [Neomeniam Paschale] lege [Neomeniam Paschalem]
Pag. 584. Lin. 13. pro [vltima oppositio] lege [citima oppositio]
Pag. 584. Lin. 16. pro [diem 23. Martij] lege [diem 22. Martij.]
Pag. 589. In vltimo anno, pro [4698.] lege [4998.]
Pag. 595. Lin. 8. pro ]Hac omnia] lege [Hæc omnia]
Pag. 599. Lin. 16. post tabulam, pro [i dicabit] lege [indicabit]
Pag. 611. In titulo lege [CAPVT XXVII.]
Pag. 611. Lin. 3 a fine, pro [afferé] lege [effere]
Pag. 645. Lin. 5. dele hoc signum [)]
Pag. 659. Lin. 27. pro [dies Cinerum die 26.] lege [dies Cinerum die 36.]
Pag. 677. supra tabulam pone titulum hunc [Tabula 6. literarum Dominicalium sine Cyclo Solari]
Pag. 678. Supra tabulam scribe hunc titulum [Tabula 7. Indictionum]
Pag. 679. Sic legatur titulus [Tabula 8. festorum mobilium.]

Errata leuiora prudens Lector facile corriget.

Digitized by Google

# REGESTVM.

✱ab ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll

Omnes ſunt Terniones.




ROMAE,
Apud Aloyſium Zannettum. MDCIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google

